
This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.



Google™ books

<https://books.google.com>



C

549,620





Coram hac B. Mariae Virginis imagine, in romana Basilica Sti. Pauli,
S. Ignatius eiusque socii professionem sollemnem emiserunt
(22 aprilis 1541)

(Vide infra p. 20)

FONTES NARRATIVI DE S. IGNATIO DE LOYOLA

VOLUMEN I

MONUMENTA HISTORICA SOCIETATIS IESU
A PATRIBUS EIUSDEM SOCIETATIS EDITA

VOLUMEN 66

MONUMENTA IGNATIANA

SERIES QUARTA

SCRIPTA DE S. IGNATIO

ALTERA EDITIO

EX INTEGRO REFECTA, NOVO ORDINE DISPOSITA ET AUCTA

TOMUS I

**FONTES NARRATIVI
DE SANCTO IGNATIO DE LOYOLA
ET DE SOCIETATIS IESU INITIIS**

VOL. I

ROMAE

APUD "MONUMENTA HISTORICA SOC. IESU",
BORGOSANTO SPIRITO, 5

1943

FONTES NARRATIVI
DE S. IGNATIO DE LOYOLA
ET DE SOCIETATIS IESU INITIIS

VOLUMEN I

NARRATIONES SCRIPTAE ANTE ANNUM 1557

EDIDERUNT

DIONYSIUS FERNANDEZ ZAPICO S. I.
et CANDIDUS DE DALMASES S. I.

COOPERANTE

PETRO LETURIA S. I.
MONUM. HIST. S. I. DIRECTORE



ROMAE
APUD "MONUMENTA HISTORICA SOC. IESU",
BORGOSANTO SPIRITO, 5
1943

BX
3701
.M82
1943
Sect. 1
v.1

Signum nominis IESU in huius voluminis fronte expressum, refert sigillum Praepositi Generalis Societatis Iesu, a Sto. Ignatio eiusque successoribus usque ad P. Aquaviva adhibitum, quod in Archivo Soc. Iesu romano asservatur.

2 407
2



PRAECLARO DEPVATORVM COLLEGIO
NOBILISSIMAE PROVINCIAE GVIPVZCOAE
IN HISPANIA
ADMINISTRANDAE PRAEFECTO
CVIVS MVNIFICENTIA
HOC VOLVMEN IN LVCEM PRODIT
MONVMENTORVM HISTORICORVM SOC. IESV
EDITORES
GRATI ANIMI CAVSA
DD

IMPRIMI POTEST

Romae, 21 februarii 1943

P. EMMANUEL PORTA
Praep. Prov. Rom. S. I.

IMPRIMATUR

Ex Vicariatu Urbis, die 8 iun. 1943.

† A. TRAGLIA
Archiep. Caesarien., Vic. Ger.

IURA PROPRIETATIS RESERVANTUR

TYPIS PONTIFICIAE UNIVERSITATIS GREGORIANAE - ROMAE

INDEX GENERALIS

	PAG.
PROOEMIUM TOTIUS OPERIS	1*
PRAEFATIO PRIMI VOLUMINIS	8*
I. De monumentorum huius voluminis ordine et nexu	8*
II. De anno quo Ignatius natus est disceptatio critica	14*
III. Chronologia vitae S. Ignatii	24*
IV. De statu Societatis in obitu S. Ignatii	63*
NOTITIA CODICUM	67*
INDEX OPERUM	91*
NOTAE COMPENDIARIAE	110*

MONUMENTA

1. ITINERIS PALAESTINENSIS DESCRIPTIO (1523 ?)	1
2. PERSECUTIONIS ANNI 1538 DESCRIPTIO IGNATIANA (1538)	4
<i>Praefatio</i>	4
<i>Textus</i>	6
3. ELECTIO S. IGNATII IN PRAEPOSITUM EIUSQUE ET SOCIORUM PROFESSIO AD SCTI. PAULI (1541)	15
<i>Praefatio</i>	15
<i>Textus</i>	16
4. MEMORIALE BTI. PETRI FABRI. FRAGMENTUM (1542)	23
<i>Praefatio</i>	23
<i>Textus</i> (Epilogus vitae praeteritae, 1506-1542)	26
5. NARRATIO S. IGNATII DE SUIS PROCESSIBUS ET CARCERIBUS (1545)	50
<i>Praefatio</i>	50
<i>Textus</i>	51
6. EPISTOLA PATRIS LAYNEZ DE P. IGNATIO (1547)	54
<i>Praefatio</i> : Epistolae occasio, p. 54; traditio manuscripta, p. 55; versiones latinae, p. 59; notae et additiones marginales, 64; versio itala, 65; epistolae diffusio et influxus, p. 66; epistolae auctoritas, p. 67; de nostra editione, ibid.; sigla codicuum, p. 59.	
<i>Textus</i> originalis hispanus et versio latina antiqua	70
[Caput I, nn. 1-15: Pampelone, Loyolae, in M. Serrato, Minorissae]	70
[Caput II, nn. 16-23: Iter in Palaestinam; studia Barcinonej.]	84
[Caput III, nn. 24-32: Compluti, Salmanticae, Parisiis, Venetiis]	92
[Caput IV, nn. 33-48: In diversis Italiae urbibus; Romae].	106
[Caput V, nn. 49-55: Societatis fundatio; sociorum dispersio].	128
[Caput VI, nn. 56-62: Ignatii virtutes et dona]	136
7. SUMMARIUM HISPANUM DE ORIGINE ET PROGRESSU SOC. IESU, AUCTORE P. IOANNE DE POLANCO (1547/1548)	146

<i>Praefatio:</i> Scopus operis, p. 147; Summarii fontes, p. 148; Tempus compositionis, ibid.; Summarii momentum, p. 150; de hac editione, p. 151.	
<i>Textus</i>	151
Proemio, nn. 1-2	151
Cap. 1º De la vida de Iñigo antes que Dios le tocase, nn. 3-27	153
Cap. 2º De la ida de Hierusalem y estudios y contradicciones, nn. 28-57	166
Cap. 3º De la salida de Paris y venida a Italia, nn. 58-78	186
[Cap. 4º Ignacio y sus compañeros se juntan en Roma] nn. 79-85	197
[Cap. 5º Fundación y confirmación de la Compañía de Jesús], nn. 86-95	203
[Cap. 6º Primeras misiones dentro y fuera de Italia], nn. 96-146	211
Cap. [7º] De Araoz, nn. 147-151	241
Cap. [8º] De Francisco de Strada, nn. 152-160	244
Cap. [9º] De cosas de Paris, nn. 161-170	251
8. SUMMARIUM ITALICUM DE ORIGINE ET PROGRESSU SOC. IESU AUCTORE P. IOANNE DE POLANCO (1549/1551)	256
<i>Praefatio:</i> Summarii italici indeoles, p. 256; de duplice Summarii italici redactione, p. 257; de nostra editione, p. 258; tempus compositionis, ibid.; traditio manuscripta, p. 259.	
<i>Textus</i>	261
Capitulo I, nn. 1-18: Usque ad Societatis approbationem;	261
Capitulo II, nn. 19-45: Sociorum in diversis regionibus labores	271
Capitulo III, nn. 46-58: De primis Societatis fundationibus. De Exercitiis]	291
9. BREVES INFORMATIONES DE INSTITUTO ET ORIGINE SOCIETATIS (1547-1557)	298
10. P. HIERONYMI NADAL EXHORTATIONES IN HISPANIA (1554)	302
<i>Praefatio</i>	302
<i>Textus</i>	304
Del principio de la Compañía	304
De examine	311
Sed quare dicitur Societas Iesu?	313
11. EXCERPTA EX APOLOGIA P. HIERONYMI NADAL PRO EXERCITIIS S. IGNATII (1554/1556)	314
<i>Praefatio</i>	314
<i>Textus</i>	316
12. ACTA PATRIS IGNATII SCRIPTA A P. LUD. GONZÁLEZ DE CÁMARA (1553/1555)	323
<i>Praefatio</i>	
CAP. I. DE ACTIS IPSIS. 1. De eorum titulo et argomento, p. 323. 2. Actorum scriptio et auctoritas, p. 324. 3. De tempore quo Acta scripta sunt, p. 327. 4. De Actorum integritate, p. 330.	
CAP. II. MANUSCRIPTORUM DESCRIPTIO, p. 331.	
CAP. III. DE ADDITIONIBUS MARGINALIBUS. 1. De additionum numero et natura, p. 338. 2. De earum auctore, p. 338.	

3. De tempore quo scriptae videntur, p. 339. 4. De apographeorum ordine et dependentia, p. 340.	
CAP. IV. DE ACTORUM VICISSITUDINIBUS. 1. P. Ludovicus González, p. 341. 2. P. Hieronymus Nadal, p. 342. 3. P. Petrus Ribadeneira, p. 343. 4. P. Polanco; P. Maffei, p. 346. 5. P. Aquaviva, ibid. P. Nic. Lancicius, p. 347.	
CAP. V. DE ACTORUM EDITIONIBUS. 1. De editione Bollandiana (1731) eiusque versionibus, p. 348. 2. Prima editio textus originalis in MHSI (1904), p. 349. 3. De nostra editione, p. 351.	
<i>Textus originalis et latina versio Coudreti</i>	353
<i>Praefatio scriptoris — Praefatio Patris Natalis</i>	354
[Cap. I, nn. 1-12: Ignatii vulnus. Convalescentia]	364
[Cap. II, nn. 13-18: Patriam relinquit, Montemserratum, Minorissam pervenit]	380
[Cap. III, nn. 19-37: Ignatius Minorissae]	388
[Cap. IV, nn. 38-48: Iter in Palaestinam]	412
[Cap. V, nn. 49-53: Redit Ign. Barcinonem]	428
[Cap. VI, nn. 54-63: Studet Barcinone, Compluti]	434
[Cap. VII, nn. 64-72: Adit Salmanticam, Parisios]	452
[Cap. VIII, nn. 73-86: Studet Parisiis. Socios colligit]	464
[Cap. IX, nn. 87-91: Peragrata Hispania, Venetias se transfert]	482
[Cap. X, nn. 92-97: Socios et navim expectat. Romam venit].	490
[Cap. XI, nn. 98-101: Ministeria Romae. Exercitia. Constitutiones]	500
13. MEMORIALE SEU DIARIUM P. LUDOVICI GONZÁLEZ DE CÁMARA .	508
<i>Praefatio:</i> 1. Operis natura, p. 508. 2. Traditio manuscripta operis, 509. 3. Alii codices qui partem hispanicam continent, p. 511. 4. Aliae reliquiae hispaniae ex Memoriali aut ex scriptis P. Ludovici González, p. 514. 5. Reliquiae lusitanae ex Memoriali aut ex schedis P. Lud. González, p. 515.	
Versiones antiquae, p. 518. 6. Versio latina, ibid. 7. Versio itala, p. 519. 8. Recapitulatio, p. 521. 9. De integritate partis hispanae Memorialis, p. 522. 10. De parte lusitana Memorialis seu Commentario, p. 523. 11. De egressis e Societate vel ab ea expulsis, p. 524. 12. De prima Memorialis editione et de hac nostra, p. 525. 13. De Memorialis propagatione et usu, p. 526.	
<i>Textus</i>	527
[Notae mensis ianuarii 1555. nn. 12-100]	534
[» februarii 1555. nn. 101-245]	586
[» martii 1555. nn. 246-304]	670
[» aprilis 1555. nn. 305-339]	704
[» maii 1555. nn. 340-347]	718
[» iunii 1555. nn. 348-394]	721
[» iulii 1555. nn. 395-410]	735
[» augusti 1555. nn. 411 (?)]	740
[» sept. 1555. nn. 412 (?)]	741
[» oct. 1555. nn. 413]	741
Supplementum 1	742
[» 2	745
[» 3]	752

	PAG.
14. THEOLOGIAE MYSTICAE HENRICI HARPHII DEDICATIO IGNATIO ET SOCIETATI IESU (11 novembris 1555)	753
<i>Praefatio</i>	753
<i>Textus</i>	755
15. P. JOANNIS DE POLANCO EPISTOLA DE OBITU S. IGNATII. (6 au- gusti 1556)	761
<i>Praefatio</i>	761
<i>Textus</i>	764
16. FRAGMENTUM EX EPHEMERIDIBUS THEODORICI GERARDI, DE S. IGNA- TII OBITU (1556)	772
Notatio inclusa in ephemeride Gerardi	775
17. EPITAPHIUM PRIMO S. IGNATII SEPULCRO IMPOSITUM	776
18. REGESTUM EPISTOLARUM QUIBUS NUNTIATUR OBITUS S. IGNATII .	777
19. IOANNES ALBERTUS WIDMANSTADIUS DE SOCIETATIS IESU INITIIS .	780
<i>Praefatio</i> ad textum latinum 1556	780
-- De versione operis Widmanstadii a Steph. Agricola, 1560 .	780
<i>Textus</i> latinus et germanicus	784
APPENDIX. Signa antiqua et recentiora codicum Arch. S. I. Rom. .	807
INDEX PERSONARUM, RERUM, LOCORUM	819
ADDENDA ET CORRIGENDA	887

PROOEMIUM TOTIUS OPERIS

Editis inter annos 1934 et 1938 tribus voluminibus *Constitutionum Societatis Iesu*, absoluta sunt fere¹ nostra MONUMENTA IGNATIANA, quorum quadruplex series hoc modo constituitur:

Prima series: S. Ignatii Epistolae et instructiones (12 volumina).

Secunda series: Exercitia et Directoria (1 volumen).

Tertia series: Constitutiones Societatis Iesu: textus hispanus et latinus (3 volumina).

Quarta series: Scripta de S. Ignatio (2 volumina).

Haec quarta series, in qua nunc versamur, a tribus praecedentibus longe differt. Illae enim Ignatii scripta — epistolas, instructiones, opera — continent; quarta autem eas exhibet narrationes et documenta de S. Ignatii vita rebusque gestis, quae a testibus ut plurimum immediatis tradita sunt. Est itaque in eis Ignatius ipse obiectum directum testimonii historici. Minime mirum igitur si duo haec quartae seriei volumina vel maxime ab historicis expetita fuerint, cum momentum historicum S. Ignatii magis in dies splendeat.

His autem eruditorum virorum studiis nequimus iam inde a pluribus annis satisfacere. Primum enim volumen non multo post eius editionem, anno 1904 factam, exhaustum est. Alterius autem, anno 1918 vulgati, ea exemplaria

¹ Ad complendam seriem tertiam (*Constitutiones Societatis Iesu*) paramus adhuc volumen IV, quo non novas quidem Constitutiones (quia nullae aliae adsunt), sed certe *Regulas antiquissimas* Constitutionibus priores vel eas immediate sequentes critice edere curabimus.

quae adhuc anno 1931 venalia prostabant, flammis sediticsorum civium, una cum templo domoque professa matritensi Societatis Iesu, consumpta sunt.

Hinc quod nova editio totius quartae seriei a non paucis desideretur. Accedunt, nostra ex parte, novi quos interea invenimus codices manuscripti, qui vel scripta de S. Ignatio hactenus incognita referunt, vel iam prius notis accuratius edendis conferre possunt. Adsunt quoque nonnulla documenta editoribus primae editionis utique nota ab iisdemque descripta, minime tamen edita, vel quia eorum et vetustas et momentum eos fugerunt, vel quia ne moles voluminum augeretur, ea ad subsequentia volumina reservarunt.

Nostrum igitur consilium in praesenti editione est, et ea quae adhuc inedita manserunt in lucem proferre, et quae prius vulgata sunt, ex integro recognita accuratius exhibere eaque critico apparatu ac locupletiore commentario ornare; ut novum omnino opus potius quam repetita praecedentis editio nuncupari possit.

Quo consilio adhibito, mutationes non paucas inducere nobis licitum duximus, quarum aliae ordinem in exhibendis documentis respiciunt, aliae prolegomena unicuique documento praemittenda, aliae numerum ipsum voluminum in quae documenta distribuenda iudicavimus, aliae demum modum ipsum documenta transcribendi.

Quicad ORDINEM DOCUMENTORUM, en quae primi editores anno 1904 de integra serie quarta praemonuerunt: « Complectetur ... tum quae Consalvius de Camara circa Ignatium censripsit, tum etiam aliorum scđalium de Ignatii dictis et factis historicas *annotationes aut commentaria*. Praeterea his *acta in iuditio* adiciemus sive processus, ut vocant, tum pro Ignatio, tum contra ipsum diversis temporibus ac locis institutos. Denique *monumenta varia* ad Ignatium quomodocumque spectantia, prout opportunitas feret, extremo loco sequentur »².

Tria igitur documentorum genera distinguunt: narra-

² MI., Scripta de S. Ignatio I, p. 7.

tiones, processus iuridicos stricte dictos, alia documenta quae neque ad primum neque ad secundum genus pertinent (ut sunt ex. gr. censurae de Vitis S. Ignatii a Ribadeneira et Maffei scriptis, schedulae medicorum quibus cibi Ignatio permissi vel vetiti apponuntur, cetera). Haec autem tria documentorum genera, unum post aliud, secundum genus ipsum divisionis, se prolaturos insinuabant potius editores quam proprie promittebant: subiciebant enim « prout opportunitas feret »³.

Et re quidem vera ordo ille secundum documentorum indolem historicam neque in primo neque in secundo serie volumine stricte servatus est.

In priore enim proponuntur primo *fontes narrativi* a p. 1 ad p. 336, quos diversa documenta a p. 536 ad p. 558 subsequuntur. Sed ecce, p. 559-577 resumuntur fontes *narrativi*, quibus interruptis, alia documenta et praesertim variis *processus iuridici* succedunt p. 577-711, ita tamen ut in ultimis voluminis paginis, p. 712 ss., denuo aliquae narrationes inserantur.

In secundo volumine e contra, divisio per diversa documentorum genera penitus omittitur, et *ordo potius chronologicus* compositionis documentorum praemonetur in introductione et re vera servatur⁴.

Nos igitur has varietates in nostra editione vitare intendimus. Iuxta notam divisionem fontium in *fontes narrativos* et *fontes documentales* seu *acta*, colligemus in primo tomo omnes et solos fontes narrativos, illos videlicet qui conscientia intentione conscribuntur facta posteris vel saltem coaevis referendi vel narrandi⁵; dum fontes stricte documentales, qui nempe non directe ad narrationem rei po-

³ Monumenta edebantur tunc statim temporibus ad modum fasciculorum periodici scientifici. Difficilius ideo erat iam ab initio praevidere quid deinde, currente editione, fieri posset.

⁴ *MI.*, Scripta II, p. V.

⁵ Cf. exempli gratia A. FEDER, *Lehrbuch der geschichtlichen Methoden*, Regensburg 1924, p. 92 n. 102. Immo, narratio potest non aliis sed soli auctori destinari, indole sua fontis narrativi minime amissa. Si nempe scribitur ad impediendum ne auctor ipse facti alicuius obliviscatur. Huius generis videtur esse *Introductio Memorialis B. Petri Fabri*, quam in hoc volumine inter fontes narrativos apponimus.

steris transmittendam, sed ad negotium aliquod vitae sive privatae sive publicae gerendum exarantur, *secundo tomo* reservamus. Intra unamquamque autem seriem, stricte ordinem chronologicum compositionis sequi intendimus.

In alia quoque re nonnihil a primae editionis methodo discedimus. Primi editores nonnulla documenta de S. Ignatio in serie quarta praetermisserunt, vel quia eis minoris momenti visa sunt, vel quia iam in aliis sectionibus edita aut mox edenda erant; et ita quidem ut omissorum documentorum nec elenchum, nec regestum conficerent. Nos autem in hac seriei quartae nova editione *omnia quaecumque novimus de S. Ignatio documenta* includemus, ita tamen ut quae maioris momenti sint integra edamus, etiam si in aliis nostrorum Monumentorum sectionibus prolata fuerint; reliquorum autem regestum saltem conficiemus. Hoc pacto rem utilem historiographis nos facturos iudicamus, quibus in uno opere omnes de vita Sancti Ignatii fontes in ordinem redacti patebunt.

Ad PRAEFATIONES DOCUMENTORUM quod attinet, unicuique (quod in prima editione raro et brevius, idque sparsim sive in praefatione totius voluminis, sive in annotationibus siebat) specialem praefationem praemitteremus, quam eius traditionem manuscriptam, tum etiam momentum et indolem historicam adumbrabimus. Qua ratione inita, et res a lectore commodius inveniri et facilius inutiles repetitiones vitari posse confidimus. Prolegomenis toti volumini praefixis, eas solummodo quaestiones universaliores reservamus quae omnia documenta eorumque inter se nemus respiciunt.

Aliud denique nostrae editionis discrimen VOLUMINUM NUMERUM respicit. Etenim tomum primum, qui fontes narrativos continebit, in duo volumina dividemus. Cum enim et documentorum moles et historicum eorumdem commentarium multum sensim sine sensu in manibus nostris creverint, satius existimabimus documenta in duo volumina desperte, quorum prius narrationes usque ad S. Ignatii obitum conscriptas exhibebit, alterum autem eas quae post Ignatii mortem a testibus coaevis vel a coaevis immediate

dependentibus confectae sunt, complectetur. Unde totius operis distributio haec erit:

TOMUS I. *Fontes narrativi*

Vol. I — Scripti ante annum 1557

Vol. II — Scripti post annum 1557

TOMUS II. *Fontes documentales*

Quam rationem designandi volumina in citationibus et nos in posterum servabimus, et scriptoribus qui eis uti velint, commendamus.

Tandem in MODO TRANSCRIBENDI DOCUMENTA, hispana praesertim. (nam in aliis solum *u* in *v* secundum hodiernum usum mutavimus) a regulis in MHSI hucusque usurpatis⁶ aliquantulum recedimus.

Scriptores saeculi XVI, amanuenses praecipue, inconstantes omnino sunt in modo scribendi verba; modo, verbi causa, scribunt *haber*, *oration*, modo *auer*, *oracion* etc. Litteras *b* *v* *u*, indiscriminatim adhibent; eodem modo *i* *j* *y*; litteram *h* saepissime omittunt; *c* scribunt ubi nulla ratio est ante *e*, *i*. Nos igitur ut lectorum commoditati, et uniformitati consulamus, retentis semper verbis manuscriptorum, ponemus litteram *h* ubi nunc scribi solet; eam vero omittemus, ubi nunc omittitur, v. g. Cristo, pro Christo; litteras *b*, *u*, *v*, *i*, *j*, *y*, modo recenti distinguemus; *c* ante *e*, *i*. omittemus; ponemus vero ante *a*, *o*, si quando per distractiōnem omissa est ab scriptore. Litteram *e* ante verba ab *s* incipientia addemus, ubi desit, v. g. estudio (studio). In verbis hispanis ponemus *c* ubi amanuenses morem latinum sequentes scribunt saepe *t*, ut *oración* (oration), *obediencia* (obedientia), cet.

Scribemus littera simplici, ut nunc fit, verba quae amanuenses nonnumquam duplii littera scribunt, v. g. *confesó* pro *confessó*, *ofrecian* pro *offrecian*, *pecados*, pro *peccados*.

Quoad litteras maiusculas et minusculas, interpunctionem et accentus sive apices supra vocales, sequemur usum iam a multis annis in nostris MONUMENTIS usurpatum.

His finem imponere non possumus quin gratum nostrum animum omnibus iis testemur qui vel suam operam consiliis subsidiisque contulerunt, vel facilem nobis aditum in Archiva et Bibliothecas aperuerunt. Quos inter nomi-

⁶ Cf. Nadal, I p. XXI.

nandos censemus RR. PP. Alfonsum Kleiser († 24 sept. 1939), Iosephum Cal. Sola, Iosephum Cal. Teschitel, Arnaldum Parenti, Georgium Schurhammer, Iosephum Grisar, Florentinum Ogara, Edmundum Lamalle et carissimum nostrum in Monumentis edendis socium, P. Arthurum Codina, qui post 27 annos indefessi laboris historici, pie Romae obiit die 11 novembris 1941⁷.

Nonnullos alios libenter adiungimus qui nobis benevolo adiumento extra Urbem praestos fuerunt: RR. PP. Henricum del Portillo Matriiti, Franciscum Rodrigues Ulisipone, Ricardum Garcia Villoslada Salmanticae, Iosephum Sañudo Hispali, Conradum Pérez Loyolae, G. Müller Monachii, Iosephum M. Otegui Sti. Sebastiani, Leonhardum Gilen Augustae Trevirorum⁸.

Sit omnibus Christus Dominus praemium, quod unum S. P. Ignatius benefactoribus suis optabat.

Romae, die festo S. Ignatii, 31 iulii 1942.

⁷ De eius cursu vitae, operibus, morte cf. AHSI 11 (1942) 209.

⁸ Ceteros, qui in rebus particularibus nobis auxilio fuerunt, suis propriis locis grato animo commemoramus.

Praesens volumen communi consilio et collata opera praeparatum est a Patribus qui in operis fronte indicantur. Potiores autem partes in edendis Monumentis 1, 3, 4, 6 sibi assumpsit *P. Fernández*; in Prooemio totius operis. Praefatione generali huius voluminis et Monumentis 2 et 5, *P. Leturia*; in Monumentis 7-11, 14-19, *P. Dalmases*. Monumentum 12 debetur praecipue Patribus *Fernández* et *Leturia*; Monumentum 13, Patribus *Fernández* et *Dalmases*.

Dum praefatio huius voluminis typis excuditur, ecce nos percellit obitus Admodum Reverendi P. WŁODIMIRI LEDÓCHOWSKI († 13 Decembris 1942), qui inde ab anno 1915, ut totius Societatis Iesu per annos ferme 28 prudens moderator extitit ac Pater amantissimus, ita collegium hoc nostrum, MONUMENTIS HISTORICIS SOCIETATIS IESU edendis destinatum, paterno suo amore ac peculiari cura prosecutus est.

Ipsi imprimis debetur quod MONUMENTA haec nostra, in Hispania orta et a solis hispanis Provinciis Societatis Iesu per 35 annos in lucem edita, anno 1929, secundum vota iam prius a R. P. Francisco Xaverio Wernz, eius in munere praedecessore, patefacta, Romam translata sint, ut, tamquam res totius Societatis, ab omnibus Ordinis Provinciis multiplici ratione iuvarentur, ac facilis thesauris uti possent documentorum quae in Societatis Tabulario reliquisque Archivis et Bibliothecis Romanis servantur.

Voluit etiam ut MONUMENTA HISTORICA SOCIETATIS IESU, hac nova sua romana vita, primum fundamentum constituerent Instituti historici Societatis Iesu, quod suo periodico semestri, suis operum edendorum seriebus, suaque bibliotheca instructum, inde ab anno 1932 Societatis Historiam promovet ac fovet.

Quae omnia venerando Patri nostro non ideo tantum debentur quia eius suprema auctoritate constituta ac confirmata sunt. Fuit ipse praeterea eorum promotor sollers et constantissimus, ut nos, quotquot eius consiliis exsequendis aliquid conferre potuimus, experientia didicimus ac grato nunc animo testamur.

Id speciali quodam modo de hoc nostro volumine asserre licet quod, utpote ad historiam Sancti Ignatii conditoris nova luce illustrandam destinatum, singulari studio Pater noster in lucem editum videre optavit.

Faxit Deus ut, precibus eiusdem Patris adiuti, opere exsequamur quod ipse in bonum Historiae Societatis Iesu excogitavit, promovit, exsequendum commisit.

PRAEFATIO PRIMI VOLUMINIS

Hoc volumen complectetur, prout in generali prooemio nuntiavimus, fontes vetustissimos de S. Ignati vita eiusque opera in Societatis Iesu fundatione; non tamen omnes, sed eos tantum qui ante finem anni 1556, quo ipse obiit, conscripti sunt. Nonnullae occurrunt generaliores quaestiones tractandae, antequam de unoquoque monumento singillatim verba faciamus.

I. *De monumentorum huius voluminis ordine et nexu.*

Antiquissimos de vita S. Ignatii narrativos fontes inquirenti, ea prima quaestio occurrit, quandonam quibusque adiunctis consilium vitam Sancti Conditoris praeparandi ac conscribendi ortum fuerit. De quo argumento disseruerunt iam pridem primi editores nostrae seriei¹ et praeterea Böhmer², Tacchi Venturi³, auctor commentarii *Nuevos datos sobre S. Ignacio*⁴. Quibus, copiosa monumentorum nostri voluminis segete iuvante, nonnulla adiungere, quandoque etiam correctiones quasdam apponere nobis liceat.

Ignatius ipse, ante omnes, aliqua facta maioris momenti suae vitae scriptis mandavit. Huiusmodi sunt: peregrinatio hierosolymitana anno 1523 peracta, quam eo ipso anno descripsit (MONUM. 1); persecutio quam ipse sociique Romae anno 1538 doctrinae morumque causa subierunt (MONUM. 2); electio in generalem Societatis Praepositum primaque eius so-

¹ *MI. Scripta* I, p. 5-16.

² H. BÖHMER, *Studien zur Geschichte der Gesellschaft Jesu*, I. Loyola. Bonn a. Rhein 1914 pp. 309-327.

³ TACCHI VENTURI, *Storia della Compagnia di Gesù in Italia*. II. Roma 1922 pp. XII-XVIII, XXIII-XXX.

⁴ P. LETURIA, *Nuevos datos sobre S. Ignacio. La labor de Polanco y Nadal en los orígenes de la biografía ignaciana a la luz de documentos inéditos*. Bilbao 1925.

daliumpque professio apud S. Paulum, 22 aprilis anno 1541 nuncupata (MONUM. 3); tandem ordo processuum iudicialium qui contra eum tum in Hispania, tum etiam Parisiis, Vene-
tiis et Romae instituti sunt, quos Ioanni III Lusitaniae regi enarravit (MONUM. 5). Sed in his omnibus de factis singulari-
bus agitur. Propositum vitam Ignatii continua narratione complectendi, non ab eo sed ab aliis, eo primum renitente, con-
sentiente postea, ortum est⁵.

Neque auctor consilii huius fuit P. PETRUS FABER, cuius narratio primas illas fragmentarias Fundatoris relationes im-
mediate subsequitur. Est quidem *Introductio in Memoriale Fabri* (MONUM. 4), anno 1542 exarata, magni valoris ad pri-
mam Societatis fundationem vitamque ipsam Ignatii cognoscendam; sed non processit proprie e consilio vitam eius re-
ferendi. Volebat potius Faber, antequam spiritualia dona a
Deo in oratione accepta sibi scripto consignaret, primam fun-
damentalem gratiam in memoriam revocare, vocationem nem-
pe ad novum Ordinem et commercium intimum cum Fun-
datore.

Primum vestigium nobis e fontibus notum alicuius consilii vitam Ignatii conscribendi pertinet ad annum 1546, et qui-
dem connectitur cum iuvene PETRO RIBADENEIRA qui tunc tem-
poris Patavii humanis litteris operam dabat. Etenim P. Bartholomaeus Ferrão, Societatis secretarius, die 28 augusti illius anni, haec in suo litterarum regesto scribebat: « A Padua so-
bre la partida sin dilación de los que han de venir, y Polanco a Bologna ... et la risposta de Mº Don Diego [de Eguía] a Ri-
badeneira, cioè che la vita di Mtro. Ignatio está escripta ya
per li quattro evangeliste et per la sacra Scriptura, perchè non
c'è che una vita, sicut unus Christus, una fides, unum baptis-
ma »⁶. Epistolam cui hoc modo P. Ferrão respondebat non invenimus, sed dubitari vix potest quin de scribenda Ignatii vita, vel saltem de notitiis in hunc finem tempestive colli-
gendife egerit; ad quem scopum Didacus de Eguía qui cum Ignatio iam Compluti et postea Romae egerat, plurimum con-

⁵ Infra MONUM. 12 pp. 354-363.

⁶ In Arch. Soc. Iesu Romano, Cod. Epp. NN. 78, « Memorial di Roma della Compagnia del anno 1546 » fol. 33. Exaggeratus modus loquendi P. Didaci de Eguia apprime cohaeret cum eius imprudentibus laudibus de Fundatore quas inferius, MONUM. 13. p. 628 transcribimus, et ab Ignatio ipso severe reprobatae sunt.

ferre poterat⁷. Insperatum ac simplicissimum responsum Patris Didaci de Eguía ad executionem initi consilii parum proficiebat. Neque videtur Ribadeneira iam tunc sua excerpta de S. Ignatio scribere incepisse. Primum enim eius ignatianum florilegium cui titulus « De actis Patris nostri Ignatii », saltem prout in manuscriptis nobis cognitis servatur, post mortem Fundatoris exaratum est, ideoqué non in hoc, sed in sequenti volumine edetur⁸.

Post haec vestigia primosque conatus, apparet anno 1547 apud P. IOANNEM ALFONSUM DE POLANCO firmum propositum vitam Conditoris et novi Ordinis foundationem scriptis referendi, imo prima efficax executio huius propositi. Eo enim studio permotus, Patrem Laínez tunc Bononiae commorantem anno 1547, ineunte mense maio rogavit ut sibi narrationem earum rerum mitteret quas de Ignatii vita et Societatis Iesu fundatione memoria teneret, quibus ad historiam quam meditabatur iuvari posset⁹. Hinc celebris illa *Epistola Patris Lainii* de S. Ignatio originem habuit, quam summa qua potuimus diligentia, ad fidem optimorum codicium hoc nostro volumine exhibemus, una cum eiusdem antiquissima versione latina quae iam ipso saeculo XVI in usu erat (MONUM. 6).

Notitiis ex epistola Lainii praecipue desumptis, conficit P. Polancus annis 1547-1548 sermone hispanico *Summarium de Societatis origine et progressu*, quod nunc primum integrum vulgamus (MONUM. 7). Monumentum hoc, ni fallimur, inter praecipua nostrae collectionis reponendum est, tum quia veram originem posterioris *Vitae S. Ignatii* latine scriptae et *Chronici Societatis* eiusdem auctoris patefacit, tum quia nobis ante oculos ponit quid de Ignatio socii eius scirent, antequam

⁷ Cum Polancus anno 1546 Patavii commoretur, et sequenti anno consilium iam prodat vitam Ignatii conscribendi (ut statim dicimus), verisimile videtur etiam illum suas partes in interrogatione a iuniore Ribadeneira facta habuisse.

⁸ Cf. *MI.*, Scripta I, pp. 337-393. Ut tamen infra annot. 15 ostendemus, P. Ribadeneira incepit iam prius versus annum 1553 annotationes quasdam de Ignatio exarare.

⁹ Ait Laínez in sua narratione de Ignatio: « refiriéndome al buen juicio que esperamos en Nuestro Señor le dará para tomar o dejar según a gloria de su Majestad y edificación del próximo le parecerá más conveniente ». Infra MONUM. 6 n. 1 p. 70. Quod petitio Polanci iam mense maio ineunte facta fuerit, videtur deduci ex epistola ipsius Polanci 21 maii data qua gratias agit Lainio ob iam sibi promissum Summarium. Cf. *MI.*, Epistolae I p. 520.

ille Patri Ludovico González vitae suae intimiora anno 1553 enarrare coeperit.

Mens auctoris ea fuisse videtur ut opus suum, mortuo Ignatio¹⁰, non solum Societatis sodalibus, sed etiam externis patesieret¹¹. Id tamen vix obtinuisse videtur, et haec prima historica aduinbratio de origine Societatis nec perfecta, nec absoluta, in adversariis remansit. Notitiis tamen ibi collectis usus est auctor ad breviores alias *narrationes italica lingua* pertenendas annis 1549 et 1551, quae re vera per Societatis domos distributae sunt, quaeque nunc etiam primum in nostra hac editione typis eduntur (MONUM. 8). His documentis clare patebit merita secretarii S. Ignatii, ut in Constitutionibus redigendis, in origine Collegiorum et in evolutione Directoriorum pro Exercitiis maiora fuerunt quam prius putabatur, ita etiam omni expectatione superiora esse in biographia ignatiana et in exordiis historiographiae Societatis Iesu.

Post Polancum eximium locum obtinet in biographia ignatiana P. HIERONYMUS NADAL, qui iam anno 1552, simul cum P. Polanco et aliis, exoptavit enixeque petivit ut Ignatius ipse vitae suae narrationem institueret, quam nunc *Acta antiquissima* vel autobiographiam dicimus¹². Iussus etenim constitutiones Societatis nuper confectas in collegiis Siciliae in usum inducere atque explicare, existimavit, et quidem optimo iure, nihil magis huic profuturum quam si sodalibus omnibus patesieret qua via Dominus noster Fundatoris gressus ab initio direxisset: hanc narrationem veluti totius Societatis fundamentum futuram¹³. At in Hispaniam se commit-

¹⁰ Dificulter capit quod Polancus tot laudes Fundatoris divulgare cogitaverit, eo adhuc vivente. Consilium autem scriptum vulgandi constat ex annotatione sequenti.

¹¹ « Ultra de la espiritual consolación que los de la Compañía y otros tomarán de ver el principio y progreso della, parecióme que se ayudarian los unos y los otros con el ejemplo » cetera. Aliunde mens eius erat facta narrare, ulteriore compositionem operis peritioribus relinquendo: « dejaré el cuidado de limarlas y pulirlas a quien el tiempo y la habilidad más para ello sirve ». Cf. infra MONUM. 7, n. 1-2, p. 152-153.

¹² « Que muchas veces le había pedido una cosa el Mº Nadal y otros de la Compañía, y que nunca había determinado en ello...: y la cosa era declarar cuanto por su ánima hasta agora había pasado ». Infra MONUM. 12, pp. 356-357.

¹³ « Que esto era fundar verdaderamente la Compañía ». *Ibid.* pp. 360-361.

tere iussus, optatum suum P. Nadal impetrare non potuit. Ibi tamen, dum suis *spiritualibus exhortationibus* Societatis Institutum sodalibus explicabat, brevem quamdam ideam vitae Ignatii et originis Societatis proponebat (MONUM. 10), quod etiam praestitit cum *apologiam Exercitiorum* contra quorundam impugnations scripsit (MONUM. 11). Quae quidem documenta cum ex eo procedant qui tam arcto vinculo cum Sancto Fundatore coniunctus erat, historicu[m] valore non carent.

Sed meritum praecipuum Patris Nadal in ignatiana historiographia neque in his neque in aliis inter annos 1557 et 1570 de S. Ignatio scriptis documentis reponendum videtur¹⁴, sed potius in commemorato consilio ab ipso Patre Ignatio narrationem vitae sua[rum] seu *Acta antiquissima* obtainendi. Editio huius documenti a nobis quantum potuimus accuratissime praeparata, id satis per se roboret atque confirmat (MONUM. 12). Eius textui originali antiquissimam versionem latinam adiungimus a P. Hannibale Coudreto factam, tum quia non nullas aliquas variantes lectiones, immo et Natalis correctio[n]es continet, tum quia lectoribus non hispanis usum huius documenti faciliorem reddet.

Ut ex dictis patet, merita P. LUDOVICI GONZÁLEZ DE CÁMARA non tam in exoptandis et impetrandis commentariis S¹ Ignatii reponenda sunt, quam in maxima diligentia qua Sancti Ignatii narrationem ex eius ore fidelissime exceptam, sibi notavit scriptisque redegit. Qua ratione opus suum conferit, in praefatione huic documento praemissa satis exp[lic]nimus.

Aliud est praeterea genus litterarium et historicum, cuius primum consilium et executio in biographia ignatiana Patri Ludovico González debetur. Consilium dicimus dicta et facta S. Ignatii in scriptis *ad modum diarii* redigendi, quod *Memorial[e]* vocatum est (MONUM. 13). Cum enim munere ministri domus romanae anno 1555 fungeretur, nactus occasionem cum S. Ignatio de rebus ad ordinem domesticum pertinentibus saepenumero conferendi, quae in eo deprehenderat, vel ex eo audierat, scriptis notabat. Quibus annotationibus oblata occasione alia non pauca adicere solitus est, quae non signatis diebus, sed ab Ignatio alias, vel ab aliis Patribus de Ignatio per-

¹⁴ Scripsit praesertim « Apologiam ad Doctores Parisienses » et « Dialogos pro Societate » quae opera in volumine secundo edenda reservamus. Cf. interea LETURIA, *Nuevos datos* ... p. 17-30.

ceperat; ut eius opus non iam diarium, sed florilegium seu excerpta de S. Ignatio dicendum videatur.

In suo hoc conatu P. Ludovicus González imitatores non nullos habuit. Fieri quidem potest ut P. Ribadeneira¹⁵ et Nadal etiam ipse¹⁶ collegerint in suis adversariis quaedam acta et dicta Ignatii priusquam Memoriale Patris González cognoverint. Attamen praecipuae illorum collectiones nobis cognitae¹⁷, itemque alia quam a Polanco scriptam esse scimus, etiamsi textus non extet¹⁸, posteriores tempore sunt opere Patris González, et — ut videtur — ad modum imitationis seu complementi eius concipiendae. Eas, utpote post annum 1556 confectas, sequenti volumini edendas relinquimus. Limites enim chronologicos nobis ad hoc volumen praefixos retinendos censemus, solis exceptis complementis quae P. González suo Memoriali anno 1573-1574 lingua lusitana addidit. Nam elsi hae additiones tempore adeo posteriores, atque valore historicō textu antiquo Memorialis inferiores sint, seiungendae non erant ab opere cuius commentarium constituunt.

Continet igitur nostrum volumen tria praecipua narrationum genera quibus integra biographia ignatiana innitatur necesse est: epistolam Lainii et cum ea intime connexum Summarium hispanicum Polanci, quibus attentio *ad Societatis foundationem* imprimis dirigitur; Acta antiquissima seu Commen-

¹⁵ In suis « De actis Patris nostri Ignatii ». Non enim pauca ibi notata ferunt annum, mensem atque *etiam diem* quibus rem audivit vel vidit, quod sine annotationibus statim factis vix intelligitur. Ita, inde a 29 aprilis 1553 usque ad 16 augusti 1555. Cf. *MI.*, Scripta I nn. 50, 14, 19, 49, 2, 6, 39, pp. 338 ss. Pro annis 1553 prioribus desunt iam annotationes tam accuratae. Ita: « Ego audivi anno 40 vel 41 » (*Ibid.* n. 4 p. 339); « Ego ex illo anno 44 vel 45 » (*Ibid.* n. 9 p. 340); « Ego audivi Romae ex Isabel Roser anno 43 vel 44 » (*Ibid.* n. 10 p. 341); « Ego audivi anno ni fallor 41 » (*Ibid.* n. 22 p. 345).

¹⁶ In suis « Patrum dicta aliquot ... Pater noster Ignatius » apud *Nadal IV*, pp. 643-646. Aliqua ibi annotata videntur scripta Ignatio adhuc vivente. Ex. gratia: « Narrat vitam suam, sua peccata, persecutio[n]es, carceres, infirmitates. Ita moveat mire ». *Ibid.* p. 644.

¹⁷ P. Ribadeneira praecipuae sunt: « De actis P. Ignatii » et « Dicta et facta ». Cf. *MI.*, Scripta I pp. 337-441. E P. Nadal: « Acta quaedam P. Ignatii » et « Patrum dicta aliquot ». *Ibid.* pp. 471-476; *Nadal IV* pp. 643-646.

¹⁸ Ita ait Nadal de Polanco: « Colligi aliae possunt ex quadam quaternione ubi primum scripsit P. Polancus, dein ego ». *Nadal IV*, p. 621. Fortasse procedunt ex hoc quaternione, qui nos hucusque latuit, annotationes illae quas ex Polanco transcripsit Ribadeneira in suis « Dicta et facta ». *MI.*, Scripta I p. 394-397. Sed nihil certi scimus.

tarios de vita sua, qui fons est primarius *ad intimorem vitam spiritualem Fundatoris perspiciendam*; Memoriale tandem P. González de Cámará, quo maxime *indoles personalis S. Ignatii et modus agendi Superioris et hominis* eluent. Inde ab anno 1556 scribuntur praesertim a PP. Ribadeneira, Nadal, Simone Rodríguez, Manareo, documenta narrativa haud exigui valoris; antiquitate tamen rerumque copia cum his generatim non comparanda. Quod magis adhuc dici potest de illis complementis, anno 1557 prioribus, quae in praesenti volumine includimus. Quales sunt: informationes Polanci ad diversos, quarum regestum conficimus (MONUM. 9); dedicatio Theologiae Mysticae Harphii Ignatio ceterisque Societatis Iesu Patribus, quam editioni anno 1556 factae praeposuit devotus carthusianus coloniensis Bruno Loher, quam cum de Societatis initiosis sat late disserat primusque sit de hac re typis editus commentarius edendam putavimus (MONUM. 14); epistola communis Patris Polanci de obitu Sancti Ignatii (MONUM. 15); selecta quaedam fragmenta ephemeridum F. Theodorici Gérardi eundem eventum illustrantia (MONUM. 16); epitaphium Fundatoris sepulcro impositum (MONUM. 17); regestum praeципuarum epistolarum quae occasione mortis Ignatii et in laudem defuncti Roma missae sunt (MONUM. 18); tandem opusculum Cancellarii Universitatis Vindobonensis Ioannis Alberti Widmanstadii, quae prima est apologia de Societatis origine et natura typis excussa (1556). Ei adiungimus versionem germanicam a Stephano Agricola anno 1560 vulgatam (MONUM. 19). De quibus nihil hoc loco addimus, quia propriis praefationibus singula illustrabuntur.

II. *De anno quo Ignatius natus est disceptatio critica.*

Quamvis nostri fontes narrativi antiquitate rerumque copia inter omnes similes narrationes de S. Ignatio emineant, non semper accuratissimi sunt in temporibus definiendis quibus res narratae accidisse dicuntur. Haec nos ratio impulit ad chronologicum conspectum vitae S. Ignatii, prout illum e comparativo studio omnium fontium eruere potuimus, editioni documentorum huius voluminis praemittendum.

Sed ecce in limine ipso chronologiae quaestio nobis obviam occurrit perdifficilis, sed magni momenti, ex qua non pauca alia pendent: quo anno nempe Ignatius natus sit. Cum enim desideretur tam in oppido Azpeitia quam in curia episcopali pampe-

lonensi, a qua paroecia Azpeitiae dependebat, regestum seu inscriptione baptizatorum saeculo XV exeunte¹, nihil aliud restat nisi ut alia via hoc problema solvere conemur². E nostris documentis duo concludi videntur: primum, non posse solutionem ab Ignatii testimonii expectari, quia haec testimonia sibi non constant; alterum, inveniri illam posse, et quidem in favorem anni 1491 traditione transmissi, si alia testimonia in ipso oppido Azpeitia inventa consulantur et recta luce illustrentur. Ostendimus per partes.

Ignatius repetere solitus est, se vanitatibus rebusque mundanis deditum fuisse ad annum usque 26 aetatis suae. Textus ACTORUM seu autobiographiae notus est: « Hasta los 26 años de su edad fué hombre dado a las vanidades del mundo ... y así estando en una fortaleza que los franceses combatían » ... (Infra MONUM 12 n. 1 pp. 364-365). Ex quibus clare erui videtur Ignatii conversionem evenisse — ita saltem putabat Ignatius — anno vigessimo sexto aetatis cius. Cum autem expugnatio arcis Pampelonensis in qua Ignatius vulneratus est, anno 1521 certo acciderit, sequitur ut, ex Ignatii testimonio, anno 1495 natus sit.

Sed contra hanc conclusionem duae obiectiones opponi possunt, quae re vera propositae sunt, videlicet quod lectio 26 non sit tuta in manuscriptis, et quod Ignatius non de definitiva sua conversione loquatur hoc loco, sed de alia priore et imperfectiore e

¹ Praeter proprias nostras investigationes, adhibuimus consilium Rev. D. Modesti Madariaga, in rebus archivorum Azpeitiæ peritissimi, et Rev. D. Dr. Iosephi Zunzunegui qui archiva civilia et ecclesiastica Pampelonensia optime noscit. Responsum fuit semper negativum.

² Controversiam hanc, iam in antiqua Societate agitatam, instauravit rursus P. KREITEN apud « Stimmen aus Maria-Laak » 43 (1892) 92-97, qui annum 1495 ut annum nativitatis assignavit. Cum anno 1894 nostra MHSI textus divulgaretur P. Polanci huic sententiae faventes, controversia crevit. Hi textus nonnihil moverunt BOLLANDISTAS, apud « Analecta Bollandiana » 13 (1894) 305; 14 (1895) 230, et praesertim P. TACCHI VENTURI, qui annum 1491 dubium declaravit apud « Civiltà Cattolica » Ser. XVII, vol. XI (21 luglio 1900), p. 144-153. P. ALB. THIJM e contra anno 1894, et maxime P. ASTRÁIN (*Historia* I p. 3-4) anno 1901, tandem BÖHMER anno 1914 (*Loyola*, p. 12-13) sententiam traditionalem tuiti sunt. Duo primi referebant ad annum 1553 textum ignatianum de 62 vitae annis; tertius insistebat praesertim in nutricis testimonio. — Ultimis his annis P. TACCHI VENTURI (*Storia* II, p. 5-6) priorem suam sententiam mutasse videtur, in quantum nunc potius nativitatem inter martium 1492 et martium 1493 collocat, eo praesertim quod textus 62 annorum ad annum 1555 refert. Tamen P. DUDON (*St. Ignace* p. 613-614) inclinat in primos menses anni 1493, innixus hoc ipso argumento, quamvis non plena certitudine. — In nostra expositione adhibemus documenta quae in operibus *Nuevos datos sobre S. Ignacio* p. 46-48, 60-61, et *El gentilhombre lñigo López de Loyola* p. 39-44 primo indicata sunt.

vita immoderata et vitiis dedita ad vitam gravem et arduam militis apud Ducem de Nájera³.

In apparatu critico nostri textus quaedam re vera indicia inveniuntur contra lectionem 26. Duo enim inter praecipuos codices *N* et *C* habebant primitus alium numerum, probabiliter 20. Solum labente tempore correctus est numerus 20 in 26. Immo, codex *Post* scribit ita (et similiter *Vt*) integris characteribus: « ad vigesimum usque aetatis suae annum » (Infra MONUM. 12 apparatus ad n. 1, pp. 364-365). Si tamen omnes nostri fontes conferuntur, dubium non est quin Ignatius loquatur de vigessimo sexto aetatis suae anno. Sic non numeris sed integris characteribus eius aetas exprimitur in codicibus *Ve*, *Co* et *Co²*; numerus 26 appetet tandem in correctione codicibus *N* et *C* apposita; hunc numerum legimus sine ulla dubitatione in *Summario hispanicus* Polanci et in *Summariis italicis* eiusdem auctoris, quae Summaria tempore praecedunt (res quidem maximi momenti) narrationem autobiographicam a Patri Ludovico González factam. *Summaria italica* magni haberi debent quia et scripta et missa sunt ad Provincias Societatis per annos 1549-1551 ex commissione ipsius Ignatii. En eorum verba: « Il qual Ignatio essendo stato persona molto mondana insino alli vinti e sei anni di sua vita, trovandosi in difesa della forteza di Pamplona » ... (Infra MONUM. 8 n. 1 p. 261; MONUM. 7 n. 3 p. 154). Firmum igitur maneat, etsi lectio 26 secundum ms. ACTORUM, non possit dici tutissima, hanc tamen affirmationem non esse *autobiographiae propriam, sed fuisse* eam ab Ignatio repetitam inde saltem ab anno 1547, et quidem saepe. Sic intelligitur cur postea recurrat apud Nadal, Ribadeneira, ipsumque Polanco⁴.

Nec magis valet secunda illa hypothesis, agi non de conversione plena ad Deum anno 1521, sed de alia imperfecta ad gravem et arduam disciplinam militiae, quae accidisse dicitur anno 1517. Nam primo, etiam anno 1521, non obstante disciplina huiusmodi, Ignatius erat cogitationibus vanis et mundanis immersus, ut in descriptione autobiographica suae conversionis luce clarius ap-

³ Hanc hypothesisim proposuerunt primo BOLLANDIANI (*Acta Sanctorum Iulii*, VII p. 637), et recentius P. FITA, quem etiam sequitur ASTRÁIN (*Historia I*, p. 6).

⁴ Pro Ribadeneira cf. *MI.*, Scripta I p. 343-344; II p. 424-425; pro Polanco cf. *Chronicon* I p. 9, 77; pro Natali cf. *Nuevos datos* p. 60. His accedit affirmatio historiographi hispani *Garibay* anno 1566 (Cf. ASTRÁIN, *Historia* ... p. 4) qui fortasse primus fuit in designando expresse anno vulneris ignatiani, 1521; etiam theologi lusitani PAYVA DA ANDRADA, qui, postquam Tridenti cum P. Polanco de his rebus anno 1562-1563 egit, scripsit: « in ipso aetatis flore (erat enim 26 annos natus), domo, patria ac propriis laribus relicta, in templum Deiparae Virgini dicatum ... quod Montem Serratum vocant, se migravit ». Cf. *Orthodoxarum Explicationum libri decem*, Coloniae 1564 p. 13-14.

paret (MONUM. 12 nn. 6-7 pp. 370-371). Praeterea *Summaria italica* Patris Polanci referunt conversionem ad tempus vulneris pampelonensis et subsequentis morbi, ut nuperime vidimus. Tandem Nadal post aliquot annos scripsit in suis *Dialogis pro Societate*: « usque ad annum aetatis suae 26, *hoc est* 1521, fuit ambitione tractus »⁵. Manet igitur critice certum Ignatium non semel affirmasse suam conversionem definitivam ad bonam frugem evenisse vigesimo sexto aetatis suae anno. Unum solummodo adiungere oportet: eum non addidisse quo anno decurrentis saeculi XVI vulneratio et conversio evenerint. Anno 1547 id ignorabat Polancus⁶. Circa annum 1564 id nesciebat Ribadeneira⁷. Ex aliis ergo prophanis fontibus id comperire debuerunt circa annos 1567-1570 tum Ribadeneira, tum Nadal, cum nempe sciverunt quo anno expugnatio arcis pampelonensis evenerit⁸.

Sed ecce testimonium Ignatii de aetatis suae annis tempore conversionis ad Deum, non cohaeret cum ipsius testimonio de anno quem agere se affirmavit versus vitae suae finem. Loquens enim in suis ACTIS de eximia illustratione quam habuit Minoris-sae ad flumen Cardoner, ita dicit: « de manera que en todo el curso de su vida, *hasta pasados sesenta y dos años* ... no le parece haber alcanzado tanto como aquella vez sola » (MONUM. 12 n. 30, pp. 404-405). De lectione textus nulla est controversia. Omnes codices, versiones omnes (praeter VI habentem 72) eodem modo referunt: *pasados sesenta y dos años*. Dubium versatur circa tempus quo haec verba ab Ignatio prolata sunt. Cum enim ille vitam suam partim anno 1553, partim anno 1555 Patri González de Cámara narraverit, dubium manet ad quam partem pericope de 62 annis pertineat. Potestne quaestio haec definiri?

Notemus in primis Ignatii contradictionem in utraque hypothesi subsistere. Si enim anno 1553 annos 62 plenos numerabat, natus esset anno 1491; si autem anno 1555 aetatem illam habebat, natus esset anno 1493; in neutra autem hypothesi natus esset anno 1495, ut requiritur si anno vigesimo sexto vitae suae se ad Deum convertit⁹. Ne autem res suspensa pendeat, verba prolata esse

⁵ Cf. *Nuevos datos* p. 60.

⁶ Adverte in MONUM. 7 n. 3 p. 154, annot. 9 quomodo Polancus relinquat in manuscripto spatum vacuum cum pervenit ad annum vulneris designandum.

⁷ Adeo ut per computum, non per testimonium, perveniat erronee ad annum 1517, loco affirmandi annum 1521. Cf. *MI.*, Scripta I p. 344.

⁸ Ut vidimus supra, Nadal id sciebat cum inter annos 1565-1567 scriberat suos « Dialogos pro Societate ». Cf. sup. annot. 5. Ribadeneira scire debuit parum ante editionem Vitae latinae (1572), ut ex eius epistola ad P. Orlandini deduci videtur. *MI.*, Scripta II p. 424-425. — Fortasse ex *Compendio historial Stephani Garibay*, de quo iam supra ann. 4.

⁹ Neque ideo in periculum vertitur testimonium Ignatii vitam suam

ostendemus anno 1555, non autem anno 1553. *Prima ratio*: scimus e Memoriali P. Gonz. de Câmara, die 17 februarii 1555 Ignatium nondum huic Patri narrasse eximiam illustrationem ad flumen Cardoner, quam tamen ei narraturum se promiserat, et paulo post re vera narravit¹⁰. Iam vero, locus hic de 62 vitae annis completis recurrat immediate post narrationem illustrationis ad flumen Cardoner. *Secunda ratio*: dicit Câmara in introductione ad Acta antiquissima sive autobiographiam, primam eius partem, illam nempe quae narrata est ab Ignatio anno 1553, productam esse « hasta estar en Manresa algunos días »¹¹. Atqui illustratio ad flumen Cardoner, quacum locus de aetate connectitur, evenit post quatuor menses et eo amplius ab adventu in urbem Minorissam, et narratio rerum quae his quatuor mensibus acciderunt longe maiorem partem occupat totius relationis manresanae¹²: ergo narratio de qua est controversia, non ad annum 1553, sed ad annum 1555 pertinere videtur.

P. Kreiten conatus est contradictionem in Ignati dictis repellere, asserendo verba « hasta pasados sesenta y dos años » non fuisse ab eo prolati, sed superaddita a P. Câmara qui etiam alias pericopas libitu suo intexit¹³. Concedimus quidem nonnulla esse in manuscripto a P. Câmara addita, ut in nostris peculiaribus prolegomenis huius documenti latius exponitur. Sed nullum in nostro casu additionis vestigium appetet¹⁴. Immo P. Poianus exprese testatur: « vixit autem annos, prout ipse computabat, sexaginta

maxime internam narrantis, ut timet P. ASTRÁIN, *Historia ... I* p. 5. Errores enim de propria aetate frequentes erant, maxime in saeculo XVI, ut ex catalogis in nostris archivis asservatis luculenter constat.

¹⁰ Cf. infra MONUM. 13 nn. 137, 12, p. 610, 534 et annotationem quam ibi apponimus.

¹¹ Infra MONUM. 12 prol. n. 2*, pp. 358-359. « Llegó con la historia hasta estar en Manresa algunos días, como se ve escrito de letra diferente ». Haec ultima verba (ut in nostris annotationibus dicimus), nihil conferunt ad rem nunc solvendam, quia mutatio scripturae habebatur solummodo in originali, quod non iam habemus.

¹² EPISTOLA LAINII ponit illam illustrationem: « a cabo de cuatro meses » (Infra MONUM 6 n. 10 p. 80, et cf. n. 8). ACTA ANTIQUISSIMA extendunt tempestatem scrupulorum, quae illi illustrationi certe praeescit, ad plures menses: « pasados muchos meses » (MONUM. 12, n. 23, pp. 396-397). Relatio rerum Minorissae gestarum occupat in ACTIS ANTIQUISSIMIS paragraphos 18-34, e quibus solum paragraphi tres (32-34) sunt illius illustrationis narrationi posteriores.

¹³ Art. cit. p. 92.

¹⁴ Cf. apparatus criticum ad hunc locum infra in MONUM. 12 n. 30 pp. 404-406, et prolegomena peculiaria, caput « De additionibus marginalibus ».

tres »¹⁵. Vel loquitur de narratione ad P. Câmara, et tunc confirmatur id ab Ignatio ipso procedere; vel de aliis verbis ab ipso Polanco perceptis, et tunc rursus constat Ignatium sibi tribuisse anno 1555 sexaginta duos annos completos.

Ex his concluditur contradictionem vitari non posse in Ignatio de annis suaetatis loquente. Neque finis imponetur — ni fallimur — innumeris disputationibus de hac materia, si Ignatii testimoniis haerere velimus. Unde via quae restat ad rem critice dirimendam haec videtur: supersedere testimonio ipsius Sancti Ignatii, et alia criteria pervestigare. Quod iam primi Patres fecerunt qui Romae tempore obitus Sancti Conditoris praesentes aderant. Ii enim scripsérunt in epitaphio sepulcro illius imposito eum mortuum esse sexagesimo quinto aetatis anno¹⁶; id est, neque sexagesimo primo (ut conversio anno 26 computata exigebat), neque sexagesimo tertio (ut ex Ignatii dictis deducendum esset). Qua autem auctoritate ducti hoc modo processerint dicti Patres, e modo loquendi Polanci deducitur: « Vixit autem annos, prout ipse computabat, sexaginta tres, *nutrix tamen eius* duos addebat ». Et rursus: « Aliqui anno a Nativitate Domini 1491 natum Ignatium censuerunt, qui *eius nutricis sententiam* secuti videntur »¹⁷. A quo id Patres resciverint Polancus tacet. Potuerunt autem id scire vel ab Ignatii nepote Aemiliano a Loyola, qui Romae anno 1541 Societatem ingressus erat¹⁸, vel a PP. Araoz aut Tablares de rebus Azpeitiæ apprime instructis, qui Romam anno 1551 adierunt¹⁹, vel dernum ab ipso P. Hieronymo Nadal, qui ad Ignatium anno 1554 exeunte rursus venit, postquam loyolaeam domum paulo antea invisiisset²⁰.

¹⁵ *Chronicon VI* p. 44 n. 120. Testimonium hoc Polanci confirmatur alio adhuc antiquiore, nempe Diario Theodorici Gerardi, quod anno ipso 1556 quadam hanc partem scriptum est: « ... Migravit ad Dominum R. P. noster Ignatius ... 63 annorum aut eo circa ». Cf. infra MONUM. 16. Gerardi retulit quod ab aliis Patribus principalioribus ante inscriptionis sepulcralis collocationem dicebatur. Id quod nostrum assertum confirmat de Ignatio hanc aetatem sibi tribuente.

¹⁶ « Anno aetatis suaetatis LXV ». Cf. MONUM. 17. Non constat num sensus sit 65 annorum expletorum, an inceptorum. Cf. infra annot. 43.

¹⁷ *Chronicon VI* p. 44; I p. 9. Ribadeneira multi semper habuit deliberationes quae inscriptioni decernendae praemissae sunt: « después de haberlo mirado y consultado ». MI., Scripta II, p. 425.

¹⁸ Cf. *Chronicon I*, p. 97.

¹⁹ *Ibid.* II p. 10; MI., Constitutiones I p. LXXX.

²⁰ MI., Epistolae VII, p. 676; *Nadal II*, p. 28. Notum est Natalem petivisse rursus Hispaniam ante Ignati obitum; partes igitur directas in inscriptione determinanda non habuit. Sed fortasse iam antea Patribus retulerat quod ipse de aetate Ignatii ex Hispania sciebat. Quid hoc esset, et quomodo cum inscriptione sepulcrali cohaereat dicimus infra annot. 43.

Sententiam quam romani Patres tutorem anno 1556 existimarent, amplexus est etiam post longam deliberationem annis 1568-1572 P. Ribadeneira. Is tria stadia opinionum successive percurrit antequam postremam tutam fixamque haberet. In *prima* omittit testimonium Ignatii de annis 63 tempore obitus, et retinet solutionem in epitaphio adhibitam, existimando tamen eam cohaerere posse cum 26 annis tempore conversionis²¹. In *secunda* reicit inter annos 1567-1570 testimonium epitaphii sepulcralis quia interea detexerat Ignatium anno 1521 vulneratum esse, et conversionem anno 26 aetatis secundum Ignatii asserta, omnino retinendam censem²². In *tertia*, post novam rei considerationem²³, superseedendum dicit ignatiano testimonio, et adhaeret definitive annis in epitaphio expressis, et constanti iudicio Patrum qui *Vitam a se scriptam* inspexerunt²⁴. Neque ulteriores de hac re disceptationes secutae essent, nisi P. Polancus paulo post primaevam suam opinionem, quam etiam Ribadeneira in Vita Ignatii iam typis editam tenebat, repudiasset. Standum enim esse iudicavit Ignatii assertis conversionem anno aetatis 26 reponentibus potius quam nutricis

²¹ *MI.*, Scripta, I p. 343-344: « Eodem anno quo Lutherus ab obedientia Ecclesiae ad castra diaboli descivit, nimurum [15]17, Pater noster se ad Christum recepit, quod planum flet si aetatem qua conversus est et mortuus consideremus: nam obiit anno Domini 1556, aetatis vero suae 65: conversus est autem anno aetatis 26; a 26 autem usque ad 65 intercedunt 39 anni; quos si a 56, quo anno migravit a corpore, demas, 17 reliqui flunt ».

²² « Yo mismo fuí de opinión que no había vivido sino 61 años, fundándome en que siendo de 26 fue herido en Pamplona el año de 21 ». *MI.*, Scripta II p. 424.

²³ Fortasse, etiam propter indagationes de hoc argumento Loyolae factas. Nam quod, Ribadeneira petente, indagationes Loyolae facienda petitae fuerint, constat ex epistola S. F. de Borja Generalis diei 20 martii 1571 quam P. ASTRÁIN edidit. Cf. *Historia...* p. 7. Quod responsum a Loyola pervenerit et in ultimam sententiam Ribadeneirae influixerit, expresse ab eo non dicitur neque ex aliis fontibus immediatis directe scimus, quia responsum deest in nostris archivis. Tamen recte potest coniectura capi, tum ex facto quod Polancus determinationem testimonio nutricis attribuit, tum ex concordia opinionum omnium censorum qui *Vitam Ribadeneirae* examinarunt. Cf. annot. sequentem.

²⁴ « Pero después mudé opinión por dos razones: la primera porque el mismo P. Polanco y los otros Padres que estaban en Roma cuando murió N. Padre ... después de haberlo mirado y consultado, en la letra de su sepulcro pusieron que había vivido 65 años. La segunda razón fué, porque los Padres que examinaron por orden del P. Francisco de Borja nuestro General mi libro, fueron de parecer que se pusiese que había vivido 65 años; y eran las personas más doctas y graves y que más habían tratado a N. Padre de toda la Compañía ». *MI.*, Scripta II p. 425.

sententiae²⁵ ... Oblitus est autem addere, hac adhibita via, non nutricem solam, sed Ignatium ipsum anno 1556 sibi 63 annos aetatis imponentem, reiciendum esse. Id est Ignatium Ignatio opponi.

Diligenter in Archivis Azpeitiæ documenta quaesivimus si quae forte lucem huic quaestioni afferre possent. Fontes directos pro testimonio Mariae de Garyn, nutricis Ignatii²⁶, nullos hucusque invenimus. Obvium tamen nobis advenit documentum anno 1505 a publico notario Azpeitiæ Dominico de Egunes vel Egurza (utroque enim modo eius nomen scriptum apparet), quod annum nativitatis a nutrice assertum plene confirmare videtur. En huius documenti textum:

†

Obligación -- Don Migel de Aguirre

Sepan quantos esta carta de obligación vieren como Domingo de Goyenaga vecino de Yciar | otorgo e conosco que debo dar e pagar a vos don Migel de Aguirre clérigo vecino de la villa de Azpeitia | tres ducados e medio de oro viejos e del justo peso para este mes de Agosto próximo que sea so pena | del doble, los cuales vos los debo por razón que de vos compré e rescibi un rocin, de resto del qual me quedaron a deber los dichos ducados de que me otorgo por contento, sobre que renuncio la excepción de la non numerata pecunia, e las dos leys del fuero e del derecho | que fablan en razón de la vista e prueba de la paga, en uno con todas las otras leys | fueros e derechos, excepciones e defensiones que en justa razón deben y pueden ser | renunciadas²⁷ para lo qual todo que dicho es así tener, secundar complir e pagar | obligo a mi persona e bienes muebles e raíces avidos e por aver et por la | presente do todo mi poder cumplido a su alteza e a todos e cualesquier sus | justicias para que por virtud de esta carta manden fazer e fagan entrega e ejecución | en mi persona e bienes muebles e rayzes avidos e por aver: et los tales | bienes vendan e rematen a buen precio o a malo, a vuestro | pro, e a todo mi | daño sin atender sobre ello plazo alguno que sea del fuero e del derecho | e de los maravedis que valieren entreguen e fagan pago a vos el dicho don Migel Aguirre debda princípal e costas, de todo

²⁵ *Chronicon I*, p. 9.

²⁶ Cf. *El Gentilhombre* ..., p. 39-40.

²⁷ Eiusmodi «Excepciones» ut etiam «las leyes del fuero y del derecho» atque ceterae formalitates quae in his actis, occurunt, desumptae sunt ex ordinariis formularioi iuridicis in medio aeo in Castella adhibitis. Cf. ex. gratia eas cum formulario de «Obligación desaforada» quam edidit Galo Sánchez apud «Anuario de Historia del Derecho español» 2 (1925) 489-491.

bien et complidamente bien así como si por los dichos jue|zes mes-mos así fuese juzgado o sentenciado por su juicio e sentencia de-finitiva | a mi pedimiento e consentimiento, e la tal sentencia por mi fuese consentida loada | e aprobada e pasada en cosa juzgada: e en firmeza de lo suso dicho renuncio al dolo malo e al dolo fu-turo e al derecho que diz que el dolo futuro non puede ser | re-nunciado, en uno con todas las otras leys fueros e derechos exce-ciones e de|fensiones opiniones e determinaciones de dolores que en justa razón deben e pue|den ser renunciadas [deletum: para lo qual todo que dicho es así] en uno a la ley et derecho | que diz que general renunciación de leys que ome faga non bala, salvo que la espec|cial preceda; ca quiero que en todo e por todo esta obli-gación sea efetuado | e cumplido al tenor de la ley de Toledo, fecha sobre las exenciones²⁸ e que contra esta | carta otra excepción non me sea recibida se non la paga + fecha ante escribano e testigos. | E por mas complimiento otorgué esta carta ante Domingo de He-gunes escribano de su alte|za et testigos de yuso escriptos e rogué a don Ynigo de Goyas que presente | estava, que firmase en mi lo-gar, que fue fecha e otorgada en la dicha villa de Azpeitia | a veinte e tres días del mes de octubre del nacimiento de nuestro Salvador Ihu Xº | de mill e quinientos e cinco años. A que fueron presentes por testigos para esto lla|mados e rogados don Inigo de Goyas e Do-mingo de Garagarça e | YNIGO de LOYOLA vecinos de la dicha villa. -- (ba borrado e do diz: para lo qual todo que dicho es asy).

DON DOMINGO

DON YNIGO²⁹

Quod testis in hoc documento YNIGO DE LOYOLA vocatus, sit S. Ignatius deducitur e complexu actorum publicorum quae in Az-peitiæ archivis servantur, et e documentis pluribus familiae Loyola, quae a non paucis historicis hucusque investigata sunt. No-men quidem Inigo pluries in eis occurrit, ut etiam in nostro do-cumento videre est: cognomen Loyola saepenumero invenitur, etiam inter familiares qui Ignatii fratres non erant³⁰; attamen *Inigo de Loyola* nemo hucusque inventus est praeter Ignatium³¹.

²⁸ Alludit ad legem 44 inter illas quam Reges Catholici Ferdinandus et Elisabeth Toleti anno 1480 promulgarunt; quac transiit ad *Novissima Recopilación* lege I tit. 28 lib. XI. Apud ALCUBILLA. *Códigos antiguos de España*, Madrid 1885, II p. 1835.

²⁹ Archivo de Protocolos in oppido Azpeitia, *Protocolo de Domingo de Egurza*, 1505.

³⁰ Cf. v. gr. *El Gentilhombre* ... p. 198.

³¹ Bene notat P. PÉREZ ARREGUI, *S. Ignacio en Azpeitia* p. 48, etiam nomen Loyolæ non reperiri nisi inter familiares huius domus, non inter colonos et dependentes. In familia autem Loyolæ nullum Inigo de Loyola cognosci nisi S. Ignatium, clarum est.

Additum quod cognomina familiaria contestium Enneconis: *Goyaz et Garagarza* cum eius familia, immo cum ipso Ignatio coniuncta etiam alibi apparent. Quidam *Goyaz*, alius quidem a conteste, sed ex eius familia, casu Ignatium mendicum Compluti recognovit³²; et sacerdos *Garagarza*, e familia item nostri contestis, obviam missus est Ignatio Azpeiti anno 1535 petenti, ut eum ad familiae suae domum et ad Martinum fratrem adduceret³³.

Indoles autem transcripti documenti plene iuridica est. Fit coram notario et testibus hac evidenti intentione ut omnis formalis error vitetur quo validitas iuridica actionis impugnari possit. Iam vero, notum est ad actum iuridicum quemcumque, ut est exempli gratia munus testis iuridice exercere, requiri *pubertatem*: pubertatem autem in viris, inde a Justiniano³⁴ in Iure Romano, et a Gratiano³⁵ in Iure canonico exigere *quatordecim annos* expletos. Ita etiam in codicibus castellaniis *Fuero Juzgo*³⁶ et *Siete Partidas*³⁷. Neque ulteriores codices particulares Castellae, neque codificatio «Fueros de Guipúzcoa»³⁸ ullam in hac re mutationem attulerunt, cum ageretur de norma generali Iuris etiam nunc vigente³⁹. In casibus tantum specialibus causae criminalis vel gravioris incul-

³² Martin Sáez de *Goyaz*. *M.*, Scripta II, p. 193-194.

³³ Balthasar de *Garagarza*. *Ibid.* II, p. 190.

³⁴ «Pubertatem in masculis post quartum decimum annum comple-tum illico initium accipere disposuimus». *Justiniani Institutiones* (edic. Krueger, 1908) lib. I tit. 22 p. 26-27. In his colligendis praesto nobis fuit R. P. Raymundus Bidagor, Decanus Facultatis Iuris Canonici in Pontificia Universitate Gregorianae.

³⁵ «Ad testimonium autem intra annos quatuordecim aetatis suea constituti non admittantur». *Decretum Magistri Gratiani* (edic. Friedberg 1879), II pars, Causa 4, Q. II et III. Titulus capituli sonat: «Qui ... ad annum quatuordecim nondum pervenerunt testes esse non possunt».

³⁶ «El ninno e la ninna pues que ovieren *complidos XIIIII annos*, mandamos que puedan seer testimonias [sic] en todo pleyto». *Fuero Juzgo* Ley XII, tit. 5 lib. II. In editione ALCUBILLA I p. 22.

³⁷ «En todos los otros [juicios] que no fuesen criminales, así como por razón de debdo, o de rayz, o de herencia que demandasen en juyzio, bien podría ser rescibido por testigo el que oviese *catorce años complidos*». *Partidas* Ley IX, tit. 16, III. Apud ALCUBILLA I p. 413.

³⁸ Legislatio peculiaris Guipuzcoae «Fueros de Guipúzcoa» nihil speciale de testibus continet praeter duo capita tituli XXXIII circa fal-sos testes, in quibus de aetate nihil reperitur. Cf. *Nueva Recopilación de los Fueros ... de la M. N. y M. L. Provincia de Guipúzcoa*. San Sebastián 1919 p. 445-446.

³⁹ In Codice hispanico, lib. IV, Tit. 1, sect. V n. 1246: «Son inhá-biles por incapacidad natural...: 3º los menores de catorce años». Circa valorem peculiarem Legum et Iurium particularium in Castella et Gui-púzcoa. cf. S. MINGUIJÓN, *Historia del Derecho español*. Barcelona 1933 p. 81, 349.

pationis (de quibus certe in nostro casu nulla est quaestio) apponebant aliqui codices castellani ut « *Fuero Real de España* »⁴⁰ et « *Ordenamiento de las Tafurerías* »⁴¹, aetatem sexdecim annorum.

Ex dictis sequitur nostrum Eneconem de Loyola explevisse iam die 23 octobris 1505 *quartum decimum annum* suae aetatis, proindeque natum esse ante diem 23 octobris 1491. Unde excluduntur tam annus 1493 quam annus 1495 quos tot auctores, etiam inter recentiores, Ignatii dictis innixi, defendere conantur. Immo excluduntur Ignatii natales in Nativitate Domini anni 1491, ut ab aliquibus contendebatur⁴². Ex alia parte plene possibile appareat tempus ab Ignatii nutrice assignatum. Si enim Ignatius natus esset inter diem primum ianuarii et 23 octobris anni 1491, habebat iam die 23 octobris 1505 quatuordecim annos, qui a munere testis requiruntur; die autem 31 iulii 1556, quo ad Deum migravit, numerabat annos sexaginta quinque, qui in epitaphio sepulcri eius signati sunt. Utrum sexaginta quinque anni eo die expleti an tantum inchoati essent (quod *inscriptio expresse non dicit*), pendet a mense et die nativitatis Ignatii, qui nos latent. Certe, si epitaphium de sexaginta quinque annis *inchoatis* intelligeretur, posset eius testimonium cum illo alio P. Natalis componi, affirmantis Ignatium obiisse in sexagesimo quarto anno aetatis suae⁴³. Possemus enim iure supponere Natalem de sexaginta et quatuor annis *completis* loquutum esse, negligendo videlicet menses et dies post eorum adimpletionem transactos. Sed quidquid est de mense et die nativitatis, annus certe 1491 a traditione designatus, novis documentis plene confirmari videtur.

III. *Chronologia vitae Sancti Ignatii.*

In chronologia vitae Ignatii redigenda ad facta maioris momenti attendimus, praesertim inde ab Ignatii adventu in Urbem anno 1538. In toto nimurum vitae cursu, attente sequimur locorum mutationes ab Ignatio factas, atque etiam vi- cissitudines valetudinis eius, inde ab anno 1522 satis fractae. Inter ceteras res ab eo gestas, eas eligimus quae pro interna

⁴⁰ *Fuero Real de España*, Lex IX, tit. 8, lib. II. Apud ALCUBILLA I p. 115.

⁴¹ *Ordenamiento de las Tafurerías* Lex XXVII, *ibid.* I p. 186. Codex Siete Partidas exigit in casu « de acusación o de riepto » *viginti annos* in testibus. Lex IX, tit. 16, III.

⁴² Verbi gratia a F. FITA apud *Boletín de la Real Academia de la Historia* 17 (1890) 517; A. PÉREZ ARREGUI, *San Ignacio en Azpeitia* p. 23-25.

⁴³ « Obdormivit in Domino Pater Ignatius die Veneris ad ortum solis 31 iulii 1556, *natus annos 64* ». Nadal IV p. 697.

eius spirituali efformatione, quaeque ad fundationem et diffusionem novi Ordinis religiosi ab eo conditi maioris ponderis sunt, modo tamen cum personali Sancti activitate proprius connectantur.

Quae autem singulis annis fuerint, non adeo facile definiri possunt, praesertim in tanta negotiorum varietate et mole. Nos imprimis attendemus ad lentam Constitutionum compositionem; ad munerum ordinationem in Curia Fundatoris; ad gressus quibus Domus Professa ad S. Mariam de Strata eique annexum templum perdetentim exstruuntur; ad primas fundationes vel fundationum conatus in diversis Nationibus Missionibusque; ad ordinem erectionis Provinciarum; ad influxum Fundatoris in Sanctos canonizatos, ut puta S. Franciscum Xaverium, S. Franciscum Borja, S. Petrum Canisium; ad professiones sollemnes primorum sociorum S. Ignatii eiusque cooperatorum. Immo existimavimus utilem historiographis futuram seriem omnium professionum sub S. Ignacio factarum, quam post cursum chronologicum eius vitae apponimus.

Fontes praecipuos adhibemus epistolas S. Ignatii, Chronicum Patris Polanco, Ephemerides Patris Nadal. Alia tamen, praesertim usque ad annum 1539, e monumentis huius voluminis et ex historico commentario eis adnexo desumimus. Ad morborum Ignatii cursum determinandum usui nobis fuit recensio a Böhmer (p. 270 annot. 3) confecta.

Quae ex his fontibus non cerfo sed probabilius vel conjectura quadam deducimus, signo interrogationis signantur.

Nemo ardenter optavit hanc ignatianam chronologiam confidere, eamque postea in nostris Monumentis edendis adhibere, quam P. Arthurus Codina. Eius consilio moti illam componendam incipiimus, eiusque auxilio pro annis 1540-1550 large usi sumus. Schedae quas ille in hunc finem confecit, ultimum fortasse sunt opus eius ignatianum, consueta diligentia ac pietate confectum.

CONSPECTUS CHRONOLOGICUS VITAE SANCTI IGNATII

1491

Nascitur Loyolae, et quidem ante diem 23 octobris¹.

1505

Octobri 23. Agit testem Azpeitiæ coram notario Egurza².

1506 (?)

Petit Arevalum (Arévalo), oppidum Castellæ, servitio in aula Regis Ferdinandi inter nobiles ephebos Ioannis Velázquez de Cuéllar viam paraturus³.

1507

Ante Martium 8. Moritur Loyolae eius pater Beltranus, cui suc-

¹ Cf. supra, § 2 huius praefationis, p. 14* sqq.

² Cf. documentum editum ad finem § 2 praefationis, p. 22*.

³ Iter evenit ante mortem eius patris Beltrani (Cf. *MI.*, Scripta II, 471), unde ante annum 1508. Aliunde videtur accidisse post annum 1504 ob rationes adductas a *LETTRIA, El gentilhombre*, 42-43. Res tamen non est certa.

⁴ P. DUDON, *St. Ignace*, 23, affirmat mortem evenisse die 23 octobris 1507. Sed obstat documentum publicum diei 8 martii 1507 a notario Dominico de Egurza Azpeitiæ confectum, quo Martinus García vocatur iam «Señor de la Casa y solar de Loyola». *Arch. de Protocolos de Azpeitia, Protocolo Egurza 1507*. Hanc notam grato animo a Rev. D. Modesto Madariaga nuper accepimus; unde corrigenda annot. 4 in pag. 153.

cedit ut caput familiae secundogenitus D. Martinus García de Oñaz y Loyola⁴.

1515

Febrero.

20⁵. Azpeitiæ commorans, factum committit quod iudex supremus Guipuzcoæ, Hernández de la Gama, qui processum contra eum inchoat, grave delictum reputat⁶.

Ultimis diebus. Obtinet in Curia Episcopali Pampilonensi «commonitorium» contra iudicem Guipuzcoæ Hernández de la Gama⁷.

Martio 13. Commonitorium con-

los de Azpeitia, Protocolo Egurza 1507. Hanc notam grato animo a Rev. D. Modesto Madariaga nuper accepimus; unde corrigenda annot. 4 in pag. 153.

⁵ Textus Processuum ait: «el dia de las carnestoliendas últimamente pasado». Cf. *MI.*, Scripta I, 584. Intelligitur autem hoc nomine dies feriam quartam cinerum seu «caput ieunii» immediate praecedens, ut in loco simili MEMORIALIS P. GONZÁLEZ, n. 219 videre est. Eo autem anno feria haec tertia incidit in diem 20 februarii.

⁶ *MI.*, Scripta I, 587.

⁷ Dies ignoratur, sed commonitorium notum erat Azpeitiæ iam 1 Martii. *Ibid.* p. 581.

tra de la Gama suspenditur
Pampilone « donec ex adver-
so respondeatur »⁸. Deest sen-
tentia.

1517

Augusto 12. Obit Matrii Ioan-
nes Velázquez de Cuéllar⁹.
Eneco est Arevali usque ad
hoc tempus¹⁰.

Ereunte anno. Incipit ut «eques»
servitium apud suum cognatum
Antonium Manrique, Pro-
regem Navarrai¹¹.

1518

Febrero. Comitia Castellae et
Legionis Vallisoleti ad iura-
mentum fidelitatis Carolo Re-
gi praestandum, quibus adest
Prorex Navarrai « cum inte-
gra sua domo ». Probabiliter
etiam Ignatius¹².

Mai 5. Eius frater Martinus, ca-
put familiae, obtinet a novo
Rege Carolo confirmationem
privilegiorum domus Oñaz et
Loyolae¹³.

1520

Septembri 18. Expugnat sub du-
ce Nagerae, prorege Navarrai,
oppidum Nagerae, sed a capta
praeda egregio animo absti-
net¹⁴.

1521

Januario-Aprili. In Guipuzcoam
a prorege Navarrai missus ut
concordiam inter Provinciae
factiones instituat. Haec 12
aprilis subsignatur¹⁵.

Mai.

17-18. Accurrit celeriter Pam-
pilonem simul cum copiis
Auxiliaribus Guipuzcoae,
duce fratre suo Martino¹⁶.
Martino et duce Viamonte
a civitate Pampilone rece-
dentibus, arcem sponte
ingreditur¹⁷.

19. Impedit quominus duces
arcis ab ea defendenda de-
sistant¹⁸. Adest cum aliis
ducibus colloquio cum gal-
lorum principibus, pac-

⁸ *Ibid.* p. 597.

⁹ FITA, *S. Ignacio de Loyola en la Corte de los Reyes de Castilla*. Apud *Boletín de la Real Acad. Historia* 17 (1890) 514.

¹⁰ « Pasados aquí [in oppido Aré-
valo] algunos años hasta que mu-
rió el Contador Juan Velázquez ». *ML, Scripta II*, 471.

¹¹ *Ibid.* 471-472.

¹² Cf. FITA, *El Mayorazgo de Loyola*. Apud *Boletín R. Acad. Historia* 22 (1893) 551.

¹³ *Ibid.* 446.

¹⁴ Factum apud Polanco, *SUMM.*

HISP. *infra* p. 156 n. 5. Dies datur
ab epistolis ducis Nagerae. Cf. LE-
TURIA, *El gentilhombre*, 104.

¹⁵ Factum apud Polanco, *SUMM.*
HISP. *infra* p. 156 n. 6. Tempora et
alia adiuncta apud *El gentilhom-
bre*, 105-108.

¹⁶ Factum apud Nadal, cf. *Nue-
vos datos sobre S. Ignacio*, p. 55-56;
tempora apud *El gentilhombre*, 114.

¹⁷ Nadal *ibid.*; Polanci *SUMM.*
HISP. *infra* pp. 154-155, n. 4. Die-
rum computatio apud *El gentil-
hombre*, 114-115.

¹⁸ ACTA, *infra* p. 364 n. 1.

tumque ab eis propositum
reicit¹⁹.

20. Graviter crure dextero
vulneratur. A Gallis comi-
ter curatur²⁰.

Iunio.

2. inter et 5. Transfertur
Pampilone Loyolam²¹.

- 16 inter et 20. Post commora-
tionem in oppido inter-
medio²², et aliqualem quie-
tem in domo Echeandia
oppidi Anzuola²³, Loyo-
lam ingreditur²⁴.

24. Accipit ultima Sacra-
menta²⁵.

¹⁹ SUMM. HISP., infra p. 155 n. 4.
Testimonium Araozii apud MI.,
Scripta I, 726.

²⁰ Dies certus expugnationis et
vulneris deducitur quidem ex GARI-
BAY, *Compendio historial* lib. 30
cap. 5, sed non apponitur in fonti-
bus ignatianis usque ad ORLANDI-
NI, *Historia* lib. I n. 10. Constat
nunc certo ex fontibus immediatis
politici tam gallicis quam hispani-
ciscis. Cf. CROS, S. François Xavier
I, 85.

²¹ ACTA, infra p. 366 n. 2 « des-
pués de haber estado 12 o 15 días
en Pamplona ».

²² Cf. Nadal II, 28, ex quo deduc-
tur agi de pago diocesis Pampi-
lonensis. Excluditur ergo pagus
Ozaeta ab aliquibus propositus,
quippe qui Sedi Calagurritanae sub-
iectus.

²³ Haec domus pertinebat ad so-
rorem Ignatii Magdalena. Cf. te-
stimonium processus Matritensis,
infra ACTA p. 367 n. 2 annot. 7.

²⁴ Dies adventus non datur in
fontibus. Sed cum die 24 iunii me-
dici confessionem moribundo com-
mendaverint, et prius plures chir-
urgi e diversis partibus accersiti

- 28, media nocte. Iuvante S.
Petro Apostolo, incipit me-
lius habere²⁶.

Augusto-Septembri. Incipit a lec-
to surgere. Conversio ad Deum.
Visio B. Mariae Virginis²⁷.

1522

*Februario exeunte*²⁸. Iter versus
Aranzazu et Montemserratum.
— In via, fortasse in Aranza-
zu²⁹, votum castitatis.

Martio.

- 21 (?). Adventus in Montem-
serratum³⁰.

operationem cruris contracti pere-
gerint (ACTA n. 3), concludi vide-
tur eum advenisse inter dies 16-20;
praesertim cum 15 dies sufficiant
ad iter Pampelone Loyolam et ad
commorationem in oppido interme-
dio et in Anzuola perficiendam.

²⁵ ACTA infra, pp. 368-369 n. 3.

²⁶ Ibid.

²⁷ P. DUDON, op. cit. p. 60-61,
conatur determinare visionem hanc
versus 15 augusti accidisse. Sed res
est incerta.

²⁸ Videtur ita deduci posse e
tempore quod in itinere ad Mon-
temserratum conficiendo generatim
impendebatur et e facto quod Ignati-
us, saltem die 21 martii iam mo-
nasterium ingressus erat. Ita Astráin, Dudon, Albareda, Tamen PP.
Tacchi Venturi et Lizarralde exi-
tum e Loyola anticipant. Cf. *El
gentilhombre*, 207.

²⁹ Cf. J. IRUARTE, *Fijando el vo-
to de castidad de S. Ignacio de
Loyola*, apud « Manresa » 3 (1927)
156-164.

³⁰ Certo non constat dies, sed vi-
detur deduci e modo loquendi Ignati-
us ipsius in ACTIS infra p. 386
n. 17.

- 22-24. Triduum confessionis
in Monteserrato³¹.
24-25. Mutatio vestium et vigi-
lia armorum coram B. Ma-
ria Virgine³².
25 summo mane. Descendit
Minorisam, ibique com-
morari incipit³³.

Aprilis-Julio. Vita orationis et
poenitentiae per 4 saltem menses³⁴ sine specialibus Dei il-
lustrationibus in urbe et in
spelunca³⁵ Minorisae.

Augusto-Septembri. (?) Eximia
illustratio ad flumen Cardoner
et interna eius transforma-
tio³⁶. Incipit spiritualia Exer-
citia scribere³⁷.

1523

Februario 17-18 (?). Venit Minorisae Barcinonem, Palaestinam
petitus³⁸.

³¹ *Ibid.*

³² *Ibid.* p. 386-387 n. 18.

³³ Hoc est omnino certum ex n.
18-19 ACTORUM. Vide infra, p. 388,
annot. 14.

³⁴ Ex ACTIS n. 23: «muchos me-
ses». Ex EP. LAINII n. 10: «cuatro
meses». Infra, pp. 396, 80.

³⁵ Ita iam anno 1556 Vindobona-
ne WIDMANSTADT. Cf. infra MÓNUM.
19 n. 4.

³⁶ Quod his mensibus evenerit,
deduci videtur e textibus adductis
in annot. 34, et ex Chron. I, p. 20-21.

³⁷ Cf. infra EP. LAINII, p. 82 n.
12; SUMM. HISP. Polanci, p. 163,
n. 24; NATALIS EXHORT. infra p. 307.

³⁸ Cf. infra EP. LAINII, p. 81,
annot. 16.

³⁹ Quia ex ACTIS, infra p. 412,
n. 37, mansit Barcinone paulo plus
quam 20 dies.

⁴⁰ Quia ex ACTIS, p. 414 n. 38,
navigatio duravit 5 dies.

Martio.

- Medio mense. Barcinone sol-
vit versus Gaetam³⁹.
Versus 20-22. Pervenit Gae-
tam⁴⁰.
29, Dominica Palmarum. Ro-
mam ingreditur⁴¹.

Aprili circa 13-14. Romam relin-
quit, Venetas versus⁴².

Maio circiter 14. Ingreditur Ve-
netias⁴³.

Iunio 4. Simul cum aliis pere-
grinis processioni Corporis
Christi adfuisse videtur⁴⁴.

Julio 24. Solvit Cyprum versus
in navi Negrona⁴⁵.

Agosto.

19. Ad Salinas, Cypri portum,
conscendit navim «pere-
grinam»⁴⁶.
31. Joppe e navi egreditur⁴⁷.

³⁹ Dominica Palmarum, memo-
rata in ACTIS, p. 416 n. 39, incidit
eo anno in 29 Martii.

⁴⁰ Cf. infra ACTA, p. 417 n. 40
annot. 5.

⁴¹ Dies certo non constat; sed
evenisse circa diem 14 deducitur
cum probabilitate a BÖHMER op.
cit., 74 annot. 2.

⁴² Quia mos erat ut peregrini
hierosolymitani, in unum collecti et
vestibus peregrinationis induiti, huic
pompac assisterent, et scimus e
Diarie Füssly hunc morem illo an-
no in primum redactum esse. Cf.
BÖHMER, 76.

⁴³ Cf. infra EP. LAINII, p. 88 an-
not. 6; ACTA, p. 420-421 n. 43 an-
not. 10.

⁴⁴ Cf. ACTA n. 44, et annot. 10
ad n. 43, infra pp. 420-422.

⁴⁵ Ibid. Pro sequentibus cf. ibi-
dem.

Septembri.

4. Ingreditur Hierosolymam.
5. Loca sancta illius visitat.
6. Summo mane, sacra Communion ad S. Sepulchrum; vespere, Via Crucis.
7. Visitatio Bethaniae et Montis Olivarum.
- 8-9. Excursus in Bethlehem.
- 10-13. Ad torrentem Cedron: redit Hierosolymam.
- 14-15. Excursus in Iordanem et in montem temptationum trans flumen.
- 16-22. Rursus Hierosolymam; Ignatius montem Olivarum visitat.
23. Reditus Joppen.

Octobri.

3. E portu Joppe solvit.
- 14-28. Commoratio in insula Cypro ⁴⁸.

Novembri ineunte. Solvit versus Venetias ⁴⁹.

1524

Ianuario dimidiatu. Venetias advenit ⁵⁰.

Februario ineunte. Venetias relinquens, Genuam et Barcinonem pergit ⁵¹.

⁴⁸ BÖHMER, 96.

⁴⁹ Ibid., 99.

⁵⁰ ACTA, p. 430 n. 50. Si certo constaret Ignatium etiam in reditu cum Füssly navigasse, deducendum esset cum Böhmer, p. 100, eum pervenisse Venetias die 13. Sed illud non constat. Cf. ACTA, p. 428 n. 49 annot. 1.

⁵¹ Quia Barcinonem pervenit in Quadragesima (10 febr.-27 martii), et iter Genuam Venetiis 20 saltem dies, navigatio autem Genua Barcinonem 4-5 dies durare debuerunt.

In Quadragesima (10 februarii-27 martii) Barcinonem appellat ⁵², Minorisam visitat, Barcinonem rursus ingreditur ⁵³.

1525

Integro anno. Barcinone Grammaticae in Studio Generali ⁵⁴, et animis iuvandis vacat ⁵⁵.

1526

Martio exente (?). Barcinone reflecta, ingreditur Complutum ut Artibus studeat ⁵⁶. Post 10-12 dies habitare incipit in nosocomio Antezana ⁵⁷.

Novembri.

16. Primi testes contra Ignatium deponunt coram Inquisitoribus ⁵⁸.
21. Prima sententia contra Ign., non ab Inquisitoribus qui ulterius huic rei non intersunt, sed a Vicario Dioecesano Ioanne Rodriguez de Figueroa, fertur ⁵⁹.

Decembri circa diem 10. Ignatius et socii iubentur vestes mutare. Postea Ignatius iubetur etiam calceos adhibere ⁶⁰.

Cf. BÖHMER, 102.

⁵² ACTA, p. 440 n. 57.

⁵³ ACTA, p. 436 n. 54.

⁵⁴ Cf. DALMASES apud AHSI 10 (1941) 284-293.

⁵⁵ ACTA n. 57, et cf. annot. 8 ad hunc numerum, infra, p. 440.

⁵⁶ Cf. ACTA, p. 440 n. 57 annot. 8.

⁵⁷ ACTA, p. 438 n. 56.

⁵⁸ Processus, apud ML, Scripta I. 598.

⁵⁹ Ibid. 608.

⁶⁰ ACTA nn. 58-59 et annot. 19 ad hunc numerum, p. 444-445.

1527

Martio 6. Secundus processus contra Ignatium a Figueroa inchoatur⁶¹.

Aprilis 18 aut 19. In carcerem includitur⁶².

Maio 2 ad 21. Tertius processus contra Ignatium⁶³.

Iunio.

1. Sententia contra eum a Figueroa fertur et e carcere liberatur⁶⁴.

Circa 21. Recedit Compluto⁶⁵.

Julio ineunte (?). Colloquium Vallisoleti cum Archiepiscopo Toletano Fonseca, et adventus Salmanticam⁶⁶.

Julio exeunte (?). Colloquium cum PP. Dominicanis S. Stephani et post tres dies ingressus in carcerem⁶⁷.

Augusto, circ. 20-22. Sententia fertur et carcere liberatur⁶⁸.

Medio Septembri. Salmantica discedit, Parisios solus per Barcinonem petiturus⁶⁹.

⁶¹ *MI.*, Scripta I, 608.

⁶² Cf. ACTA, p. 446 n. 60 annot. 23.

⁶³ *MI.*, Scripta I, 611-620.

⁶⁴ *Ibid.* I, 621-622.

⁶⁵ Cf. infra ACTA n. 63 annot. 33, p. 451, et n. 73 annot. 2, p. 465.

⁶⁶ ACTA n. 63, infra p. 450-451.

⁶⁷ Cf. ACTA n. 73, annot. 13, p. 462-463.

⁶⁸ Nempe post 22 dies carceris. ACTA n. 70, infra p. 460-461.

⁶⁹ Nempe 15-20 dies postquam e carcere liberatus est. *Ibid.*

⁷⁰ Ita ipse Ignatius. Vide infra, pp. 98, 107, 464.

⁷¹ ACTA n. 73, p. 464-465.

1528

Februario 2. Ingreditur Parisiis⁷⁰. In hospitali domo cum aliis hispanis habitat et latinitatem in Collegio Montisacuti addiscit⁷¹.

Aprilis post 12. Deficiente pecunia se recipit in Nosocomium S. Iacobi⁷².

Aestate. Primum iter in Flandriam, ad eleemosynas colligendas⁷³.

Octobri. E Nosocomio S. Iacobi ad alias aedes migrat⁷⁴. Exercitia dat Peralta, Castro et Amador⁷⁵. Studium litterarum humanarum in Monteacuto continuat.

1529

Usque ad aestatem. Studia litterarum humanarum prosecutur. Persecutiones ob vitae mutationem in Castro, Peralta et Amador⁷⁶.

Aestate. Alterum iter in Flandriam, urbes Brugas et An-

⁷² « Pasada la cuaresma ». *Ibid.* Pascha autem incidit eo anno in 12 Aprilis.

⁷³ Vide infra, EPIST. LAIN., p. 98, annot. 10.

⁷⁴ Quod nosocomium reliquerit constat ex ACTIS n. 77, p. 468. Aliunde non migravit ad Collegium Stae. Barbarae usque ad Octobrem 1529. *Ibid.* n. 82, p. 474. Ubi autem habitaverit, non constat.

⁷⁵ « Venido de Flandes la primera vez ... daba quasi en un mismo tiempo exercicios a tres ». *Ibid.* n. 77, p. 468.

⁷⁶ *Ibid.* n. 77, ex quo tamen non videntur menses determinari posse.

tuerpiam visitat. Colloquium cum Ludovico Vives (?)⁷⁷.

Septembri. Parisios regressus, Rotomagum (Rouen) adit, hispano qui eius pecuniam consumperat, auxilium praestitutus. Redux, coram Inquisitorum Mag. Ori sponte se sistit⁷⁸.

Octobri 1. Collegium Stae. Barbarae parum antea ingressus, incipit Artibus studere ac simul cum Fabro et Xaverio tractare⁷⁹.

1530

Aestate. Venit tertio in Flandriam, et hoc anno etiam Londonum visitat⁸⁰.

⁷⁷ Quod Brugas et Antuerpiam visitaverit constat e RIBADENEIRA *Vida*, lib. II, cap. 1 (Madrid 1583) 51. Utrum tunc, an 1528 vel 1530 colloquium cum Vives evenerit, dicens certo nequit. Fortasse tamen melius hoc anno ponitur quia Vives videtur non pervenisse anno 1528 Brugas ante autumnum, Brugis autem fuit anno 1529. Cf. BONILLA Y SAN MARTIN, Luis Vives ... I (Madrid 1929) 235; M. PUIGDOLLERS *La Filosofia española de Luis Vives* (Barcelona 1940) 236-237.

⁷⁸ Haec duo (cf. ACTA n. 81) in autumno 1529 evenisse deducitur ex eo quod immediate praecedunt ingressum in Collegium Stae. Barbarae. Cf. ACTA n. 82: «Di lì a poco tempo venne S. Remigio», infra p. 474. Usque ad Septembrem autem aberat in Flandria.

⁷⁹ ACTA, *ibid.*; MEMORIALE FABRI n. 8, infra p. 32. Parum ante S. Remigium (1 octobris), quia dici-

1531

Studia Artium in Collegio S. Barbarae prosequitur, animis iuvandis minus intentus.

1532

Octobri. P. Simon Rodriguez incipit intimius cum Ignatio agere⁸¹.

Decembri, ante Natalem. Probabiliter fit Bachalaureus in Artibus⁸².

1533

Martio 13. Examina Licentiae in Artibus (quod ipse magisterium vocat) feliciter subit⁸³.

Aprili, post Pascha (13 Aprilis) videtur studia Theologiae incepisse⁸⁴.

tur: «volens ingredi cursum Artium in Sto Remigio sequenti».

⁸⁰ Quod tertio hoc anno Londonum venerit, testatur primus RIBADENEIRA, *Vida*, lib. II, cap. 1, p. 51. Testimonium Araozii, quod melius cum anno praecedente conveniret (Vid. MI., Scripta I, 726), est nimis vagum ut assertioni Ribadeneirae praeferatur.

⁸¹ Cf. S. RODRÍGUEZ, *De origine ... in Epp... Roderici* 455. Ait enim transacto fere anno a suo commercio cum Ignatio, pervenisse Lainium et Salmeronem; qui, ex annot. 86, venisse versus Septembrem 1533 videntur.

⁸² Bene id deducere videtur P. DUODS, 191, ex ordine ipso Studiorum in Universitate exhibito.

⁸³ Vide testimonium apud Acta Sanctorum Iulii, VII, p. 441 et cf. MI., Epistolae I, 90.

⁸⁴ Quia studuit Theologiae «al- cuni anni» (ACTA n. 84), saltem per

Versus Iunium. Faber patriam suam visitat eique valedicit, Ignatium secuturus⁸⁵.

Versus Septembrem (?). Pervenient Parisios Lainez et Salmerón, et Ignatio adhaerere incipiunt⁸⁶.

1534

Ineunte anno. Petro Fabro e patria reduci, mensem Exercitiorum tradit⁸⁷.

Aprilis, post Pascha (5). Obtinet gradum Magisterii in Artibus⁸⁸.

Verno tempore. Tradit mensem Exercitiorum Lainio et Salmeroni. Parum post Roderico et Bobadillae⁸⁹.

Augusto 15. Postquam de voto faciendo in communi deliberatum est, votum privatum

Ignatii et sex sociorum ad Montem Martyrum⁹⁰.

Septembri. Tradit mensem Exercitiorum Xaverio⁹¹.

1535

Ineunte anno. Conatur frustra Hier. Natalem (Nadal) ad se trahere⁹².

Martio exeunte. Adit Inquisitorem Valentinum Liévin O. P., ut se coram eo de haereseos accusatione purget. Ei dat exemplar libri Exercitiorum⁹³, probabiliter versionem latini nam nuper a se confectam⁹⁴.

Aprilis.

Ineunte. Petit Azpeitiam, patriam suam⁹⁵.

Exeunte (?)⁹⁶. Pervenit Azpeitiam et in nosocomium *La Magdalena* se recipit.

annum cum dimidio (MI., Scripta II, 2-3). Cum autem iam mense martio 1535 Parisios reliquerit, obvium videtur ut post examina Licentiae et ferias paschales novum studium incepit. Cf. ACTA, p. 479 n. 84 annot. 22. Res tamen non est certa. Cf. BÖHMER, 136.

⁸⁵ MEMORIALE FABRI n. 13, infra p. 35 annot. 18.

⁸⁶ Quod pervenerint ante cursum academicum 1533-1534, non 1532-1533, viuetur satis bene probatum a BÖHMER 144, et a TACCHI VENTURI, *Storia* II, 111 annot. 5.

⁸⁷ MEMORIALE FABRI, infra p. 35 n. 14.

⁸⁸ Cf. MI., Scripta II, 1. Testimonium datum est die 14 mensis Martii anno 1534 in modo computandi Gallorum; id est, iuxta actualē computationē, anno 1535, ut iam notarunt editores, *ibid.* 2, annot. 2. Unde non requiritur lec-

tio « mensis maii » quam proponit P. TACCHI VENTURI, *Storia* II, 67, annot. 1. Hoc sensu intelligatur annot. 22, p. 479.

⁸⁹ MEMORIALE P. GONZÁLEZ, n. 138; cf. BÖHMER, 143-145.

⁹⁰ MEMORIALE FABRI, infra p. 35 n. 15.

⁹¹ Quia Xaverius fecit Exercitia post votum ad Montem Martyrum. Cf. *ibid.* n. 15, MEMORIALE P. GONZÁLEZ, n. 138. Aliunde, ante novum cursum academicum.

⁹² Nadal I, 1-3.

⁹³ Cf. infra p. 180, annot. 52 et p. 481, annot. 30. Quoad tempus, nota verba: « stando il pelegrino per partire ». Iam vero, epistola quam Xaverius ei iam iam iter arripienti dedit, scripta est 25 Martii. Cf. Mon. Xaver. I, 204.

⁹⁴ Cf. MI., Exercitia, 160-162.

⁹⁵ Cf. annot. 93.

⁹⁶ Tempus videtur non posse ul-

Maio.

18. Postquam pacem foverat inter Paroeciam Azpeitiae et Monasterium Immaculatae Conceptionis, subscribit ut testis documento concordiae⁹⁷.

23. Consilium Azpeitiae approbat ordinationes pro sublevandis pauperibus ab Ignatio confectas⁹⁸.

Julio 23. Subscribit documento publico in domo Loyolae⁹⁹, et patriam relinquit.

Augusto-Septembri. Iter ad Obanos (prope Pampelonem), Almazán, Sigüenza, Matriatum, Toletum, Valentiam¹⁰⁰. Matri- tui vidit Philipum II, puerum tunc 8 annorum¹⁰¹.

Octobri-Novembri. Navigatio Va-

terius determinari. BÖHMER 164 annot. 2 ait eum venisse ante 25 Aprilis, sed existimat agit in *MI.*, Scripta II, 206 de Rogationibus S. Marci, cum potius de Rogationibus Ascensionis sermo sit. DUDON, 215, assignat diem 30, quia agebatur de feria VI (*MI.*, Scripta II, 183). Sed potuit esse aut ultima aut praecedens feria VI mensis Aprilis, im- mo prima Maii. Cf. p. 104, annot. 19.

⁹⁷ Azpeitiae, in Archivo notarius (*Archivo de Protocolos*), Regis- trum Ioannis Aquemendi (1517-1547). Apographum adest Azpeitiae in domo «de las Isabelitas».

⁹⁸ *MI.*, Scripta I, 539.

⁹⁹ Cf. PÉREZ ARREGUI, *S. Ignacio en Azpeitia*, 167.

¹⁰⁰ Tempora exactius definiri ne- queunt. Cf. TACCHI VENTURI, II, 83.

¹⁰¹ Cf. *MI.*, Scripta I, 763. Quod Matriiti id evenerit, dixit ipse Phi-

lentia Genuam; iter pedestre Genua Bononiam¹⁰².

Decembri.

11-18. (?) Bononiae in colle- gio S. Clementis aegro- tat¹⁰³.

1536

Venetiis commoratur, studiis Theologiae et ministeriis Exer- citiorum intentus¹⁰⁵.

Novembri 15. Socii parisienses Lutetiam relinquunt et iter per Lotharingiam et Germaniam Venetas versus arripiunt¹⁰⁶.

Decembri, ante 22. Agit cum Ioan. Petro Carafa, qui, minus benevole illius observationes recipiens, contradictiones ei excitat¹⁰⁷.

lippus II. Cf. infra *EP. LAINII*, p. 105 n. 31 annot. 20.

¹⁰² Nequeunt tempora ulterius determinari. Immo, neque certo constat an Barcinonem tunc invi- serit. Cf. *SUMM. HISP.*, p. 187-188 nn. 60-61, et *ACTA*, infra p. 488 n. 91 annot. 14.

¹⁰³ Cf. *MI.*, Epistolae I, 94; TAC- CHI VENTURI II, 85.

¹⁰⁴ Die 12 Februarii 1536 scribe- bat Ignatius Venetiis: «dondé abrá mes y medio que estoy». *Ibid.*

¹⁰⁵ Quod etiam re vera Theolo- giae privatim studuerit, deducitur ex epistolis eius hoc anno scriptis. *MI.*, Epistolae I, 724, 94. — Habi- tavit in domo viri docti et boni (*ibid.* 94), sed quis fuerit nescitur.

¹⁰⁶ *MEMOR. FABRI*, infra p. 39 n. 16.

¹⁰⁷ Ante diem 22 Decembbris 1536, quia haec acciderunt priusquam Carafa illo die Cardinalis creare-

1537

Januario 8. Socii pervenient Venetias. Cura hospitalium¹⁰⁸.

Martio.

Media quadragesima. Ignatio manente, socii Romanum iter arripiunt¹⁰⁹.
25 (die Palmarum). Urbem pervenient¹¹⁰.

Aprilis.

3. Prima audientia et disputatio sociorum coram Paulo III¹¹¹.
27. Licentia scripta adeundi Palaestinam, remanendi, redeundi¹¹². Sacra Poenitentiaria concedit ut Ignatius eiusque socii a quocumque Episcopo catholico sacros Ordines recipere possint¹¹³.

Maius ineunte. Socii Venetias repetunt.

Iunio.

4. Simul cum ceteris peregrinis intersunt Venetiis solemnni pompa in festo Corporis Christi¹¹⁴.
10, 15, 17, 24. Sacrae ordinationes Venetiis¹¹⁵. Ordines minores die 10, Subdiaco-

tur. Cf. *MI.*, Epistolae I, 114. De persecutione cf. *ACTA*, p. 492, n. 93, annot. 6.

¹⁰⁸ EP. LAINII, infra p. 108, n. 35. Cf. TACCHI VENTURI II, 90-91.

¹⁰⁹ EP. LAINII, infra p. 112 n. 37.

¹¹⁰ Autob. *Bobadillae* n. 8: *Bobadilla*, 615.

¹¹¹ *Bobadilla*, 616.

¹¹² Cf. *MEMORIALE FABRI*, infra p. 40 n. 17, annot. 37.

¹¹³ *MI.*, Scripta I, 544-545.

¹¹⁴ *Bobadilla*, 616.

¹¹⁵ *MI.*, Scripta I, 543, 545. Li-

natus die 15, Diaconatus die 17, Presbyteratus die 24.

Julio 25. Ob periculum imminentis belli Turcarum, navigatione palaestina suspenditur. Dum alii alia loca vicina ingrediuntur, Ignatius, Faber et Laínez Vicetiam petunt¹¹⁶.

Augusto exeunte (?). Ignatius cum Fabro Bassanum petit et Simoni Rodríguez febricitanti assistit¹¹⁷.

Septembri exeunte. Ignatius confirmat propositum prius factum celebrationem primi Sacri protrahendi per annum¹¹⁸; ceteri qui nondum primam Missam celebraverant, id faciunt Vicetiae. Deliberationes de vitae ratione tenenda usque ad vernum tempus, dum opportunitatem navigationis adhuc expectant¹¹⁹.

Octobri.

13. Ignatius accipit Venetiis sententiam Vicarii Generalis Nuntii Verallo, qua innocens declaratur tam in doctrina quam in moribus¹²⁰.

Ultimis diebus. Romam petit,

centia praedicandi in territorio Veneto data a Nuntio Verallo 5 Iulii, *ibid.* 546-547.

¹¹⁶ In epistola scripta 24 Iulii 1537 scribit Ignatius: «escrita ésta, otro dia siguiente se parten» ... *MI.*, Epistolae I, 121.

¹¹⁷ POLANCI SUMM. HISP., infra pp. 193-194 n. 72.

¹¹⁸ *ACTA*, infra p. 496 n. 96.

¹¹⁹ Cf. *Epp.* ... *Roderici* 490. Et EP. LAINII, n. 42-43: «todavía esperando el pasaje». Infra p. 120.

¹²⁰ *MI.*, Scripta I, 624-626.

in Urbem vocatus, simul
cum Fabro et Laínez¹²¹.
Novembri medio (?). Visio pro-
pe Romanam¹²².
Decembri. Incipit commoratio
in villa Quirini Garzoni ad
*Trinità dei Monti*¹²³.

1538

Usque ad Pascha (21 Aprilis).
Ignatius tradit Exercitia Ro-
mae. Adit Montem Cassinum
et per 40 dies Exercitia tradit
Doctori Ortiz¹²⁴.

Immediate post Pascha (21 Apri-
lis). Dissipata omni spe navi-
gandi « intra annum » in Pa-
laestinam, ceteri socii Romam
veniunt, et praedicando verbo
divino incumbunt¹²⁵. A-
liam domum in interiore par-
te Urbis habitant¹²⁶.

Junio ad Augustum. Gravis per-
secutio Ignatii et sociorum.

¹²¹ MEMORIALE FABRI, infra p. 40-
41 n. 17 et annotationem 40 ibi
appositam. Adverte verba: « vocati
sumus Romanam ».

¹²² Tempus non est certum. Cf.
MEMORIALE FABRI, infra p. 41, an-
not. 40; TACCHI VENTURI, II, 3. De
visione vide infra pp. 313, 496.

¹²³ Cf. LAINII, infra p. 124 n. 47
annot. 1.

¹²⁴ Cf. ACTA, infra p. 500 n. 98
annot. 1; SUMM. HISP. POLANCI, in-
fra p. 196, n. 78.

¹²⁵ Epp. ... Roderici, 498-499; Ep.
LAINII, infra p. 124 n. 47. Cf. AHSI
9 (1940) 190-201. De ministeriis Ro-
mano MI., Scripta I, 549.

¹²⁶ Cf. TACCHI VENTURI II, 150.

¹²⁷ Circa tempus cf. TACCHI VEN-
TURI II, 167.

¹²⁸ MI., Scripta I, 627-628.

¹²⁹ MEMOR. FABRI, n. 18 asserit

*Augusto in finem vergente*¹²⁷,
Ignatius adit Paulum III Tu-
sculi (Frascati) commorantem.

Novembri.

18. *Sententia absoloratoria Vi-*
carii Urbis Conversini no-
*mine Pauli III*¹²⁸.

Inter 18 et 23. *Oblatio prima*
Pontifici, vi voti Parisien-
sis¹²⁹.

Incerto die. Migrant ad do-
mum Antonii Frangipani
ad turrim « del Melango-
lo », ibique per annum
cum dimidio habitant¹³⁰.

Decembri 25, nocte Nativ. Ignatius
primum Sacrum facit ad
altare Praesepis Domini in
Basilica Stae. Mariae Maio-
ris¹³¹.

Hieme 1538-1539. Cura famelico-
rum et pauperum in domo An-
tonii Frangipani¹³².

in evenisse post sententiam purifi-
cationis. Aliunde in ep. ad Gouvea,
die 23 Novembribus scripta, affirmat
oblationem esse iam factam. MI.,
Epistolae I, 132.

¹³⁰ Cf. TACCHI VENTURI, *Storia*
II, 181. Non potest ulterius tempus
transitus in hanc domum definiri.

¹³¹ Quod id acciderit die 25 De-
cembribus 1538, constat ex Ignatio
ipso. MI., Epistolae I, 147; AHSI 1
(1932) 104. Quod illa nocte even-
erit, habetur in Vita anonyma anti-
quissima, quam proximo volumi-
ne edendam reservamus: « quam
celebravit in nocte Nativitatis Do-
mini apud Sanctam Mariam Maio-
rem et in sacello praesepis, magno
cum sensu et illustratione divina ».
Arch. Soc. Iesu Rom. Cod. Hist.
Soc. 5b, fol. 8.

¹³² Vide infra, p. 199, annot. 10.

1539

*A medio Martio ad 24 Iunii. Deliberationes in eadem domo de Congregatione religiosa efformanda*¹³³.

*Maij 4. Primae « Determinationes Societatis »*¹³⁴.

*Iunio 11. Tria alia puncta Constitutionum*¹³⁵. *Interea, inde ab Aprili exeunte*¹³⁶, *plures socii in diversas Italiae partes a Summo Pontifice mittuntur.*

*Julio ad Augustum. Cardinalis Contarini Summo Pontifici commendat Ignatium sociosque eius, quorum propositum novi Ordinis condendi aperit. Th. Badia O. P., Mag. S. Palatii eorum formulam considerat. Post huius approbationem, minuta seu conceptus primae Formulae Instituti Soc. Iesu « Cum ex plurim » conficitur*¹³⁷.

Septembri.

3. Paulus III formulam Instituti a Card. Contarini sibi lectam Tibure approbat, iubetque de Bulla aut

¹³³ « Immorati sumus in his et aliis per tres ferme menses, a medio Quadragesimae [incepit haec 19 Februarii] usque ad festum loannis Baptistarum [24 Iunii] inclusive ». *MI.*, *Constitutiones I*, 7.

¹³⁴ *Ibid.* 9-12.

¹³⁵ *Ibid.* 13-14.

¹³⁶ *SUMM. HISP.* POLANCI, n. 89, 96, 97, *infra p.* 205, 211-212. Cf. *TACCHI VENTURI II*, 215, 241, 280.

¹³⁷ *MI.*, *Constitutiones I*, 14-15. Cf. *TACCHI VENTURI II*, 295.

¹³⁸ *MI.*, *Constitutiones I*, 21-22.

Brevi confiendo Romae agi

28. Card. Ghinucci, qui expeditioni Bullae contrarius erat¹³⁸, correctiones quasdam in conceptu Bullae Paulo III proponit¹³⁹.

*Decembri. Committitur examen Bullae Card. Guidicicione, qui novo Ordini fundando contrarium se exhibet*¹⁴⁰.

1540

Martio.

4. Decernunt socii, iudicium rerum circa Institutum committendum esse sociis in Italia manentibus, non requisito voto longe prouiscentium

4. P. Simon Rodriguez navim in Civitavecchia versus Lusitaniam et Indianam concedit¹⁴¹.

16. P. Franciscus Xaverius via terrestri Lusitaniam petit, in Indianum venturus

*Ineunte vere. Mittuntur Parisios, sub Didaco de Eguia, novi socii qui studia nondum conferant*¹⁴².

¹³⁹ *MEMORIALE P. GONZÁLEZ*, n.

287.

¹⁴⁰ Constat ex epistola Laet. Tolomei ad Card. Contarini eo die scripta; apud *TACCHI VENTURI II*, 303 ss.

¹⁴¹ Iam 26 ianuarii 1540 nota erat Parmac Cardinalis contraria voluntas. Cf. *TACCHI VENTURI I*, 569.

¹⁴² *MI.*, *Constitutiones I*, 23-24.

¹⁴³ *Epp. ... Roderici* 519.

¹⁴⁴ *Mon. Xaver. I*, 811 ss.

¹⁴⁵ Cf. *SUMM. HISP.*, *infra p.* 251 n. 161 annot. 2.

Septembri.

Circa 4. Consilio Cardinalium Contarini, Carpi et Guicciardini, iubet Paulus III expeditionem definitivam Bullae, limitato numero sociorum ad 60¹⁴⁶.

27. Expeditio Bullae fundationis « Regimini militantis Ecclesiae »¹⁴⁷.

Exeunte mense, P. Faber, Parmam relinquens, in Germaniam Hispaniamque proficiscitur, socius doctoris Ortiz¹⁴⁸.

1541

Februario.

Ineunte. S. Ignatius et Socii ad domum prope S. Mariam della Strada migrant¹⁴⁹.

7. Confirmatio confraternitatis pro pueris et puerulis orphanis^{149*}.

Martio.

4. Socii primi Romae comorantes in unum conveniunt ut primas Constitutiones secundum Bullam fundationis componant. Laborem Ignatio et Codurio committunt¹⁵⁰.

10. Ignatius et Codurius inci-

¹⁴⁶ MI., Epistolae I, 159, 160.

¹⁴⁷ MI., Constitutiones I, 32.

¹⁴⁸ Laini Mon. I, 11; MEMOR. FABRI, infra p. 43-44 n. 19, 20.

¹⁴⁹ Cf. TACCHI VENTURI, *Le case abitate* 20. Locus emptus iam erat a Petro Codacio die 19 Augusti 1540. Cf. haec et alia apud P. PIRRI, AHSI 10 (1941) 183 ss.

^{149*} Infra, p. 126, annot. 34.

¹⁵⁰ MI., Constitutiones I, 34.

¹⁵¹ Ibid., lin. 16.

piunt Constitutiones anni 1541 componere¹⁵¹.

Exeunte mense vel ineunte aprili: approbatio et subscriptio earum¹⁵².

Aprilis.

8. Electio unanimis Ignatii in Praeposatum Generalem¹⁵³.

13. Confirmatio electionis. Ignatius petit coenobium St. Petri in Montorio ibique per triduum integrum manet.

19. Acceptatio electionis.

22. Prima solemnis Professio in sacello Sacramenti et B. Mariae Virginis Basilicae S. Pauli extra muros.

Iunio 24. Bulla « Sacrosante Romane » qua Paulus III Ecclesiam S. Mariae de Strada Petru Codacio et, per hunc, Societati concedit¹⁵⁴.

Julio.

3. Breve « Credita Nobis » quo Nuntii nominantur pro Scotia Patres Broët et Salmerón¹⁵⁵.

9. Professio B. Fabri Ratisbonae^{155*}.

Septembri ineunte. Missi in Hiberniam cum triplici instructione PP. Broët et Salmerón¹⁵⁶.

¹⁵² Ibid., p. LXIV.

¹⁵³ Cf. infra p. 16-17 n. 1-3 annot 1 ad MONUM. 3. Inde sumitur etiam dierum supputatio pro integro mense Aprili.

¹⁵⁴ MI., Constitutiones I, 70-77. Cf. infra, p. 291.

¹⁵⁵ Synopsis Actorum S. Sedis in causa Societatis Iesu, n. 3.

^{155*} Infra pp. 46-47.

¹⁵⁶ MI., Epistolae I, 174-181, 727-737.

Incerto die. Professio Bobadillae
Rome apud S. Paulum^{156*}.
Incerto mense. Constitutiones
primae Collegiorum¹⁵⁷

1542

Februario 19. Recipit professio-
nem P. Araoz, primam post
illas in S. Paulo factas ac Fa-
bri et Bobadillae¹⁵⁸.

Martio.

18. Conatur nunc et in poste-
rum dissidium inter Paulum III et Regem Portu-
galliae Ioannem III com-
ponere¹⁵⁹.
21. Obtinet Breve « Cupien-
tes » in favorem hebraeo-
rum sese ad Ecclesiam
cath. convertentium¹⁶⁰.

Aprilis.

28. Mittit Santacruz et alios
socios ad inchoandum Col-
legium Conimbricense¹⁶¹.

Incerto die. Mittit Frusium et
Polancum ad Collegium
Patavinum inchoandum,
simil cum aliis sociis¹⁶².

Maius 18. Dum male valet, com-
mittit quaedam negotia et scrip-
tionem epistolarum aliis so-
ciis¹⁶³.

Iunio 9. Suam operam confert
ut Paulus III per Breve « Du-
dum per Nos » inopiae pau-
perum, mendicitate prohibita,
subveniat¹⁶⁴.

Decembri.

10. Testatur se illis diebus mi-
sisse 250 litteras ad diver-
sas mundi partes¹⁶⁵, et or-
dinaciones promulgat de
litteris Romam scribendis.
15. *Motu proprio* « Alias post-
quam », quo ecclesiae pa-
roeciales S. Andreae della
Fratta, S. Nicolai et SS.
Vincentii et Anastasii, Ec-
clesiae S. Mariae della Stra-
da uniuntur¹⁶⁶.

1543

Februario.

16. Bulla « Divina summaque »
qua erigitur Societas S.
Mariae de Gratia ad Sanc-
tam Martham ad conver-
sas recipiendas¹⁶⁷.
19. Bulla « Illius qui pro Do-
minici » qua Collegium
pro Catechumenis apud S.
Ioannem de Mercatello eri-
gitur¹⁶⁷.

etiam epistolam 1 Iunii, *ibid.* 201
ss. Litterae italicice scriptae sunt, et
videtur Codacio et Elpidio Ugo-
leti deberi.

^{156*} *Bobadilla*, p. 620.

¹⁵⁷ Nisi forte scriptae sunt ante
Constit. 1541; cf. *MI.*, Constit. I,
p. LXXI, 47 (n. 42), 48 (n. 49).

¹⁵⁸ *SUM. HISp.*, *infra* p. 243.

¹⁵⁹ Vide *infra* *MEMORIALE* L. GON-
ZÁLEZ, *Supplementum* I.

¹⁶⁰ *MI.*, *Epistolae* I, 202; *infra*
p. 198, 272.

¹⁶¹ *MI.*, *Epistolae*, I, 207; cf. *in-
fra*, p. 238, annot. 102.

¹⁶² *Chron.* I, 98 n.37.

¹⁶³ *MI.*, *Epistolae* I, 199; et cf.

¹⁶⁴ Apud *TACCHI VENTURI* I, 624 ss.

¹⁶⁵ *MI.*, *Epistolae* I, 238.

^{166*} Apud *PIRRI*, *AHSI*, 10 (1941)
206-207. Bulla Confirmationis data
est 13 Augusti 1543. Cf. *ibid.*, p. 186.

¹⁶⁶ *SUM. HISp.*, *infra*, p. 198, an-
not. 5.

¹⁶⁷ *Bullarium Romanum* (ed.

Martio 18. Mittit Ign. Lainio Societas Iesu Constitutiones anno 1541 approbatas et subscriptas¹⁶⁸.

Maius 30. A Sacra Poenitentiaria obtinet ut renovetur decretum Innocentii III « Cum infirmitas » de medico corporali infirmis denegando qui Sacra menta Ecclesiae non receperint¹⁶⁹.

Decembri vel ineunte ianuario 1544. Professio S¹ Francisci Xaverii Goae¹⁷⁰.

Exeunte anno. Incipit aedificari, in area Ecclesiae suppressae S. Andreeae, prima domus professa ex qua remanent adhuc cubicula, vulgo « camette » vel « cappellette di S. Ignazio » dicta¹⁷⁰.

1544

Ineunte anno. Cum Ignatius a qualuor mensibus male valeat, secretarium constituit pro litteris scribendis Hier. Doménech, qui hoc munus 1544 et 1545 adimplet¹⁷¹.

Taur.) VI, 353-358. De hoc opere vide EPIST. LAIN. infra p. 126, annot. 35.

¹⁶⁸ *ML.*, Epistolae I, 246-247. Cf. AHSI 5 (1936) 93-94.

¹⁶⁹ *Ibid.* 263-264. Vide infra pp. 199, 273.

^{169*} CROS, *Saint Francois de Xavier I*, 246; vide *Mixtae I*, 198.

¹⁷⁰ Cf. *ML.*, Epistolae I, 291; *Chron. I*, 110. PIRRI, AHSI 10 (1941) 186.

¹⁷¹ *ML.*, Epistolae I, 285, annot. 2.

Ianuario.

Ineunte. Domus Stae. Marthae, Ignatio curante, incipit¹⁷².

Exeunte. Constitutiones Soc. Iesu componere incipit, exordiendo a paupertate: « Deliberatio de paupertate »¹⁷³.

Februario.

2 usque ad 13 Martii. Scribit partem Diarii ubi agit de Constitutionibus paupertatis¹⁷⁴.

15. Obtinet Breve « Ad monasterii » pro Confraternitate Catechumenorum¹⁷⁵.

Martio.

14. Bulla « In iunctum Nobis », qua Societas Iesu rursus confirmatur, nullo iam sociorum numero limitata^{175*}.

17. Incipit agere de Constitutionibus circa Missiones¹⁷⁶, et illas probabilititer scribere incipit¹⁷⁷, dum Diarium spirituale prosequitur.

Maius 11. De aliis Constitutionibus agit dum Diarium scribere pergit¹⁷⁸; scribere incipit

¹⁷² *Ibid.*, 269; *Chron. I*, 128. Vide infra pp. 149, 198-199.

¹⁷³ *ML.* Constitutiones I, p. XCIII, 78-81.

¹⁷⁴ *Ibid.*, p. CXVIII, 86-126.

¹⁷⁵ TACCHI VENTURI I, 630 ss.

^{175*} *ML.*, Constitutiones I, 85-86.

Et nota ibidem agi de anno 1544, non (ut saepe dictum est) de 1543. Vide infra p. 132, annot. 9; 207-208.

¹⁷⁶ *ML.*, *Ibid.*, I p. CXIX, 128.

¹⁷⁷ *Ibid.* p. CXXII, 159 ss.

¹⁷⁸ *Ibid.* p. CXIX, 137.

probabiliter Constitutiones de ambitu¹⁷⁹.

Septembri. S. Ignatius et socii migrant e domo conductitia iuxta S. Mariam de Strada ad domum propriam Professam, cuius restant « camrette »¹⁸⁰. Ibi, inde ab hoc mense, Dia- rium spirituale scribere con- tinuat.

Decembri, nocte Nativitatis. Pro- fessio Patris Simonis Rodríguez^{180*}.

1545

Februario 27. A scribendo Dia- riorum spirituali, nobis conservato, cessat¹⁸¹.

Martio ad Iulium. Scribit pri- mam, ut videtur, epistolam Philippo II principi, de refor- matione monasteriorum Bar- cinonensium¹⁸².

Iunio 3. Obtinet a Paulo III Bre- ve « Cum inter cunctas », quo

plures facultates et privilegia Societati conceduntur¹⁸³.

Augusto 27. Baptizat in forma privata in palatio « Madama » secundum geminum huius dominae eodem die natum, Paulum Alexandrum Farnese¹⁸⁴, postea celebrem ducem Par- mensem, Alexandrum Farne- sium.

Septembri incerto die. Ignatius adit Montefiascone, ut cum Paulo III ibi per aliquot dies in itinere versus Perusiam de- gente, de Inquisitione in Lu- sitaniā inducenda et de fundatione collegi patavini agat¹⁸⁵.

Novembri.

22. Bartholomeus Ferrão, se- cretarius loco Doménech creatus, primam epistolam ex commissione scribit¹⁸⁶. Domus Professa horto et aedificio aucta¹⁸⁷.

dum geminum private et urgenter, imponendo ei nomen Ioannem Paulum. Baptisma publicum et sole- mine, cum impositione nominis Ale- xandri, evenit in Ecclesia S. Eu- stachii die 20 Novembris, praesen- tibus 17 Cardinalibus. (VAN DER ESSEN, 10).

¹⁸⁰ *Ibid.* p. CXXV, 164 ss.
¹⁸⁰ Domus erat mense Iunio fere absoluta. *MI.* Epistolae I, 253. Translatio autem facta est mense Septembri. *Chron.* I, 128 n. 68.

^{180*} *Epp.* Roderici, 535-536.

¹⁸¹ *MI.*, Constitutiones I, 158.

¹⁸² *MI.*, Epistolae I, 299.

¹⁸³ *MI.*, Constitutiones I, 167.

¹⁸⁴ Hoc factum fugit historiogra- phum VAN DER ESSEN, *Alexandre Farnèse* (Bruxelles 1933) I, 10-11. Constat autem ex accurata relatio- ne coaeva Petri Ribadeneira, *MI.*, Epistolae I, 317. Nota tamen duo.

¹⁸⁵ *MI.* Epistolae I, 347, 323. Fuit mense Septembri, quia Papa pro- fectus est 31 Augusti, et Romam rursus ingressus est rediens Peru- sia 2 Octobris. Cf. EUBEL., III, 25.

¹⁸⁶ *MI.* Epistolae I, 326. Cf. 286.

¹⁸⁷ Cubiculis nempe et horto Pa- rocciae S. Mariae de Strada, quae usque ad suum obitum (qui hoc tempore evenit) obtinebantur ab antiquo Parocho M^o Fabritio. *MI.* Epistolae I, 330.

29. Recipit in Societatem P. Hieronymum Nadal qui exercitia, sub directione P. Doménech Romae facta, tunc absolvit¹⁸⁸.

Decembri.

12. Sribit ad P. Iaium de reducendo Bernardino Ochino¹⁸⁹.

24. Isabella Roser, bona sua cedit¹⁹⁰.

25. Professio Isabellae Roser et sociarum¹⁹¹.

Anno exeunte. Sribit (ut videatur prima vice) epistolam intimae directionis spiritualis Francisco de Borja¹⁹², PP. Lainez et Salmerón mandante S. Pontifice ad Concilium Tridentinum destinantur¹⁹³.

1546

Primis mensibus. Sociis Tridenti versantibus instructionem mittit de modo se gerendi in Concilio¹⁹⁴.

Aprilis. Instituitur pium opus pro pueris periclitantibus^{194*}.

Iunio 5. Obtinet Breve a Paulo III «Exponi Nobis» quo Coad-

iutores spirituales et temporales Societati admittere permittitur¹⁹⁵.

Iulio 17. Petrus Faber Romam ingreditur¹⁹⁶, etiam ipse Tridentum destinatus.

Augusto.

1. Pie moritur P. Faber¹⁹⁷.

11. Sententia in favorem Ignatii et Societatis contra calumnias Mathiae delle Poste¹⁹⁸.

Medio anno. Definit impedimenta admissioni in Societatem obstantia, eaque *Examini* Constitutionum adiungit¹⁹⁹.

Septembri 10. Dr. Michaëlem Torres, recenter in Societatem cooptatum²⁰⁰, mittit in Hispaniam, ut plura per viam in Italia et dein in Hispania (etiam relate ad Franciscum de Borja) ordinet²⁰¹.

Octobri.

1. Elisab. Roser a votis et oboedientia Societatis liberatur²⁰².

Incerto die. Constitutio de feminis in Societatem non admittendis²⁰³.

¹⁸⁸ *Nadal* I, 18-19.

¹⁸⁹ *MI.*, *Epistolae* I, 343-344.

¹⁹⁰ *MI.*, *Scripta* I, 645; *Chron.* I, 148-149.

¹⁹¹ *Arch. Soc. Iesu Rom.*, Cod. *Ital.* 59, f. 11. Cf. *DUDON*, *S. Ignace*, 640-641.

¹⁹² *MI.*, *Epistolae* I, 339-342.

¹⁹³ *Chron.* I, 150 n. 89. Vide infra pp. 134, annot. 34; 286.

¹⁹⁴ *MI.*, *Epistolae*, I, 386-389.

^{194*} *Infra* p. 198, annot. 3; *MI.*, *Epistolae* I, 373.

¹⁹⁵ *MI.*, *Constitutiones* I, 170 ss.

¹⁹⁶ *MI.*, *Epistolae* I, 401.

¹⁹⁷ *Ibid.*, 406.

¹⁹⁸ Sententia apud *MI.*, *Scripta* I, 663-664. Dies ipse sententiae apponitur a *RIBADENEIRA* in *Vita*, lib. III, cap. 13.

¹⁹⁹ Cf. *MI.*, *Constitutiones* I p. CXXXV, 178-180.

²⁰⁰ Vide *MEMORIALE*, *infra* p. 530, annot. 5.

²⁰¹ *MI.*, *Epistolae* I, 415 ss., 442.

²⁰² *Ibid.*, 424-425, 437. Cf. *MI.*, *Scripta* I, 647 ss.

²⁰³ *MI.*, *Constitutiones*, I p. CXXXVII, 180-181.

9. Admittit in Societatem Franciscum de Borja ²⁰⁴.
 25. Creatur *prima Provincia Ordinis* in Lusitania, et P. Simon Rodriguez Provincialis constituitur ²⁰⁵.

Ereunte. Missionem Aethiopiam se personaliter suscep-
ptum Ioanni III promit-
tit, si alias e Societate de-
sit ²⁰⁶.

Decembri, incerto die. Non ex-
pedit Iaium fieri episcopum
tergestinum quia haec digni-
tas formae vivendi Societatis
non aptatur ²⁰⁷.

Ultimis mensibus. Componit
Constituciones de Estudiantes
ad collegium Patavinum ²⁰⁸.
Videtur iam his mensibus scri-
bere *Examen* ²⁰⁹, atque etiam
aliqua ex notis *Constituta et*
annotata ²¹⁰.

1547

Martio.

15. Modeste recusat unionem
Congregationis cui nomen
« de Somasca » cum So-
ciitate Iesu, a Rdmo. P.
Franc. de Medde proposi-
tam ²¹¹.

²⁰⁴ *MI.*, Epistolae I, 442-444. Vi-
de *S. F. Borgia* V, 786, annot. 255.

²⁰⁵ *Ibid.* 449-450.

²⁰⁶ *Ibid.* 429.

²⁰⁷ *Ibid.*, 450-453. Cf. etiam 460-
467., et infra *MEMORIALE L. Gon-*

zález, ad finem: *Supplementum II.*

²⁰⁸ *MI.*, *Constitutiones* I p.
CXXXI, 175 ss.

²⁰⁹ *Ibid.* II p. XXVII, CXIII.

²¹⁰ Quia aliqua horum praecese-
runt susceptionem muneris Secre-

incerto die. Vocat Polancum
Romani, et ei munus Se-
cretarii Societatis commit-
tit, qui simul Procurator
generalis fuit ²¹².

Mai.

7. Sribit Conimbricensibus
celebrem epistolam *de Per-
fectione* ²¹³.
 20. Obtinet a Paulo III ut So-
cietatem liberet in perpe-
tuum ab onere moniales
aliasque mulieres in com-
muni viventes sub oboe-
dientia recipiendi ²¹⁴.
 21. Sribit, mediante Polanco,
celebrem epistolam de lit-
teris humanioribus ²¹⁵.

Iunio.

11. Gratias agit Priori Carthu-
siae Coloniensis Gerardo
Hammontano ob spiritua-
lium honorum communi-
cationem, et vicissim bo-
na spiritualia Societatis ei
eiusque subditis commu-
nicat ²¹⁶.
 16. Causa contra Franciscum
Zapata inchoatur ²¹⁷.
Julio.
 27. Sribit per Polancum de
necessitate, frequentia et

tarii a P. Polanco, *Ibid.* I p. CXLIX,
187 ss.

²¹¹ *MI.*, Epistolae, I, 474.

²¹² Quod id mense Martio eve-
nerit expresse habetur in *Chroni-
con* I, 209 n. 168.

²¹³ *MI.*, Epistolae I, 495-510.

²¹⁴ *MI.*, *Constitutiones* I, 183-185.

²¹⁵ *MI.*, Epistolae I, 519-526.

²¹⁶ *Ibid.* 526-528. Vide infra Mo-
NUMENTUM 14 in *Praefatione*.

²¹⁷ *MI.*, *Scripta* I, 630 ss.

modo litteras Romam mittendi²¹⁸.

29. Socios Gandiae per Polancum instruit, unum esse oportere in unaquaque domo cui ceteri pareant (prima epistola de oboedientia): interea electio Superioris flat-ad plura suffragia, ut alibi fit²¹⁹.

Septembri 1. Nominat Araoz primum Provincialem Hispaniae²²⁰.

Octobri exeunte. Instruct, per Polancum, Simonem Rodriguez, quantum oporteat domum Probationis separatam instituere²²¹.

Novembri.

4. Bulla «Copiosus in misericordia» Pauli III, qua Universitas Gandiensis (prima in Societate) constituitur²²².
13. S. Petrus Canisius Roma sub Ignatio magna humilitate in rebus spiritualibus instruitur²²³.
20. Constituit primos coadiutores spirituales in India²²⁴.

Ullimis mensibus. Incipit Polan-

²¹⁸ *ML*, Epistolae I, 536-541, 542-549, 550, 551.

²¹⁹ *Ibid.* 551-562.

²²⁰ *Ibid.* 584-586.

²²¹ *Ibid.* 603-606.

²²² *Ibid.* 698 annot. 2. Cf. infra, SUMM. ITAL., p. 293, annot. 11.

²²³ *ML*, Epistolae 634-635, 675.

²²⁴ *Ibid.* 641, 639.

²²⁵ *ML*, Constitutiones II p.

cus Constitutionum codici praeparando incumbere: componit «Industrias»²²⁶, plura ex «Constitutis et Annotatis»²²⁷, «Indices rerum»²²⁸. Ignatius eo utitur in conscribendo textu quem vocamus a Constitutionum 1547-1550²²⁹.

1548

Ianuario.

14. Sribit Conimbricensibus de perfecta oboedientia (epistola est diversa tum ab illa gandensi a. 1547, tum a posteriore conimbricensi 1553)²²⁹.

Exeunte. Licet non amet in Societate munus examinandi sacris initiandos a Vicario Urbis missos, proponit quinque puncta circa hoc examen²³⁰.

Februario 1. Sollemnitas professio Sti. Francisci de Borja^{230*}.

Martio.

20. Mittit ordinationem Collegii et Universitatis Gandiensis²³¹.
27. Polancus, ex commissione, narrat quomodo socii in

CLXXVII ss.; *Polanci Complet.* II p. VI ss.

²²⁶ *ML*, Constitutiones I p. CL-CLI, 187 ss.

²²⁷ *Ibid.* I p. CLIII, 220 ss.

²²⁸ *Ibid.* II p. CXCIV.

²²⁹ *ML*, Epistolae I, 687-693. Cf. etiam aliam similem epistolam *ibid.* II, 42-47.

²³⁰ *Ibid.* 703-704.

^{230*} Cf. AHSI 5 (1936) 106-114.

²³¹ *ML*, Epistolae II, 29-30.

Collegium Messanense a S. Ignatio destinati, benedictionem a Paulo III reperint, et die 18 Martii Roma discesserint²³².

Maio 5. Ignatius, qui usque ad hunc diem *male valebat*, domo exit Cardinales Burgensem et Cauriensem visitaturus²³³

Junio 6. Absoluta est nova domus apud S. Mariam de Strada a Codacio cum 40 cubiculis²³⁴.

Julio.

14. Ignatius *non bene valet*, sed Constitutionibus componendis incumbit²³⁵.
31. Paulus III, petente duce de Gandia, F. Borja²³⁶, edit Breve « Pastoralis Officii » quo *Exercitia spiritualia Ignatii* approbantur et laudantur²³⁷.

Agosto.

8. Epistola introductory a Polanco sub Ignatio scribitur ad primam editionem latinam Exercitiorum²³⁸.

²³² *Ibid.* 49-53, 74-77. Polancus in *Chron.* I, 269 addit factam tunc fuisse oratiunculam ad Papam a S. Petro Canisio. Cf. etiam *MI.*, ibid. 25-27; et infra p. 287, ann. 45, 46.

²³³ *MI.*, *Epistolae II*, 108.

²³⁴ *Ibid.* 132.

²³⁵ *Ibid.* 153-155. Cf. *Chron.* I, 268 n. 230.

²³⁶ Petitio facta erat 27 Dec. 1547. Cf. *MI.*, *Exercit.* 149.

²³⁷ *MI.*, *Exercitia*, 216-218.

²³⁸ *Ibid.* 219, Impressio libri incepta erat 14 Iulii, cf. *MI.*, *Epistolae II*, 153-155.

²³⁹ *MI.*, *Epistolae II*, 200.

²⁴⁰ *Ibid.* 240-241, epistola data

18 aut 19. De primis Sociis et Professis convocandis in Urbem anno Iubilaei 1550²³⁹.

Octobri.

8. Rediit ex suo itinere Tibure [Tivoli], ubi per aliquot dies manserat pacem inter hanc urbem et Castrum Sti. Angeli (Castel Madama) compositurus²⁴⁰.

Decembri.

22. *Ignatius aegrotat*²⁴¹.
24. Lainius visitator Siciliae constituitur²⁴².

Anno labente. Conscribit « Declarationes in Examen », « De abdicatione bonorum in favorem Societatis » et « Statuta » pro collegio Bononiensi²⁴³. Petit a Ioanne III ut permittat PP. Simoni et Xaverio venire Romam occasione iubilaei²⁴⁴.

1549

Januario.

5. *Ignatius ulterius aegrotat*

die 10 Octobris. Dies reditus consistat quia dicit eum rediisse Feria II, quae ante diem 10 fuit dies 8. Ex GUST. BRIGANTE COLONNA, *Brigante Colonna* (Roma 1940), 33 Ignatius Tibure hospitatus est apud Dominam Altabella. Praecipuum autem hospitium habuit in villa Dour. Lud. de Mendoza quae extra urbem sita erat. *Chron.* I, 267.

²⁴¹ *MI.*, *Epistolae II*, 279.

²⁴² *MI.*, *Epistolae II*, 279. Cf. 274-280.

²⁴³ *Ibid.* *Constit.* I, 247-260.

²⁴⁴ *MI.*, *Epistolae II*, 290. Dies quo haec epistola data est non constat.

et ab epistolis scribendis
impeditur²⁴⁵.

24. Sribit *Magistro B. Ioanni de Avila* de persecutio-
nem salmantina contra Societa-
tem quae per decem men-
ses protenditur²⁴⁶.

Februario.

1. Primi missionarii in Bra-
siliam missi, sub PP. de
Nobrega et Azpilcueta, ex
Portugallia solvunt²⁴⁷.

16. Incipit preeparare mag-
nam missionem PP. Iaii,
Salmeronis et S. Petri Ca-
nisii in Germaniam²⁴⁸.

Aprilii 5. Paulus III Motu pro-
prio transfert ad Ecclesiam S.
Marci servitium paroeciale S.
Mariae de Strada et trium Ec-
clesiarum quae Societati iam
prius donatae erant²⁴⁹. Auge-
tur nova structura Ecclesia de
*Strada*²⁵⁰.

Martio 25. Professio PP. Miona
et Polanci Romae, PP. Oviedo
et Mirón Gandiae²⁵¹. Audien-
tia S. Ignatii apud Paulum III
ad Montecavallo (Quirina-
le)²⁵².

Maius 19. Sribit P. Simoni de
collegio in Congo²⁵³.

Iunio 27. Innuit primo suam
ideam fundandi *Collegium*

²⁴⁵ *MI.*, Epistolae II, 296, 301.

²⁴⁶ *Ibid.* 316-320.

²⁴⁷ *Chron.* I, 448. Vide infra, pp.
282-283, annot. 30.

²⁴⁸ *MI.*, Epistolae II, 342 et dein
saepe.

²⁴⁹ Vide J. WICKI apud AHSI,
11 (1942) 69-82.

²⁵⁰ *Chron.* I, 361, n. 332.

²⁵¹ *Ibid.* 361, n. 331.

²⁵² *MI.*, Epistolae II, 461.

Romanum et extruendi novam
Ecclesiam Societatis²⁵⁴.

Iulio.

18. Sribit, per Polancum,
egregiam epistolam de usu
prudentiae humanae²⁵⁵.

Incerto die. Mittit ad Franc.
de Borja instructionem
eximiam de prophetiis et
revelationibus²⁵⁶.

Septembri.

8. Adest Tibure cum nonnullis
aliis sacerdotibus domus
romanae solemnis pom-
pae fundationis Collegii
Societatis²⁵⁷.

24. Magna missio in Germaniam
PP. Iaii, Salmeronis
et Canisii: flant doctores
Theologiae Bononiae prius-
quam Germaniam pe-
tant²⁵⁸.

Octobri.

10. Constituit *Provinciam In-
diae*, et primum Provin-
cialem Xaverium²⁵⁹.

18. Obtinet a Paulo III Bullam
magnum privilegiorum pro
Societate, qua (inter alia)
ius Generali conceditur so-
cios deputandi ad docen-
dam Theologiam et alias
Facultates²⁶⁰.

Novembri 11. Refert P. Simoni

²⁵³ *Ibid.* 420.

²⁵⁴ *Ibid.* 447-449.

²⁵⁵ *Ibid.* 478-484.

²⁵⁶ *Ibid.* XII, 632-654.

²⁵⁷ *Ibid.* II, 644.

²⁵⁸ *Ibid.* 538-539.

²⁵⁹ *Ibid.* 557-558.

²⁶⁰ *MI.* Constitutiones I, 357-371.

Cf. *MI.*, Epistolae II, 302; *Chron.*
I 361.

mortem Pauli III, quae pridie acciderat, et repetit iussum Romam veniendi anno Iubilaei²⁶¹.

Decembri 8. Refert repentinam mortem P. Codacii die 7 Decembbris²⁶². Sequuntur angustiae oeconomicae. Procurator efficitur P. Pontius Cogordanus²⁶³.

Labente anno. Ignatio iubente, P. Polancus conscribit « Constitutiones Collegiorum » Soc. Iesu, quae in IV partem Constitutionum influunt²⁶⁴. Exstant tres Provinciae: Portugalliae (sub P. Simone), Hispaniae (sub P. Araoz), Indiae (sub Xaverio); reliquiae domus subsunt immediate Ignatio. Socii residebant in viginti duobus locis²⁶⁵.

1550

Januario 25. Urgente penuria in domo Romana, omnes mendicare solent²⁶⁶. P. Nadal primam domum Probationis in Sicilia instituebat²⁶⁷.

Februario .

6. Petit et obtinet a Cardina-

²⁶¹ *MI.*, Epistolae II, 594.

²⁶² *Ibid.* 606-608.

²⁶³ *Chron.* I, 352 n. 334.

²⁶⁴ *Mon. Paedagogica*, pp. 55-78.

Cf. AHSI, 7 (1938) 13 ss.

²⁶⁵ *Chron.* I, 360.

²⁶⁶ *MI.*, Epistolae II, 662.

²⁶⁷ Inde a 1549. *Nadal* II, 4. Sed 13 Sept. 1550 nondum erat perfecta. *MI.*, Epistolae III, 172. Cf. *ibid.* Constitutiones II, CXXXIX.

²⁶⁸ Petition *MI.*, Epistolae II, 673-

libus in Conclavi inclusis eleemosynam pro Romana domo inopia laborante²⁶⁸.

7. Quod iam prius indicaverat de *Litteris quadrimestribus* Romam mitten- dis²⁶⁹, nunc auctoritative iubet²⁷⁰.

8. Creatur Pontifex card. del Monte, Iulius III²⁷¹, qui Iaium, Salmeronem et Canisium doctores Bononiae anno praecedenti fecerat²⁷².

Maius. 8. Commendat Socios parisienses cardinali Guisano (de Guise), qui simul cum duobus aliis cardinalibus Ignatium Romae inviserat²⁷³.

Julio 21. Bulla « Exposcit debitu » cum ampliore Societatis confirmatione et declaratio- ne²⁷⁴.

Septembri 2 aut 3. Commendat P. Villanueva ut alliciat ad Societatem B. Ioannem de Avila, eo modo quo Fratres Minores attraxerunt Alexandrum Alensem²⁷⁵.

Octobri.

4. Mittit P. Natali ordinem

675; obtentio apud *Chron.* II, 6 n. 6.

²⁶⁹ Ita 27 Iulii 1547, et rursus 13 Ianuarii 1550. *MI.*, Epistolae I, 548, 2º; II, 647.

²⁷⁰ *Ibid.* II, 675-677.

²⁷¹ *Ibid.* 684.

²⁷² *Ibid.* 678. Cf. *Chron.* I, 492.

²⁷³ *MI.*, Epistolae III, 37, 39.

²⁷⁴ *MI.*, Constitutiones I, 373 ss.; cf. Epistolae III, 75-78.

²⁷⁵ *Ibid.* 162.

pro Novitiis in nova domo
Probationis²⁷⁶.

23. Dux Gandiae Romam cum
20-25 personis pervenit et
hospitatur in parte sepa-
rata domus Societatis²⁷⁷.

Decembri.

9. Regi Lusitaniae gratias agit
pro data P. Simoni facul-
tate veniendi Romam²⁷⁸.
14. Cardinali Guisano et aliis
communicat ingressum du-
cis Gandiensis in Societa-
tem, eiusque consilium no-
vam Ecclesiam et Colle-
gium Romae suis pecuniis
fundandi²⁷⁹.

*Sub anni finem. Ignatius gravi-
ter aegrotat*²⁸⁰.

Anno currente. Componit « Ad-
denda Examini » et alia sub
titulo « Societatis cura de
Praeposito Generali »²⁸⁰. —
Perfectum est exemplum A
Constitutionum ut a PP. Con-
gregandis examinetur²⁸¹.

1551

Ineunte anno. Consilium pae-
cipuorum Patrum qui Romam

²⁷⁶ *Ibid.* 195.

²⁷⁷ Cf. S. F. *Borgia II*, 705; *MI.*,
Epistolae III, 211, 253, 434.

²⁷⁸ *Ibid.* 251-252.

²⁷⁹ *Ibid.* 252-264.

^{279*} Vide infra p. 408 et annot. 27.

²⁸⁰ *MI.*, *Constitutiones I*, 384-385.

²⁸¹ *Ibid.* II p. CXCIV; *AHSI*, 7
(1938) 3.

²⁸² *Ibid.* I p. LXXXII ss., 390-396.

Observata a P. Bobadilla pertinent
potius ad finem anni.

²⁸³ *MI.*, *Epistolae III*, 287, 288,
292, 297.

occasione Iubilaei venerunt:
« Observata Patrum » ad Con-
stitutiones²⁸².

Ianuario.

- 1-14. *Pergit Ignatius aegro-
tare*²⁸³.

30. Reicit generalatum et so-
ciis persuadere conatur ut
eius abdicationem admit-
tant²⁸⁴. Omnes, uno Ovie-
do excepto, id respuunt²⁸⁵.

Februario.

4. *Borgia ex Urbe profici-
tur in Hispaniam*²⁸⁶.

8. P. Simon Rodericus Ro-
mam tandem pervenit²⁸⁷.

10. Araoz in officio Provincia-
lis Hispaniae confirmatur,
auctis facultatibus et iuris-
dictione²⁸⁸.

22. die Dominico. *Inauguratur
Collegium Romanum.* Die
23 incepae lectiones lin-
guarum latinae et grae-
cae²⁸⁹.

Martio 31. S. Pontifex vult Lai-
nium et Salmeronem ad alte-
ram periodum *Concilii Tri-
dentini* mittere²⁹⁰.

²⁸⁴ *Ibid.* 303-304. Autographum
renuntiationis.

²⁸⁵ *Nadal II*, 4-5. Oviedo ingenua
simplicitate dicebat, Ignatio suam
inseptitudinem fatenti, *utpote san-
cto* credendum esse.

²⁸⁶ *MI.*, *Epistolae III*, 338-339.

²⁸⁷ *Ibid.* 323; *Epp. Mixtae II*, 515;
Chron. II, 163.

²⁸⁸ *MI.*, *Epistolae III*, 316-317.

²⁸⁹ *Ibid.* 338-339. Vide *RINALDI*,
La fondazione del Collegio Romano.

²⁹⁰ *MI.*, *Epistolae III*, 367. Eo per-
venerunt die 27 Iulii.

Aprilii 24. Profecturi ad collegium Vindobonense ab oratore Regis Romanorum introducuntur ad osculum pedis Iulii III²⁹¹.

Maii 1. Magna penuria in domo Professa Romana, imminutis eleemosynis ex sparsa falso rumore Borgiam vim pecuniae ei reliquisse²⁹².

Junio 1. Simonem et Mirón in Lusitaniam mittit Ignatius, id Rege optante; ipse Ignatius «nudis pedibus» illuc iret, si Rex id ei significaret²⁹³. Quid S. Ignatius in hominibus Societatis velit: instructiones ad P. Urbanum Fernández et Antonium Brandanum (Brandão)²⁹⁴. Magna spes Collegiorum, Vindobonae, Ferrariae, Neapoli etc. Collegium Romanum floride procedit²⁹⁵.

Augusto 1. Primum consilium fundandi *Collegium Germanicum Romae*²⁹⁶.

Novembri 29. Insinuat Lainio et Salmeroni suum desiderium quod Societas confirmetur a Concilio Tridentino²⁹⁷. Interea tamen ab ea re desistit

quia minus prudens illis Partibus id videtur²⁹⁸.

Decembri.

1. Collegia ubique promovenda. Mittit Epistolam circularem de ratione ea instituendi²⁹⁹.

5. Creat *Provinciam Italiae* citra Romam, primumque Provincialem constituit P. Paschasiū Broët³⁰⁰.

19. Romam vocat P. Natalem³⁰¹, cui cogitabat promulgationem Constitutionum committere.

26. Grave discriumen in Lusitania: die 26 constituit novum Provincialem P. Didacum Mirón; die 27, exoneratur P. Simon³⁰².

Anno currente. Componit primas regulas Collegii Romani³⁰³.

1552

Januario.

1. P. Mich. Torres Visitator Lusitaniae constituitur et Regi Ioanni III commendatur³⁰⁴. Creatur *Provin-*

*tionem postea, Ignatio iam mortuo, a P. Iacobo Lainio eius successore obtentam fuisse. Cf. *Concilii Tridentini Actorum Pars sexta* (Friburgi in Brisgovia 1924) 1083, in Sess. XXV, 3 Decembris 1563.*

etc. 299 *MI.*, Epistolae IV, 9-11, 18-19

Ibid. 25-26.

Ibid. 44. Prius actum erat de eo Tridentum mittendo. *Ibid.* 29-30.

Ibid. 48-50.

Ibid. Cf. AHSI 5 (1936) 95-96.

MI., Epistolae IV, 53, 72.

cia Aragoniae, et ei P. Simon praeficitur³⁰⁵ qui munus non adivit. — Ignatius Iulium III. informat de oppositione Arch. Tole-tani Silicei; Papa causam sibi assumit³⁰⁶.

17. Mittit ad P. Coudretum «Regulas de Praeposito et Collaterali» parum antea confectas³⁰⁷.

23. Narrat vexationem Collegii Romani ortam a magistris Urbis³⁰⁸.

Februario.

1. P. Hieronymus Doménech primus Praepositus *Provin- ciae Siculae* destinatur³⁰⁹.

2. Iubet Borgiam quamprimum Lusitaniam petere³¹⁰.

Martio 25. Recipit Professionem P. Nadal, et ei munus committit Constitutiones in Sicilia promulgandi³¹¹.

Maio.

24. Liberat Patrem Broët a Provincialatu Italiae ut eum Rectorem mittat collegii Parisiensis³¹².

Exeunte mense. Impedit magno

³⁰⁵ *Ibid.* 53-54.

³⁰⁶ *Ibid.* 65-66.

³⁰⁷ *Ibid.* 96-97; *MI.*, Constitutio-nes I, p. CCI-CCII, 387-389.

³⁰⁸ *MI.*, Epistolae IV, 111; *Chron.* II, 421. Plura de hac vexatione invenies apud RINALDI, *La fondazio-ne del Collegio Romano*, 34-40.

³⁰⁹ *MI.*, Epistolae IV, 134, 146.

³¹⁰ *Ibid.* 139.

³¹¹ *Chron.* II, 553-554; *Nadal* II, 6-7

conatu quominus Julius III creet Borgiam Cardinalem³¹³.

Iunio 11. Constituit Lainium Provincialem Italiae³¹⁴.

Augusto.

6. Moritur Pater Claudius Iaius³¹⁵. Refert Ignatius P. Natali, per Polancum, de opportunitate *magnam classem Imperialem* contra Turcas constituendi³¹⁶.

9. Sribit Pi González de Cá-mara ne recuset munus confessarii Regis et Principiis: Professionem faciat³¹⁷.

26. Duci de Nájera: comiter se excusat quod a commendandis nuptiis Laurentiae de Oñaz et Loyola cum secundogenito ducis Gandiae abstineat³¹⁸.

31. Bulla fundationis Collegii Germanici «Dum sollicita»³¹⁹.

Octobri.

22. Bulla «Sacrae Religionis» qua Julius III, tum plura alia privilegia, tum illud insigne Praeposito Generali concedit: facultatem

³¹² *MI.*, Epistolae IV, 244. Cf. 234, 243.

³¹³ Cf. quae Polancus narrat 1 Junii, *ibid.* 255-258; et epistolam S. Ignatii, 283.

³¹⁴ *Ibid.* 289; *Mon. Lainii* I, 204-205.

³¹⁵ *S. Petri Canisii Ep.* I, 405-413; *Epp.* ... *Iaui*, 402-403; *Chron.* II, 571.

³¹⁶ *MI.*, Epistolae IV, 353-359.

³¹⁷ *Ibid.* 363-366.

³¹⁸ *Ibid.* 385-386.

³¹⁹ SCHRODER Monum. quae spe-

- gradus academicos conferendi ³²⁰.
 28. Primus actus solemnis Collegii Romani habetur in Ecclesia S. Eustachii, praeside doctore Olave novitio duorum mensium ³²¹. Incipiunt doceri rudimenta Artium ³²¹.

Novembri.

- 2-12. Pergit simul cum Polanco ad oppidum Alvito in regno Neapolitano ad annum Ioannae de Aragona cum eius marito Ascanio Colonna conciliandum; ibique ac in Olivetto et Cipriano ministeria exercet. Redit die 12 ³²².

21. Iuramentum 8 priorum alumnorum *Collegii Germanici* ³²³.

Decembri.

9. Permittit P. Simoni ut in Lusitaniam redeat nulli subditus ³²⁴.
 24. Scribit sociis in Europa degentibus de paupertate alacriter ad exemplum sociorum in India laborantium ferenda ³²⁵.

stant primordia Coll. Germanici..., 40 ss. Conceptus Bullae inceptus iam erat ab Ignatio mense Maio. Cf. ibid. 13-15.

³²⁰ *MI.*, Constitutiones I, 397-403.
³²¹ *MI.*, Epistolae IV, 501. Cf. plura apud ERN. RINALDI *op. cit.* 38-40, qui tamen falso hunc even-tum collocat anno 1553.

³²¹* Cf. *Polanci Complementa* II, 576. *MEMORIALE* P. GONZÁLEZ n. 49.

³²² *MI.*, Epistolae IV, 506-511, 534-535. *Chron.* II, 427-429.

³²³ SCHROEDER *op. cit.* 111. *Textus primarum Constitutionum Collegii*

Labente anno. Componit Constituta « De sublevanda Collegiorum inopia », et « De mensa Praepositi » ³²⁶.

1553

Februario 25. Professio Everardi Mercuriani ³²⁶.

Martio.

26. Epistola celeberrima de oboedientia ad Collegium Conimbricense ³²⁷.
 30. Professio Ludovici González Lucronii (Logroño) in Hispania ³²⁷.
 31. De florido statu et momento Collegii Romani ³²⁸.

Aprili.

10. Creat P. Natalem Commis-sarium pro Hispania et Lusitania tum ad Constitutiones promulgandas tum ad alias res ordinandas ³²⁹.
 15. Polancus preces a Sociis petit pro *Ignatii valetudine* valde infirma ³³⁰.

Maio.

20. Iubet P. Simonem Rodríguez Romam quamprimum venire ³³¹.

Germanici ibid. 60 ss.; textus cor-rectus, 81 ss.

³²⁴ *MI.*, Epistolae IV, 537-539.

³²⁵ *Ibid.* 564-565.

³²⁶ Tempus autem certum non est. *MI.*, Constitutiones I, 386-387, 389.

³²⁶* *Chron.* III, 12, n. 15.

³²⁷ *MI.*, Epistolae IV, 669-681.

³²⁷* *Chron.* VI, 40; *MI.*, Epistolae V, 334.

³²⁸ *Ibid.* IV, 684-690.

³²⁹ *Ibid.* V, 7-8.

³³⁰ *Ibid.* 19, 110, 251.

³³¹ *Ibid.* 189-191; et cf. 73-76.

23. Romam pervenit P. González de Cámarra³³².

Iunio.

7. *Inde a duobus mensibus male valet P. Ignatius ita ut proximus morti iudicetur*³³³.

28. Vocat Xaverium in Lusitaniam et Romam ad bonum magis universale omnium Missionum³³⁴; ordinatio autem non mittatur nisi Rege Ioanne III probante³³⁵ qui eam libenter approbavit³³⁶.

Julio.

9. Instituit *Provinciam Brasiliæ*, primumque eius Provincialem P. Emmanuelem de Nobrega³³⁷.

25. P. Canisio inspirante³³⁸, ordinat missas et orationes in Societate pro Anglia, Germania et regionibus septentrionalibus³³⁹.

Augusto.

9. Approbat quae Canisius proposuerat de reiciendo Episcopatu Vindobonensi

³³² *Ibid.* 98. Vide infra p. 530.

³³³ *Ibid.* 110. Recreatus iam erat 28 Iulii, *ibid.* 251.

³³⁴ *Ibid.* 148-151. Xaverius obierat quidem 2 Decembribus prioris anni 1552; at eius mors ignorabatur Romae non modo mense iunio 1553 sed adhuc initio 1555. Neque primi nuntii obitus, habiti mense Februario 1555, certi Romae existimabantur. Cf. *ibid.* VIII, 481-482; *Chron.* IV, 559.

³³⁵ *MI.*, *Epistolae* V, 184.

³³⁶ *Ibid.* VI, 126.

³³⁷ *Ibid.* V, 180-181.

sibi oblato, eique promittit se apud S. Pontificem in hunc sensum totis viribus allaboraturum³⁴⁰.

Exente. Incipit dictare Patri González de Cámarra narrationem de vita sua, eamque continuat bis vel termense Septembri « hasta estar en Manresa algunos dias »³⁴¹.

Septembri 23. *Male valuit et male valet*³⁴².

Octobri.

3. Emit per 600 scuta aurea domunculas Aemilii Altieri ad novam Ecclesiam aedificandam³⁴³.

18. Quaerit favorem oratoris Lusitaniae Alphonsi Lancastri et Card. Guidonis Ascanii Sforza ad lites cum Mutio Muti superandas circa locum novae Ecclesiae aedificandae destinatum³⁴⁴.

21. *Male habet lectoque decubit*³⁴⁵.

28. Primae disputationes publicae *Theologicae* Collegii Romani, praeside D.re

³³⁸ *Ibid.* 229.

³³⁹ *Ibid.* 220-222.

³⁴⁰ *Ibid.* 309-310.

³⁴¹ Cf. *Acta*, infra pp. 358-359, n. 2*, annot. 7.

³⁴² *MI.*, *Epistolae* V, 503. Confirmatur ex testimonio P. Cámarra. Cf. *Acta* infra 358, n. 2*, annot. 6.

³⁴³ Cf. TACCHI VENTURI *Le case* ... 36-37. PIRRI, AHSI 10 (1941) 196 ss. Omnia illa obtenta erant ope Ioannis de Neppe. *MI.*, *Epistolae* V, 437.

³⁴⁴ *Ibid.* 590-591. Et cf. de his *PIRRI* art. cit. 187 ss.

³⁴⁵ *Ibid.* 602-603. Licet non nihil recreatus esset 20 octobris *ibid.* 593.

Olave: habentur in Ecclesia Societatis³⁴⁶.

29. Disputationes *Philosophiae* Collegii Romani, praeside D.re Balth. de Torres³⁴⁷.

Novembri.

4. Ultimae solemnissimae disputationes Collegii Romani, praeside Mag. Fulvio Cardulo, quibus adfuerunt plures Cardinales et Orator Lusitaniae³⁴⁸.

6. Instaurantur primi cursus pleni Philosophiae et Theologiae in Collegio Romano, ubi hucusque solummodo litterae humanae et *aliqui* cursus Artium proponebantur³⁴⁹.

11. Pervenit Romam P. Simon Rodriguez³⁵⁰.

Decembri 5. Emit Ign. domum « Turris Rosiae »³⁵¹.

Currente anno, incerto die P. Antonium de Quadros *primum Provinciale Aethiopiae* designat, sed haec nominatio successum non habuit^{351*}.

³⁴⁶ *Ibid.* 612, 650, 686.

³⁴⁷ *Ibid.* et cf. ERN. RINALDI, *op. cit.* 42-44.

³⁴⁸ *MI.*, Epistolae V, 686, 654-656, 652-653.

³⁴⁹ *Ibid.* 650. Cf. supra, ad diem 28 octobris 1552.

³⁵⁰ *Ibid.* 687.

³⁵¹ Cf. *ibid.* VI, 466; *Chron.* IV, 10 n. 9. PIRRI *art. cit.* 189 annot. 48 ubi ponitur dies contractus cum Muzio Muti facti. In hac domo « Rosiae » (probabiliter sic vocata, ob nomen priorum dominorum dei Rossi) narravit Ignatius Patri Camera ultimam partem vitae suaee. Cf. *ACTA*, infra p. 362-363, n. 4*-5*.

1554

Januario.

1. Missionem Aethiopicam ardenter rursus promovet³⁵². Cum Polancus, qui secretarius, oeconomus et procurator negotiorum in Curia est³⁵³, non possit omnia haec munera adimplere, petit a Provinceis Hispaniae, Lusitaniae et Indiae ut proprium Procuratorem Romam mittant eique sustentando provident³⁵⁴.

7. Dividit Hispaniam in tres Provincias in eisque Provinciales constituit (Araoz in Castella, Estrada in Aragonia, Michaelem Torres in Baetica), quibus et Provinciali Lusitaniae praeerit Borgia ut Commissarius generalis Hispania³⁵⁵.

16. Exoptat, si id a Societate permitteretur, Africam

^{351*} *Chron.* III, 16; VI, 41. Cf. *infra MONUM.* 15, n. 11, annot. 24.

³⁵² *MI.*, Epistolae VI, 129.

³⁵³ Cf. *Compl. Polanci I*, 87-90.

³⁵⁴ Primo hoc proponitur Patri Nadal Commissario. *MI.*, Epistolae VI, 124. Saepe dein repetitur, *ibid.* 202, 305-306, 716; etiam desideratur ut cum hoc munere mittatur frater Gou, socius P. Araoz, *ibid.* VII, 455. Res tamen non perficitur viente Ignatio, quia Gou moritur dum Romam petit. *Ibid.* 693, annot. 2. *Cod. Aragon.* 15, fol. 9.

³⁵⁵ *MI.*, Epist. VI, 151-152. V. *infra MONUM.* 15, n. 11, annot. 26.

- adire ad novam missio-
nem personaliter inchoan-
dam ³⁵⁶.
17. Exoptat per aliquod tem-
pus apud se habere Ber-
nardum iaponensem a Xa-
verio in Europam mis-
sum ³⁵⁷. Qui fuit primus
iaponensis qui Romam vi-
sitavit ³⁵⁸.
30. Sperat proximam dilata-
tionem Societatis in Gal-
lia ³⁵⁹.

Februario.

1. *Constitutiones* vult adhuc
completere ³⁶⁰. Complentur
de facto inter 1554 et 1556
in textu a nobis dicto *B*
definitivo ³⁶¹.
2. Optat fundare collegium
in Peruvia ³⁶² licet eo vi-
vente non obtentum fue-
rit ³⁶³.
7. Mitigat sententiam contra
P. Simonem Rodríguez hoc
die Romae latam ³⁶⁴.

Martio.

8. Promulgatur solemnissime
in Ecclesia S. Mariae su-
pra Minervam, praesenti-

Haec divisio proposita erat a Na-
dal. *MI.*, Epistolae VI, 122-123.

³⁵⁶ *Ibid.* VI, 195.

³⁵⁷ *Ibid.* 204; VII, 331.

³⁵⁸ *Ibid.* VIII, 274, 263.

³⁵⁹ *Ibid.* VI, 261.

³⁶⁰ *Ibid.* 268, 227.

³⁶¹ *MI.*, *Constitutiones* II, p.
CXCVI-CXCVIII.

³⁶² *MI.*, Epistolae VI, 299; VII,
28.

³⁶³ Cf. GRANERO, *La acción misio-
nera ... de S. Ignacio*, 41 ss.

³⁶⁴ *MI.*, Scripta I, 683-688.

bus 24 Cardinalibus, bulla
« *Pastoralis Officii* » (13
Octobris 1553), qua Archi-
confraternitas S. Sepulchri
fundatur et permittitur
erectio Collegiorum Socie-
tatis Iesu Hierosolymis,
Constantinopoli et in in-
sula Cypro ³⁶⁵.

18. Mittit Olavum Placentiam
ut ab erroribus lutheranis
revocet Isabellam de Bri-
ceño uxorem Garcia Man-
rique ³⁶⁶.
31. Aptatur Turris Roscia ad
habitationem Domus Pro-
fessae, curante M° Loren-
zo Tristano fratre Coadiu-
tore ³⁶⁷.

Aprilis.

- Currente mense. Aegrotal* ³⁶⁸.
Proponit Polancus ut, Ignat-
io aegrotante, constituatur
consultatio generalis So-
cietatis ad res graviores
tractandas: consultores
sint Olave, Frusius, Gon-
zález de Cámara et Polan-
cus ceu secretarius ³⁶⁹.
21. In rescribendo litteris mi-
noris momenti P. Ioannes

³⁶⁵ *MI.*, Epistolae VI, 442. Cf.
Etudes 70 (1897) 72-87; GRANERO
op. cit. 110-114.

³⁶⁶ *MI.*, Ep. VI 490. Paulo post
optabat ut etiam Renatae ducissae
ferrariensi convertendae Olave da-
ret operam. *Ibid.* 579.

³⁶⁷ *Ibid.* 540.

³⁶⁸ *Ibid.* 638. Die 27 iam bene
valebat *ibid.* 640.

³⁶⁹ Tempus non certo constat,
sed bene ab editoribus inter Apri-
lem et Septembrem collocatur. Po-
lanci *Complem.* I, 100 ss.

Phil. Vito sufficere incipit
Patri Polanco³⁷⁰.

Maio.

1. Gaudet quod Canisius Catechismum scribendum suscipiat; sperat fore ut Germania ad fidem Romanam redeat ut nunc Anglia; laetatur de petitionibus Collegiorum in Transilvania et Polonia³⁷¹.
13. *Angli* incipiunt admitti in Collegio Germanico³⁷².
15. Optat ut Araozius comitur Philippum II Angliam petentem, ut in illo regno Societas introducatur et nova Provincia fundetur. Frustra tamen³⁷³. P. Simon Rodriguez rursus Ignatium perturbat³⁷⁴. Vocat Romam PP. Salmerón et Bobadilla ut Simonem ad oboedientiam moveant³⁷⁵.
31. Approbat libenter novum consilium P. Simonis, Hierosolymam adeundi³⁷⁶.

Iunio.

14. Inde ab hebdomada Ignatius *graviter aegrotat*³⁷⁷. *Morbus protrahitur per tres integros menses*, quibus vix incumbere negotiis potest³⁷⁸. Consultatio generalis deliberat, et petit ab Ignatio ut, adveniente P. Nadal, *constituatur eius Vicarius*³⁷⁹. — Card. de la Cueva movente, fabricatio Ecclesiae novae promovetur; cuius cura superior *Michaëli Angelo Buonarroti* traditur³⁸⁰.
26. Concipit consilium novam *Provinciam Germaniae inferioris* instituendi³⁸¹; desistit tamen paulo post³⁸².

Julio.

17. Exoptat ut P. Oviedo continuet et compleat opusculum P. Bobadilla de *frequente communione*³⁸³.
22. Licentiatui Christophoro Madrid, qui etsi nondum ingressus Societatem, do-

³⁷⁰ *MI.*, Epistolae, VI 634.

³⁷¹ *Ibid.* 656-657.

³⁷² *Ibid.* 703.

³⁷³ *Ibid.* 703; VII, 112.

³⁷⁴ *Ibid.* VI, 716-717.

³⁷⁵ *MI.*, Scripta I, 681. Cf. *MI.*, Epistolae VI, 352; VII, 123-124.

³⁷⁶ *Ibid.* VII, 70-71.

³⁷⁷ *Ibid.* 102.

³⁷⁸ *Ibid.* 512 ubi dicitur eum morti proximum non semel fuisse. Cf. etiam p. 115, 135, 149, 173, 253, 275, 284, 368, 392, 437, 456, 477, 497, 505. Bene valet 3 Octobris *ibid.* 596.

³⁷⁹ Quod consultatio deliberaret cf. *Pol. Compl.* I, 97 annot. 1;

de Natali Vicario constituendo etiam prius actum erat, *ibid.* 102. Cf. *MI.*, Epistolae VIII, 42.

³⁸⁰ *Ibid.* VII 102-103. Cf. *de his PIRRI art. cit.* 201-202.

³⁸¹ *MI.*, Epist. VII 185.

³⁸² *Ibid.* 573. Consilium hoc executioni datum est anno 1556. Cf. annot. 450.

³⁸³ *Ibid.* 241 Opusculum P. Bobadilla conscriptum iam erat anno 1551, sed solum recentissime editum est. Cf. AHSI 2 (1933) 266 ss. Neque P. Oviedo suum opus complevit. Opus primum de hac re, anno 1556 editum, debetur PP. Salmerón et Madrid. AHSI, *ibid.*

mi habitat, cura salutis
Ignatii committitur³⁸⁴.

Augusto.

4. Laudat consilium Regis Romanorum instituendi Romae *Collegium Hungaricum* Collegio Germanico simile³⁸⁵.
13. Mittit ad Canisium accuratam instructionem quid faciendum videatur a Rege Romanorum ad fidem catholicam in suis regnis defendendam³⁸⁶.
21. Gratias agit Priori Carthusiae Coloniensis Gerardo Hammont de favore et eleemosynis Societati praestitis³⁸⁷.

Septembri.

17. In magno consilio 19 Patrum decernitur ut votis simplicibus Professorum quintum addatur de secundo consilia P. Generalis etiam post assumptionem ad dignitatem episcopalem, si quae iubente S. Pontifice eveniat³⁸⁸.
19. PP. Oviedo et socii pergunt in Lusitaniam et Aethiopiam³⁸⁹.
29. Ordinatio de docenda solum Grammatica et Rhetorica, non Philosophia, in

Collegiis Societatis quae non sint Universitates³⁹⁰.

Octobri.

1. Gravissimae angustiae oeconomiae in Domo Professorum et in Collegio³⁹¹.
6. Instaurantur labores novae Ecclesiae praesente Cardinali de la Cueva³⁹². Labores continuantur solummodo usque ad annum 1555³⁹³.
18. Advenit Romam P. Nadal ex Hispania redux³⁹⁴.
26. Consultatio PP. Nadal, Olave, Madrid, González et Polanci de admittenda ad vota Societatis Principe Ioanna Austriaca³⁹⁵. Ignatius rem permittit modo secretum altissime servetur et nulli alteri permittatur³⁹⁶.

Incerto die. Refertur quot et quanta Ignatius fecerit ut novitium Octavium Cesare ab insectationibus suaे matris defenderet³⁹⁷.

Novembri.

1. Iubet ut omnes Sacerdotes Romae praesentes *Vicarium generale* ellegant qui sibi in gubernando auxilio sit; qui sacerdotes non sunt, delegent vota sua in

³⁸⁴ *MI.*, Epistolae VII, 280, 335-

336.

³⁸⁵ *Ibid.* 381-382, 427.

³⁸⁶ *Ibid.* 398-404.

³⁸⁷ *Ibid.* 427-428.

³⁸⁸ *MI.*, Constitutiones I, 404-406.

³⁸⁹ *MI.*, Epistolae VII, 522 et 549.

³⁹⁰ *Ibid.* 588, 599.

³⁹¹ *Ibid.* 610.

³⁹² *Ibid.* 631-632. Res prius praeparantur. Cf. *ibid.* VI, 574; VII, 597.

³⁹³ *Ibid.* 689 etc.

³⁹⁴ *Ibid.* 676, 682.

³⁹⁵ *Ibid.* 685-688.

³⁹⁶ Hoc habetur 28 Decembris.

Ibid. VIII, 198.

³⁹⁷ *Ibid.* 674-675.

quatuor sacerdotes. Eligitur sere ad unanimitatem Nadal; confirmat electio-
nem ³⁹⁸.

8. Plures quaestiones tractat cum Nadal, Hispaniam et Constitutiones attingen-
tes ³⁹⁹.

11-17. *Aegrotus in lecto de- cumbit* ⁴⁰⁰.

Decembri.

1. Eleemosynae quaeruntur mendicando per Urbem: ita Teutonius et González lusitani, Didacus de Guzmán et Dr. Loarte hispani ⁴⁰¹.

5. Ignatius *bene valet* per to-
tum Decembrem ⁴⁰².

6. Provincialatus P. Laínez in Italia exercebitur in posterum solum in colle-
giis Genuensi, Bononiensi,
Florentino et Perusino.
Regiones veneta et ferra-
riensis, item collegia nea-
politanum et tiburtinum
regentur directe a P. Ignat-
io ⁴⁰³.

28. Media proponit quae in

Hispania adhiberi possent
ad Ecclesiam Societatis
Iesu romanam et collegium
Romanum iuvandum ⁴⁰⁴.

30. Optat ut in unaquaque
Provincia Hispaniae pro-
prium habeatur tyroci-
nium ⁴⁰⁵.

Exeunte anno. Emitur vinea in
monte Aventino prope ther-
mas Antonianas ad scholasti-
corum recreationem ⁴⁰⁶.

1555

Ianuario.

2. Ignatius *optima gaudet va- letudine* ⁴⁰⁷.

5. Post Pascha *Lauretum adi- re meditatur*, tum pii loci
invisendi causa, tum ad
perspiciendo labores ex-
structionis novi collegii ¹⁰⁸.
Tamen, sede vacante, a su-
scipiendo itinere postea
prohibitus est ⁴⁰⁹.

9. Card. Morone designatur
Legatus ad comitia Augu-
stana. PP. Laínez et Nadal
comites eius ut theologi
deputantur ⁴¹⁰.

³⁹⁸ *Ibid.* VIII, 42-43.

³⁹⁹ *Ibid.* VIII, 26.

⁴⁰⁰ *Ibid.* 63.

⁴⁰¹ *Ibid.* 129.

⁴⁰² *Ibid.* 145, 195.

⁴⁰³ *Ibid.* 151. Cf. *Chron.* IV, 5.

Neque hoc anno 1554 iam amplius
exercebatur auctoritas Commissarii
Italiae quae, sub Lainio Provinciali-
li, data fuerat Patri Viola 10 De-
cembris 1552. Cf. *MI.*, *Epistolae*
IV, 541, 518; VII 363 cetera. —
Cf. etiam *ibid.* VII, 31-32.

⁴⁰⁴ *Ibid.* VIII, 197-198.

⁴⁰⁵ *Ibid.* 215-216.

⁴⁰⁶ Tempus certo non constat,
sed de posessione vineae sermo iam
est die 13 Ianuarii anni sequentis.
Ibid. 277; *Chron.* V, 22. Cf. *infra*
MEMORIALE L. Gonzalez n. 135, an-
not. 19.

⁴⁰⁷ *MI.*, *Epistolae* VIII, 222.

⁴⁰⁸ *Ibid.* 240, 295/6, 379, 505, 518.

⁴⁰⁹ *Ibid.* 616.

⁴¹⁰ *PASTOR, Geschichte der Päpste*,

15. *Ignatius male valet*⁴¹¹.
19. Cum numerus scholasticorum Romam advenientium admodum creverit, roganatur rectores collegiorum Italiae ut eorum aliquos admittere in propriis collegiis velint⁴¹².
23. Grates referuntur Philippo II ob litteras commendatarias in favorem Collegii romani Summo Pontifici et Cardinalibus missas⁴¹³.
26. P. Ludovicus González notas sui MEMORIALIS scribere incipit⁴¹⁴.
Socii eo die Romae circiter 150 numerantur⁴¹⁵.

Februario.

6. In consistorio hoc die habitu decernit Iulius III modo stabili collegio romano pecunia subvenire⁴¹⁶. Ob mortem pontificis eiusque successoris Marcelli II res tota evanescit⁴¹⁷.
18. P. Nadal nominatur commissarius generalis in Ita-

VI, 167-168. *MI.*, Epistolae VIII, 266, 334; MEMORIALE P. LUDOVICI GOSZ., nn. 152-153; *Nadal* II, 9; *Chron.* V, 8.

⁴¹¹ *MI.*, Epistolae VIII, 284.

⁴¹² *Ibid.* 301-302. Cf. 358.

⁴¹³ *Ibid.* 305.

⁴¹⁴ Vide infra MEMORIALE, n. 12.

⁴¹⁵ *MI.*, Epistolae VIII, 319.

⁴¹⁶ ACTA, n. 4*, infra p. 360, annot. 10, MEMORIALE n. 130 *MI.*, *Epist.* VIII, 406, 408-409. *Chron.* V, 12 ss. In Actis Consistorialibus Archivi Secreti Vaticanani huius concessionis nulla fit mentio.

lia, Austria ac aliis regionibus cum plena potestate ad quaevis Societatis negotia expedienda simul cum Lainio, ubi simul fuerint, et quivis eorum, ubi se iuncti fuerint⁴¹⁸.

19. P. Nadal in Germaniam proficiscitur⁴¹⁹.
20. Epistola communis testimonia expetuntur ex variis partibus pro Societate, quae opponi possint decreto facultatis theologiae parisiensis contra Societatem⁴²⁰.
23. Sribit Ignatius celebrem epistolam ad Imperatorem Aethiopiae Claudium [Asnaf Sagad]⁴²¹.

Martio.

6. P. Io. Baptista Pezzana designatur procurator generalis domus romanae⁴²².
9. Ignatius vitam suam Ludovicu González enarrare pergit⁴²³.
23. Obit Iulius III. Preces pro eo per novem dies indi- cuntur ab Ignatio⁴²⁴.

⁴¹⁷ *MI.*, Epistolae VIII, 664; IX, 135-136, 118; *Chron.* V, 25-26, 28-29. Vide infra, p. 360, annot. 10, et p. 606, annot. 8.

⁴¹⁸ *Ibid.* VIII, 436-437. *Nadal* I, 279-282.

⁴¹⁹ MEMORIALE n. 152, infra p. 621; *MI.*, Epist. VIII, 425, 454.

⁴²⁰ *Ibid.* VIII, 453-456, infra p. 607.

⁴²¹ *Ibid.* VIII, 460-467.

⁴²² *Ibid.*, VIII, 507.

⁴²³ Vide ACTA infra pp. 360-362, n. 4*.

⁴²⁴ *MI.*, Epistolae VIII, 592-593.

Aprilii 9. Eligitur Pontifex Cardinalis Marcellus Cervini, qui nomen sumit Marcellum II. Die 1º maii e vita excedit.

Maii 23. Electio Cardinalis Ioannis Petri Carafa in Summum Pontificem, qui nomen sibi imponit Paulum IV.

Iunio-Julio. Ignatius sat bene valet ⁴²⁵.

Julio 26-27. P. Salmerón Roma egreditur comes Episcopi Veronensis, Legati ad comitia augustana et in Poloniā ⁴²⁶.

Augusto ineunte. Constituitur Provincia Galliae ⁴²⁶.

Septembri.

1. Ignatius optima utilit ur valetudine ⁴²⁷. Urgente anno nae caritate centum et eo amplius socios ad varia loca extra Urbem mittit ⁴²⁸.
16. Ob eandem rationem fratribus collegii aliquid de cibo detrahitur. Accersitis tamen Laynez, Polanco et Madrid, Ignatius sibi certissime constare asserit intra annum collegio pro visum iri ⁴²⁹.

⁴²⁵ *Ibid.* IX, 207, 291.

⁴²⁶ *Ibid.* IX, 352-353, 366, 372, 374, 402.

⁴²⁶* *Chron.* V, 320. Tamen iam a 27 Octobris 1552 Broët munere Provincialis in Gallia fungebatur. Vide *MI.*, *Epistolae* IV, 493. Cf. *Chron.* IV, 327, n. 700.

⁴²⁷ *MI.*, *Epistolae* X, 532.

⁴²⁸ *Chron.* V, 31, n. 54; 42, n. 77; VI, 5.

⁴²⁹ RIBADENEIRA, *De Actis* n. 37. (*MI.*, *Scripta* I, 352). *Dicta et facta* (*ibid.* 404). *Epistola Polanci de obi-*

22. Resumitur iterum vitae Ignatii narratio P. Lud. González facta ⁴³⁰.

Octobri.

3. P. Laynez generalem commissarium in Italia creat ⁴³¹.
18. P. Lud. González ultimam annotationem sui memorialis scribit ⁴³².
22. Pridie profectionis Ludovici González in Lusitaniam absolvit Ignatius narrationem vitae suae ⁴³³.
23. Discedunt Nadal in Hispaniam et Ludovicus González in Lusitaniam cum sociis ⁴³⁴. P. Ribadeneira iter etiam arripit in Flandriam ad admissionem Societatis in illis regionibus in aula Philippi II promovendam et ad Constitutiones ibi vulgandas ⁴³⁵.
- 23-31. Committit Patri Madrid curam immediatam domus et Collegiorum romanorum, et creat Assistentes generales ipsum et PP. Laynez et Polanco ⁴³⁶.

tu S. Ignatii, *infra MONUM.* 15, n. 5.

⁴³⁰ *ACTA*, *infra pp.* 360-362, n. 4*.

⁴³¹ *MI.*, *Epistolae* IX, 684.

⁴³² Vide *infra MEMORIALE LUD. GONZÁLEZ*, n. 413.

⁴³³ Vide *ACTA*, *infra p.* 363, n. 5*.

⁴³⁴ *MEMORIALE*, 163, n. 9. *MI.*, *Epistolae* X, 35, 38 (cf. *ibid.* 14-31).

⁴³⁵ *Ribadeneira* I, 58-59; *MI.*, *Epistolae* X, 12-14, 35, 38; *De Actis* n. 352 (*MI.*, *Scripta* I, 352), *Chron.* V, 41.

⁴³⁶ *MI.*, *Epistolae* X, 79. Cf. *Pol. Compl.* I, 101. Notentur hi loci quia

Novembri.

13. Franciscum de Borja commissarium generale in Provinciis Hispaniae, Portugalliae et in Indiarum regionibus confirmat⁴³⁷.

Novembri-Decembri usque ad diem 21. Ignatius sat bona valetudine utitur⁴³⁸.

Decembri.

12. Cum 4 doctoribus parisiensibus, Cardinalis Lotharingii comitibus, Laynez, Olave, Polanco et Frusius de decreto facultatis parisiensis Romae agere incipiunt⁴³⁹. Summus Pontifex Paulus IV iubet P. Laínez in Palatio Apostolico commorari ut eius opera utatur⁴⁴⁰.
21. *Labilis conditio valetudinis S. Ignatii*⁴⁴¹.

1556

Ianuario.

11. Ignatius reliquo mense ianuario *doloribus stomachi et febribus continuo fere laborat*⁴⁴².
25. Mittit Patri Broët responsionem ad decretum Fa-

non semel dictum est S. Ignatium non constituisse Assistentes Generales.

⁴³⁷ *Ibid.* X, 116.

⁴³⁸ *Ibid.* 91, 306, 309.

⁴³⁹ *Ibid.* 313. Cf. dein 447, 453, 485, 516-517, 561.

⁴⁴⁰ *Ibid.* 353. Unam tantum ibi noctem exegit. *Chron.* V, 33.

⁴⁴¹ *Ibid.* 370, cf. 377, 391.

⁴⁴² *Ibid.* 493, 495, 498, 502, 521, 522, 526, 527, 608. Cf. *ibid.* 610.

cultatis parisiensis contra Societatem⁴⁴³.

Ianuario-Februario. Concedit Paulus IV Collegio Romano facultatem ad quoscumque gradus promovendi alumnos qui illud frequentent^{443*}.

Februario.

8. S. Ignatius plures abhinc menses Sacrum celebrare non valet; octavo quoque die sacram communionem recipit⁴⁴⁴.
12. Templum Societatis romanae valde renovatum esse nuntiatur⁴⁴⁵.
14. Roma proficiscuntur, accepta Pauli IV benedictione, 12 socii Pragam destinati⁴⁴⁶.
25. Constitutiones et regulae nondum omnino absolutae sunt, ideoque mitti nequeunt⁴⁴⁷.

Martio 3. Mittit librum de frequentatione Sacramenti Eucharistiae Neapoli typis editum⁴⁴⁸. Compositus erat a P. Christ. Madrid.

Maio.

Currente mense. Ab hoc tempore ad mortem usque valde sollicitus est Ignatius

⁴⁴³ *Ibid.* 561.

^{443*} *ML.*, Epistolae XI, 21, 32; *Chron.* VI, 13, 14.

⁴⁴⁴ *Ibid.* 656.

⁴⁴⁵ *Ibid.* 681; XI, 32; *Chron.* VI, 10, n. 19.

⁴⁴⁶ *Ibid.* X, 681-702; XI, 17, 21. Cf. X, 552, 554, 565. *Pol. Compl.* II, 582; *Chron.* VI, 23.

⁴⁴⁷ *ML.*, Epistolae XI, 55. Cf. XII, 27.

⁴⁴⁸ *Ibid.* XI, 87, 100. Cf. 141, 176.

- in instituenda Romae typographia. Typos Venetiis instanter Romam mitti urgat⁴⁴⁹.
20. Committit P. Salmeroni, Flandriam petenti, ut renuntiare faciat *primum Provinciale Germaniae inferioris* Patrem Bernardum Oliverium⁴⁵⁰.
- Iunio.*
7. Creat *Provinciam Germaniae Superioris*, et *primum Provinciale* constituit Petrum Canisium⁴⁵¹.
9. Ignatius bene valet⁴⁵². Ingolstadium mittit 18 socios ad Collegium Societatis instaurandum⁴⁵³.
- 11-26. Ignatius *morbo laborat*⁴⁵⁴.
- Julio.*
2. Ignatius in villam Collegii romani valetudinis causa secedit, ibique primis diebus melius habet⁴⁵⁵. Gubernium Societatis tribuit circa hunc diem Patribus Polanco et Madrid⁴⁵⁶.
25. P. Laynez graviter aegrotat⁴⁵⁷.
28. *Feria III.* Peius habet Ignatius. Redierat ex Villa Aventini in Domum Professam⁴⁵⁸.
29. *Feria IV.* Ignatius vocat P. Polancum, eumque rogat ut Dr. Torres sui curam habeat, sicut de aliis aegrotis domi decumbentibus⁴⁵⁹.
30. *Feria V.* post meridiem. Ignatius, advocato Polanco, ei committit ut benedictionem Summi Pontificis pro se proxime morituro petat. P. Polancus gravitatem morbi Ignatii non persentiscens, auditio iudicio, non modo doctoris Torres sed etiam Alexandris Petronii⁴⁶⁰, rem ad insequentem diem differt. Eodem die sub vesperum Ignatius cenam sumit adstantibus PP. Polanco et Madrid. Hi nihil suspicantes cubitum recedunt.
31. *Feria VI.* Sub auroram Ignatius morti proximus deprehenditur. Polancus ad Summum Pontificem

⁴⁴⁹ *Ibid.* XI, 128, 321, 394, 441, 582; XII, 11, 51, 140, 193. *Ep. Mixtae* V, 213, 242. Cf. G. CASTELLANI. *La tipografia del Collegio Romano*. AHSI, 2 (1933) 11-16.

⁴⁵⁰ *MI.*, Epistolae XI, 418, 425. ⁴⁵¹ *Ibid.* XI, 517, 554, 569. BRAUNSBERGER, S. Petri Canisii Epistulae et Acta, I, 622-623. *Chron.* VI, 32.

⁴⁵² *Ibid.* XI, 554. ⁴⁵³ *Ibid.* XI, 518-525, 527, 530-545, 553. *Pol. Compl.* II, 585.

⁴⁵⁴ *Chron.* VI, 35; *MI.*, Epistolae XII, 44, 46, 55.

⁴⁵⁵ *Ibid.* XII, 73, 101. Vide 151, 181, 193, 195.

⁴⁵⁶ *Chron.* VI, 35 n. 94.

⁴⁵⁷ *MI.*, Epistolae, 181, 184, 186.

⁴⁵⁸ Licet Polancus plura et pulchra adjuncta referat in *Chronicon VI*, 35-36, diem tamen redditus non assert.

⁴⁵⁹ *Epist. Polanci de obitu S. Ignatii* n. 4. Ex hac epistola adiuncta que sequuntur desumimus: infra MONUM. 15.

⁴⁶⁰ De Alexandro Petronio vide *ibid.* n. 3, annot. 6.

accedit benedictionem pro Ignatio petiturus. Hora circiter quinta cum dimi- dio Ignatius pie moritur, astantibus PP. Madrid et Frusio. Post meridiem in- signis chirurgus Realdus Colombo corpus Sancti Conditoris secat ⁴⁶¹ . Gypso effigies faciei exprimi- tur ⁴⁶² .	1605-1606
<i>Augusto</i> 1. Post vesperas Ignatii corpus conditur in capella maiore Ecclesiae Societatis, ad partem Evangelii ⁴⁶³ .	<i>Decembri</i> 3. Beatificatio a Pau- lo V ⁴⁶⁴ .
1595	1609
Instituuntur Processus ad Cano- nizationem P. Ignatii auctori- tate Ordinariorum ⁴⁶⁵ .	<i>Martio</i> 12. Solemnis Canoniza- tio a Gregorio XV ⁴⁶⁷ .
	1922
	<i>Julio</i> 25. A Pio XI declaratur pa- tronus omnium Exercitiorum Spiritualium ⁴⁶⁸ .
<hr/>	
⁴⁶¹ <i>Ibid.</i> 15 n. 6, annotatione. 16.	⁴⁶⁴ <i>MI.</i> , Scripta II, 167 ss.
⁴⁶² <i>Ibid.</i> n. 7, annotatione 19.	⁴⁶⁵ <i>Ibid.</i> 521 ss.
Imagines photographicas huius for- mae aliasque ex cera vide ad illum locum.	⁴⁶⁶ <i>Ibid.</i> 954.
⁴⁶³ <i>Ibid.</i> n. 7.	⁴⁶⁷ <i>Institut. Soc. Iesu</i> I, 145-155.
	⁴⁶⁸ <i>Acta Apostolicae Sedis</i> , 14 (1922) 420-422.

IV. De statu sociorum in obitu S. Ignatii

Status Societatis Iesu tempore mortis Sti. Ignatii conditoris, quantum ad Provinciarum et domorum numerum, breviter describitur a Polanco in Epistola de obitu Patris Ignatii (infra MONUM. 15, p. 771). In *Chron.* VI, 42-43 enumerat idem Polanco domicilia, quae eo tempore in singulis Provinciis erant. De sociorum numero (*ibid.* 39, n. 108) nimis indeterminate loquitur. Solum dicit fuisse multos « ex variis nationibus, et quidem inter eos non paucos, qui nobilitate, aut doctrina, aut prudentia, et multo plures, qui virtute et aliis praeclaris Dei donis insignes erant ».

Numerus certus sociorum tempore mortis Sti. Ignatii non constat. Polanco (*Chron.* IV, 476-477) ad annum 1554 scribit Patri Nadal neganti se illum numerum scire, respondisse archiepiscopum Toletanum: « Mille et quingenti estis ». Cui assertioni subiungit Polanco: « Itaque satis diligenter videtur indagasse, quia non admodum procul a scopo aberrarat, quamvis ad hunc numerum eo tempore nostri non omnino pervenerant ». P. Ludovicus González in *commentario ad notas diei 29 Ianuarii 1555*, n. 87 (infra, p. 579) dicit se cum Patre Ignatio illo tempore invenisse ad nongentos socios. Cum vero Societas tunc semper cresceret, non videtur a vero discedere qui dicat tempore mortis Sti. Ignatii ad mille socios fuisse in universa Societate.

Quod ad *professos* attinet, Polanco (*Chron.* VI, 39) post ea quae paulo superius exscripsimus, dicit: « quamvis ad hoc usque tempus non multi ad professionem solemnem quatuor votorum admissi essent; ex his enim tantum *triginta quinque* superstites reliquit ex omnibus nationibus, inter quos quinque de primis decem sociis supererant, quatuor autem eum praecesserant » [PP. Ioannes Coduri, B. Petrus Faber, Claudius Iaius et S. Franciscus Xaverius. Cf. infra pp. 37-39]. In professorum numero paulum errasse videtur Polanco; nam ex antiquis documentis constat professos quatuor votorum tempore mortis Sti. Ignatii (praeter quinque ex primis sociis) fuisse *triginta et octo*; omnes simul, *quadraginta tres*.

Quia existimamus id gratum et utile multis futurum, subiungimus hic catalogum professorum quatuor votorum sollemnium ad diem 31 Iulii 1556 (omissis primis sociis), indicantes patriam, locum et tempus professionis et in cuius manibus illam emiserunt¹.

¹ Ad catalogos sequentes perficiendos usui nobis fuerunt, praeter aliqua autographa votorum, quae adhuc in archivio Romano S. I. extant, Catalogi duo antiqui facti probabiliter anno 1572; primus est in cod. *Hist. Soc.* 32 (Vota professorum et coadiutorum 1541-1572), alter est initio codicis *Rom.* 53 (Catal. Rom. 1571-1597), et tertius catalogus recentior

PROFESSI QUATTUOR VOTORUM

1542

P. A. de Araoz, hispanus, Romae 19 Febr., in manibus S. Ignatii.

1548

S. Fr. de Borja, hispanus, Gandiae 1 Februarii, in man. P. Araoz.

1549

P. And. de Oviedo, hispanus, Gandiae 25 Martii, in man. P. Araoz.

P. Iac. Mirón, hispanus, Gandiae 25 Martii in man. P. Araoz.

P. Em. Miona, lusitanus, Romae 25 Martii, in man. S. Ignatii.

P. Io. Alf. de Polanco, hisp., Romae 25 Martii, in man. S. Ignatii.

S. Petrus Canisius, ex Geldria, Romae 4 Sept., in man. S. Ignatii.

1550

P. Nic. Fl. Goudanus, ex Gouda, Venetiis 25 Iul. in m. A. Lippomani.

P. Io. B. Viola, it., Parisiis 16 Aug., in man. abbatis Stae. Genovefae.

P. And. de Frusis, gallus, Romae 18 Octobris, in man. S. Ignatii.

1551

P. Fr. de Estrada (Strada) hisp., Romae 1 Febr., in man. S. Ignatii.

P. A. Adriani (Adriaenss.), belg., Lovanii 30 Maii, in man. R. Tapper.

P. Io. Pelletarius, gallus, Ferrariae 27 Decembris, in man. (?)

1552

P. M. de Torres, hisp., Metim. Campi 3 Mar., in man. S. F. de Borja.

P. Hier. Nadal, hispanus, Romae 25 Martii, in man. S. Ignatii.

P. Hier. Otello, italicus, Romae 25 Decembris, in man. S. Ignatii.

1553

P. Nic. Lanoy, belga, Viennae 15 Ianuarii, in man. H. Martinengo.

P. L. Kessel, belga, Coloniae 27 Ian., in man. Io. de Reppelmont.

P. E. Marcurjanus, belga, Perusii 25 Febr., in man. F. Cornei, card.

P. L. González, lus. Lucronii (Logr.) 30 Mart. in man. S. F. de Borja.

P. Mart. de Oláve, hispanus, Romae 2 Aprilis, in man. S. Ignatii.

P. A. de Quadros, lusit., Ulisipone 1 Oct., in man. P. Nadal.

P. Gund. de Silveira, lusit., Ulisipone 1 Octobris in man. P. Nadal.

P. Gundis. Vaaz (de Mello), lus., Ulisipone 1 Oct., in man. P. Nadal.

professorum ordine alfabetico, qui habetur in cod. *Histor. Soc. 147*. Usui etiam nobis fuerunt notitiae quae inveniuntur dispersae in *Chron. Polanci*, in *Monum. Ignat.*, in *Epist. P. Nadal*, etc.; et apud FRANCO, *Synopsis annalium Societatis Iesu in Lusitania ab anno 1540*. Licet fortasse unum aut alterum nomen nobis effugerit, nihil nostram conclusionem infirmabit. Catalogus professorum huic nostro similis editus est in *Chron.*, VI, 40, annot. 1.

1554

- P. B. Bustamante, hisp., Tordesillis 8 Apr., in man. S. F. de Borja.
 P. Melch. Carneiro, lusit., Romae 24 Iunii, in man. P. Bobadilla.
 P. Petrus Riera, hispanus, Romae 24 Iunii (?) in man. (?).
 P. Io. Nunez, lusitanus, Ulisipone 8 Sept. in man. P. Mirón.
 P. Christ. de Mendoza, hispanus, Romae 14 Sept., in man. P. Laynez.

1555

- P. Hier. Doménech, hisp., Romae 20 Octobris, in man. S. Ignatii.

1556

- P. Corn. Brogelmans, belga, Romae 10 Februarii, in man. P. Laynez.
 P. Io Couvillonius, gallus, Romae 10 Febr., in man. S. Ignatii.
 P. Urs. Goissonius, belga, Romae 10 Februarii, in man. S. Ignatii.
 P. E. de Nobrega, lus., Sti. Vincén. (Bras.), 26 Apr. in man. P. Grana.
 P. Elp. Ugoletus, italus, Panormi 1 Maii, in man. P. Doménech.
 P. Paulus de Achilles, italus, Panormi, 1 Maii, in man. P. Doménech.
 P. Bta de Barma, hisp., Vallisoleti 11 Iunii, in man. S. F. de Borja.
 P. Ant. Vinek, belga, Messanae 29 Iunii, in man. P. Doménech².

Adiciemus nunc nomina eorum qui in fontibus in annot. prima citatis dicuntur Professionem sollemnem trium votorum, aut vota publica (simplicia tamen) coadiutorum formatorum spiritualium et temporalium fecisse tempore Sti. Ignatii.

PROFESSI TRIUM VOTORUM nominantur P. Franciscus de Villanueva, Hispali; P. Bernardus Oliverius, Romae; M. Avila, Romae; P. Martinus Flander, Ferrariae; P. Pontius Cogordanus, Romae; PP. Ioannes Boukyau, Michael Barull et Thomas Passitanus, Romae 14 Septembbris 1554, ad missionem Aethiopiae destinati; P. Gaspar de Acebedo in Peruviam iturus; P. Franciscus Rodríguez et P. Ioannes de Mezquita, Ulisipone mense Martio 1556, in Indianum navigaturi. Omnes *undecim*³.

² P. Io. Pelletarius in autographo (cod. *Ital.* 3, f. 12) scribit se professionem fecisse die 27 Decembris 1552; sed annum numerat a die nativitatis, quia die 10 Ianuarii 1552 iam scribit ad S. Ignatium de professione peracta. Cf. *Litt. Quadrin.* I, 516. In codice *Histor. Soc.* 147 invenitur etiam inter professos quatuor votorum P. Petrus Riera, hispanus, qui professionem fecisset Romae 24 Junii 1554. Catalogi antiquiores de eo silent. Autographum professionis non invenimus, sed certe vota simplicia post professionem subscripta die 29 Iunii 1554 in cod. *Ital.* 1, f. 2.

³ De primis quatuor nihil certi potuimus invenire inter autographa professionum; et valde suspicamur esse aliquam confusionem in catalogo cod. *Hist. Soc.* 32 qui ea nomina ponit. In cod. *Ital.* 3, f. 240 est autographum 'professionis cuiusdam Martini Coees (vel Coels) flandri,

COADIUTORES SPIRITUALES FORMATI solum numerantur *quinque*: P. Petrus Codatius († 1549), P. Didacus de Eguia, Romae; PP. Michael Estévez, Franciscus Vieira et Antonius Soarez, Ulisipone mense Octobri 1553.

COADIUTORES TEMPORALES FORMATI recensentur: Stephanus de Eguia († 1551) Martinus de Zornoza, Ioannes de Alba, Ioannes Baptista de Anzola, Romae, 29 Septembris 1553; Andreas Gomez, Dominicus Anes, Andreas Fernández et Bernardinus Descalcio, Ulispone mense Octobri 1553⁴; Ioannes Cors, Io. Petrus de Postach de Gros de Valtellina, Laurentius Tristanus et Ioannes Bernardinus di Giorgio Napolitano, Romae 1555; Aemilianus (Milano) di Pietro di Giannotto, Romae 14 Aprilis 1556; omnes *tredecim*.

Ex hac recensione patet longe maximam partem sociorum vi-
vente P. Ignatio non nisi prima vota simplicia emisisse. Quo sensu
recte concluditur dictum illud S. Ignatii a Polanco relatum (*Pol.*
Compl. II, 772; *MI.*, *Scripta*, I, 434): 'si ad aliquid longius vivere
optaret, id esset ad maiorem cum severitate procedendum in admit-
tendis ad Societatem', intelligendum esse de admittendis ad pro-
fessionem et ultima vota. Nam in admittendis ad prima Societatis
vota, nullibi appetet severitas in tota Ignatii vita.

factae Ferrariae, sed 14 Septembris 1561. P. Gaspar de Dueñas profes-
sionem 3 votorum fecit anno 1556 Septimaneis (Simancas) in manibus
S. F. de Borja, sed neque dies nec mensis ponitur in autographo. Cf. cod.
Hisp. 1, f. 182.

⁴ Cf. *Nadal*, I, 198, 200; *FRANCO*, *Synopsis* ..., ad annum 1553. Andreas
Fernández et Bernardinus Descalcio labentibus annis sacerdotes facti
sunt. Et Bernardinus quidem cognomen mutavit in do Reis, ut ipse scri-
bit post professionem trium votorum factam 17 Aprilis 1575. Cf. cod.
Lusit. 1, f. 149.

NOTITIA CODICUM

CODICES ARCHIVI S. I. ROMANI¹

Aragon. 15

Collectio catalogorum ex domibus Provinciae Aragoniae Soc. Iesu ab anno 1559 ad 1573.

Aragon. 25

Litterae annuae Prov. Aragoniae 1576-1693.

Castell. 13

Catalogi missi Romam ex domibus Provinciae Castellanae Soc. Iesu, 1559-1576.

Congr. 94

Responsa data a P. Generali ad Postulata Congregationum Provincialium an. 1581-1590.

Epp. NN. 51

Regestum litterarum S. Ignatii ad Germaniam, Galliam etc. -- Cf. *MI.*, Epistolae, I, 31, cod. 1.

Epp. NN. 52 (cod. Vitelleschi)

Apographa epistolarum Sti. Ignatii collecta quando de eius canonizatione agebatur. Cf. *MI.*, Epistolae, I, 33, cod. 5.

Epp. NN. 53. (Polancus, Epistolae S. P. Ignatii)

Sunt adversaria seu minutae epistolarum Sti. Ignatii a Polanco, eius secretario, scriptae. Cf. infra p. 779 sqq. et *MI.*, Epistolae, I, 32, cod. 3.

Epp. NN. 71

Epistolae ex diversis locis Romam ad Stum. Ignatium praesertim missae annis 1555-1556. Cf. *Epist. Mixtae*, IV, 877, codex 4. Multae ex illis editae iam sunt in MHSI, *Epist. Mixtae*, IV et V.

¹ Codices designamus secundum signa recentia. Concordiam inter titulos antiquos et hodierna signa omnium codicuum in MHSI usurpatorum exhibet Appendix huius voluminis, pp. 807-818.

Epp. NN. 78 (Ex litteris primorum patrum 1539-1556)

Continet non solum excerpta ex litteris Romam missis, sed etiam (f. 26 sqq.) Registrum seu excerpta ex litteris Roma in alia loca missis, sub titulo: « IHS. MEMORIAL DE ROMA DELLA COMP.^A DEL'ANNO 1546 ». Cf. *Lainii Mon.*, I, pp. XXXVI, cod. 2, et quae de hoc codice dicuntur in hoc nostro volumine, p. 148, in textu et in annot. 12.

Germ. 104

Continet Regestum epistolarum Roma missarum ad domos Germaniae, Galliae, Poloniae, 1559-1561.

Hisp. 1

Collectio autographorum professionum et votorum in Hispania emissorum ab anno 1549 ad 1580.

Hisp. 102

Collectio epistolarum quae ex Hispania, e domibus praesertim Societatis Iesu, Romam missae sunt annis 1564 (Octob.)-1565.

Hisp. 107

Similis Collectio complectens epistolas missas mensibus Iulio-Novembri 1594.

Histor. Soc. 1 a (Rom. I).

Continet autographa primorum Patrum Societatis Iesu, praesertim Sti. Ignatii et Sti. Francisci Xavier. Descriptus in *MI.*, Epistola, I, 32, cod. 2; *Monum. Xaveriana*, I, p. XI, codex 1.

Histor. Soc. 5 b (Memorie varie)

Hic codex ex quo aliqua monumenta edita sunt in *MI.*, Scripta, I, breviter descriptus est in eo vol. pp. 20-21, codex 6. Ampliorem tamen descriptionem mereri videtur. Et in primis illud notandum quod ad iustum codicis aestimationem iuvare poterit, a fol. 66 (*prius* 39) ad finem usque, multa esse scripta manu patris Nicolai Lancicci (1574-1653), ut ex comparatione characterum cum epistolis autographis Lancicci clare appareat. Magnitudo codicis est 22×25,5 cent. Codex iam ab antiquo ligatus et contextus pergamena. Codici tamen primaevi aliqua opuscula inserta sunt. Prius folia numerata erant atramento in parte superiori a 13 ad 125, omissis foliis albis et multis aliis; nunc vero signata sunt stilo lapideo omnia folia, etiam alba, in marg. etiam superiori, ab uno ad 186.

In nostra descriptione claudemus intra parenthesim numeros antiquiores.

Post tria folia alba ad custodiam posita, in f. 1^v haec manu antiqua notata sunt:

De P. Kesselio vid. *Miscell. de S. Ign.* in 4^o f. 44. [Haec cancellata sunt; tamen in f. 44 antiquo, nunc 72, habentur aliqua de P. Kesselio].

De P. Mich. Letavalle, 54 [nunc 86].

De P. Vinc. Bruno, 100^b [nunc 145^v].

Pro A^o 1580.

De Ianuario Duco, 101 [nunc 146].

P. Codurius decessit 1541, 24 Aug.

De P. Henrico Dionysio, Manarei f. 64, 65, 66.

ff. 2r-9v (13-19) + Vita Pris. nostri Ignatii. *Incipit*: « Agamus nunc de altero medio valde opportuno ad cognoscendum nostrum institutum, nempe de vita pris. nostri Ignatii ». *Desinit*: ... « ex modestia et humilitate silentio involvit. Finis. Laus Deo ». Initio in marg. superiori: Vista. Aliquid. *Et alia manu*: « An haec vita sit illa quae dicitur P. Soriani ». Vide inf. ff. 140-141.

ff. 10r-12v. Visio Stae. Mariae Magdalena de' Pazzi, die 18 decembbris 1594 habita, in qua B. Ignatius illam de humilitate instruit.

ff. 14r-18v. Narrata a Benedicto Amaroni circa S. Ignatium. [Edita sunt in *MI.*, Scripta, I, 561-565, sine temporis indicatione; sed dictata esse mense decembri 1599 constat ex fol. 21v].

ff. 19r-21v (28-30) « Relatione del principio del collegio di Siena dettata da M^o Benedetto Maroni ». [Haec *Relatio* est continuatio praecedentis narrationis de Sto. Ignatio, ut ex foliorum plicazione manifeste apparet; in cuius fine, f. 21v, hae attestations autographae habentur: « Io Benedetto Amaroni senese confermo quanto o deposito di sopra et mi sono sotto scritto di mia propria mano nel collegio di Siena in S^o Viglio d_{ella} Compagnia del Iesu questo di 5 di Xbre. 1599 in presenza dellli R^di P. il Padre Girolamo Ben- cii Rettore del d^t Colegio et del P. Benedetto Rubiera Ministro. El medesimo Benedetto a scritto di mano propria. Io Girolamo Benci Rettore confermo quanto di sopra ha dittato et scritto M^o Benedetto Amaroni in questo coll^v nostro di S. Vigilio. Io Benedetto Rubiera confermo quanto di sopra ».

ff. 22r-41r. Parvus codicillus hoc loco insertus, notatus solo numero 31, continens « Breve summario del origine et progresso della Compagnia de Giesu insino all'anno M.D.LI. » Editus infra, p. 257 sqq.

ff. 46r-57v. Alter parvus fasciculus insertus, signatus n. 32, continens versionem italam Epistolae Patris Lainez de Sto. Ignatio, a nobis pp. 70-145 hispane et latine editam. Cf. infra p. 65. *Inc.* « In quanto serviraci la memoria ... *Des.* con poche consolatione spi-

rituali ma con molta patientia. Di Bologna alli 16 di Giugno 1547 LAYNEZ ».

ff. 58r-59v (33-34) et 65v. *Virgo quaedam gravissimis tentationibus contra castitatem agitata, anno 1600 vertente, intercessione Patris Ignatii ab illis liberatur.* In f. 65v quod ad hanc narrationem pertinet, dicitur: † De B. P. N. Ignatio Calari. Si seriva al P. Antonio Canale che l'autenticarà in quello che potrà.

ff. 60r-63v (35-37). In f. 63v dicitur: « Dos visiones de doña Marina de Escobar, una sierva de Dios de Valladolid, de N. S. P^r Ignatio. Escrivolas el P^r P^r de Leon su confessor. Octo [15]98 ». In prima vedit Iesum Christum ei dicentem ut peteret quidquid vellet; petitque inter alia Patris Ignatii canonizationem. In altera vedit inter alia in caelo Patrem Ignatium splendida ueste vestitum et valde honoratum ob devotionem erga nomen Iesu et Sanctissimum sacramentum; multaque alia quae brevi dici non possunt.

ff. 66 (39) [Hinc incipit manus Patris Nicolai Lancicii]. Tria dicta vel facta Patris Ignatii. Quamvis munditiem amaret, non ei placebat nimius eius cultus in noviciis. — Cum Constitutiones scriberet, Bened. Palmium ante cubiculi fores constituit ut visitatoribus satisfaceret. Poenas pro defectibus sine culpa imponere amabat Ignatius. — « Ex vita P. Palmii quam habet P. Rosignolus ». NB. Partem huius vitae edidit P. Tacchi Venturi. Facta illa inveniuntur in cap. XII et XVI et XVIII. Cf. TACCHI V., *Storia* I/2 pp. 244-245, 251, 254.

f. 67v (40) «Corrigenda in vita P. Ignatii scripta a P. Ribaden.».

f. 68r (41) *Quaedam de Sto. Ignatio circa vestes etc. Edita in MI., Scripta I, 559-561.*

f. 68v-69r. « Ex M. S. Romano ». — Transcribit Lancicius hispanice ultimam partem narrationis professionis ad S. Pauli, a verbis « Acabado il P. Ign. de consumir » etc. Vide in hoc tomo p. 21, n. 11.

f. 69r. Remissio ad Annales Societatis plurium annorum. *Ibid.* « P. Fabius Brunus mihi dixit se esse oculatum testem quod P. Diegus Guzmanus coecum sanavit, et aegrotum a morbo quodam, et se a gravi tentatione suaे manus contactu ».

f. 70r-v. Stus. Ignatius puerum corrigit, appenso ad collum cancro. Editum apud MI., Scripta, I, 570-575. — Hoc fol. videtur scriptum manu diversa a Lancicii.

f. 71r (43) S. Petrus et S. Paulus apparent Patri Andreae de Oviedo, eique dicunt Christum Iesum sibi in Patre Ignatio complacuisse. *Ibid.* Ex Patris Laynez adhortatione de apparitione Iesu Christi Patri Ignatio prope Romam. Cf. MI., Scripta, II, 74-75.

ff. 71v-72v. « Exemplar litterarum scriptarum a P. Alardo Franckienio ad R. P. Generalem », anno 1600 pridie Apostolorum Petri et Pauli. De apparitione Patris Ignatii Patri Kesselio, de qua Lancicius quaesierat. Patris Kesselii elogium.

f. 73^r (45) sqq. NB. In his quae sequuntur colligit Lancicius multa facta et dicta Patris Ignatii, desumpta praesertim ex Diario seu Memoriali patris Ludovici González, quod in hoc volumine edidimus, eaque per virtutes distribuit. Nimis longum esset indicare ubi singula facta a Lancicio collecta inveniantur. Indicabimus tantum titulos, et si quid speciale vel incognitum occurrit. Conferenda haec sunt cum opusculo Lancicii « Dictamina S. P. Ignatii generalia », edita in *MI.*, Scripta, I, 476-506.

ff. 73^r-76^v. Charitas et patientia; f. 77. L'Obedienza; f. 78. Mortificatio passionum; f. 79. La gratitudine; f. 80. Paupertas; ff. 81-82. Constanza.

f. 86 (54). Contionante Patre Michaele a Lettavalle Syracusis, licet in platea plueret, non pluit tamen super auditores.

f. 88 (55) Sequitur cap. « Charitas ».

ff. 89^r-91^v (56-57). « Alcune particolarità intorno alla sua persona et modo di vivere ».

f. 92 (sine numero antiquo) - « Pro universalis historia ». Narratur oppositio cardinalis Ghinucci approbationi Societatis, ex Memoriali L. González. Quaedam de acceptando munere inquisitorum in Lusitania.

ff. 93-97 (58-62). « Pro vita P. Ignatii. Paupertas Ignatii ». In marg. alia manu: « Ex P. Polanco vel P. González ». [De pecuniis a Duce de Gandia oblatis. - De charitate P. Ignatii. - De eleemosyna nobili pauperi misso a quodam cardinali data. - De reverentia patris Simonis erga Patrem Ignatium. - De Antonio heremita maioricensi, de quo narrat (ex Ms. P. Natalis) ea quae habentur in *Nadal*, I, 24-25 (nn. 88-89). Non apparet ratio confundendi hunc heremitam cum illo de quo loquitur Polanco in Summ. hispano. Inferius, p. 194. - De nomine Societatis Iesu, ex Polanco et Laynez. Gratitudo patris Ignatii in benefactores. - De libris Fr. Savonarolae. - De Petri Silvii aegritudine et curatione. - Rara poenitentia imposta a Patre Ignatio fratri qui eum sanctum vocaverat. - De domina Maria del Giesse. - De Barbara Pazzana mutinensi. - De Francisco Mudarra].

ff. 98^r-99^v (63-64) « Le particolarità intorno alla sua persona ».

f. 104 (65) Speranza.

f. 106-107 (66) La cura dell'edificatione.

ff. 107-108 (67-68) L'unione con Dio. - Quaedam singularia de hac unione.

ff. 110 (69). Detti et dettami del Pre. Ignº.

ff. 110^v-111. « Alcune dimande fatte da un Padre Portoghesse al P. Ignº et le sue risposte ». Cf. *MI.*, Epistolae, III, 506-510.

ff. 112^r-113^v (71-72) Dettami et Detti del Padre.

ff. 116-125^v (73-82) Il governo [del. La modestia].

ff. 126-131 (83-88) Il modo di governare.

ff. 132-133 (89-90) Prudenza.

ff. 134-136^r (91-92) Modo d'aiutar uno nello spirito.

ff. 138-140^r (93-95) « Quaedam de P. Ignatio quae non sunt impressa ». Hispanice. Edita apud *MI.*, Scripta, I, 731-736.

ff. 140^v-141^v et 179^v (95^r-96) et f. sine ullo numero antiquo). « Ex vita B. P. N. Ignatii M. S. quam P. Sorianus habebat, deprompta », Latine. [NB. Haec desumpta videntur (saepe ad verbum) ex vita quae initio codicis est, vel ex alia huic similissima. Non tamen ex eodem apographo].

ff. 142-145. Notae de Joanne Ferdinando, Sti. Francisci Xavier comite, de Adamo Francisco, de P. Cypriano P. Xaverii adiutore, de P. Didaco de Eguia, de Petro Antonio N., de Iacobo Tyrio scoto, de Marco Laynez, de Vincentio Royz, de Romulo N. Belga, de multiplicatis divina vi panibus in domo Professorum romana, ministro P. Vincentio Bruno, desumptae ex vita Sti. Fr. Xaverii, Litteris Indieis, Ribadeneira, orali narratione. Latine.

ff. 146-148^r (101-102²). Vita Iauuarii Duci, ex P. Antonio Valtrino. Latine.

ff. 150-153^r (103-105²) italice. Desumpta ex ACTIS PATRIS IGNATII a P. González scriptis. Finis Actorum. Aliqua acta in Monteserrato, Minorissae, in itinere hierosolymitano, Compluti. Prologus ACTORUM (nn. 1'-3'). Cf. infra, p. 347.

ff. 154^r-167^v (106-118). Latine, praeter ultimum fol. italice. Est tractatus Patris Lancicii de prophetiis, miraculis intercessione B. Patris Ignatii factis. Desunt aliqua initio, quia paginae suam propriam numerationem habebant. Incipit nunc a p. 9, abrupte: « cum nihilominus pergeret ... » et finit. p. 36. In marg. indicantur fontes unde facta desumuntur [Ribadeneira, Maffei, Polanco, Laynez, processus burgensis et primus toletanus anni 1595 etc.].

f. 168r. Ex historia collegii Messanensis. « Aliqua quae ad P. Ignatium referuntur ». Partim cancellata. Latine.

ff. 169-170. Anno 1599. Cardinalis Bellarmino, praesente cardinali Baronio adhortationem ad nostros habet de laudibus P. Ignatii. Postea ipse cardinalis Baronius imaginem Pris. Ignatii in templo appendit. Italice, ignota manu.

ff. 171-172 (122-123). Iterum Lancicius, de virtutibus Ignatii. « Patientia ». « La cura della sua coscienza et purità d'essa et sanità et doni di Dio ».

ff. 173-178 [Varia documenta hic inserta]: f. 173, « Dos capítulos de una carta del P^e Antonio Clar, escrita de Barcelona a 20 de Abril de 1601 para el P^e Ribadeneira en Madrid ». Edita apud *MI.*, Scripta, I, 573-574.

f. 174 (124) Apographum inscriptionis narrantis translationem corporis B. P. Iguatii ad novum templum farnesianum anno 1587, et novi epitaphii. Cf. AA. SS. Iulii, VII, § XCV, secunda translatio.

f. 175. Fragmentum epistolae P. Io. Argenti, Rect. collegii Pa-

tavini ad P. Nicolaum Lancicum, Romam, de templo hospitalis Patavini ubi sepultus est P. Hocius, ex sociis primis Sti. Ignatii ante Societatis confirmationem. Exstat sigillum. Desideratur temporis indicatio.

f. 176. P. Alardus Franckenius S. I. testatur se audivisse a Patre Leonardo Kesselio Patrem Ignatium sibi apparuisse.

f. 177. Titulus (ut videtur) positus a Cardinali Alex. Farnesio in primo lapide templi nominis Iesu anno 1568.

f. 178 (125). Epistolium originale Sti. Francisci Borgiae ad praepositum generalem Soc. Iesu. Sine data et sine inscriptione. In descriptione huius codicis edita in *ML.*, Scripta, I, 21 dicitur « epistolium originale S. Francisci Borgiae ad S. Ignatium ». Nobis potius videtur scriptum esse ad P. Laynez; nam dicit S. F. Borgia patrem Bartholomaeum Bustamante (qui iam 60 annos aetatis habebat) velle secum Romam ire, esseque magnae aestimatio-
nis in collegiis Provinciae Baetica, etc. Iam vero S. Franciscus Borgia, quod sciamus, profectus est ex Hispania Romam ad iubilaeum anni 1550, quando P. Bustamante non erat ingressus Societatem; et iterum anno 1561, tunc vero P. Bustamante, natus anno 1500, habebat sexaginta aetatis annos ut in epistola dicitur. Cf. URIARTE-LECINA, Biblioteca ... I, vº Bustamante. Caeterum epistola (quae videtur inedita) quamvis speciale momentum non habeat, belle sensus Sti. exprimit. *Incipit*: « † Ihs. Pax Christi etc. Este capitulo avia de ir de mi mano » ... *Desinit*: ... quedaran todos consolados. FRAN.CO ».

f. 179 (praepostere collocatum) Est continuatio f. 141v. Vide superius. Sunt etiam aliqua desumpta ex Epistola Patris Laynez, quam in hoc vol. edidimus.

f. 180 (126). Donaria oblata sepulcro patris Ignatii annis 1599-1600. In fol. v. alia manu a Lancieii, sunt aliqua de concessione Missae et officii in honorem B. Patris Ignatii die 27 Julii 1609; et de sollemni festo habito die 31 Julii, adstantibus cardinalibus Bellarmino et Delfino, et legatis Hispaniae et Galliae.

f. 182v. Corrigenda in vita B. Ignatii scripta a P. Ribadeneira. De coloribus quibus P. Ignatius utebatur in describendis verbis Christi et Beatae V. Mariae]. Cf. infra p. 376, n. 11, et Ribadeneira, *Vita P. Ignatii*, l. I, c. II.

f. 183r (127). Manu P. Lancieii. « Ex litt. P. Cuadretti scriptis ex mandato N. P. Generalis ». Editum apud *ML.*, Scripta I, 572-573. Haec provenire a P. Hannibale de Codretto manifesto appet ex his quae transcribuntur in AA. SS. Iulii, VII, n. 276 (p. 462).

f. 186. Formula translationis corporis S. Ignatii facta a P. Muttio [Vitelleschi] an. 1637, X Kal. Augusti. — Apographum. — Integrum documentum editum est apud AA. SS. Iulii, VII, n. 1004 (p. 601): Translatio quarta.

Histor. Soc. 32

(*Vota professorum et coadiutorum 1541-1572*; alias: *Professi et alii ad 1570*). Continet nomina professorum et coadiutorum per provincias distributorum. Habet aliquas correctiones manu Polanci secretarii. Factus codex ante electionem Patris Mercuriani in Praepositorum generalem.

Histor. Soc. 41

(*Societatis status et numerus 1574*). Est collectio multorum catalogorum ex diversis Societatis Provinceis facta paulo post electionem P. Everardi Mercuriani in praepositorum generalem. Catalogi non sunt omnes eiusdem anni. Praecedit index alphabeticus per nomina baptismi eorum qui in catalogis recensentur. Videntur desiderari catalogi aliquorum domorum. Ceterum reprezentat satis bene statum Societatis exeunte anno 1573 et ineunte 1574.

Histor. Soc. 42

Catalogus defunctorum in Societate Iesu ann. 1557-1601; 1619-1623.

Histor. Soc. 43

Catalogus defunctorum in Soc. Iesu ann. 1595-1621; 1623-1642.

Histor. Soc. 67 (prius Polanci Chronicon vol. I)

De hoc cod. aliquid dictum est in *Chronicon* I, 8; VI, 839. Est volumen magnitudinis $0,310 \times 0,225$. Restauratum 20 decembris 1924. Recens religatum dorso membraneo in quo est titulus *Polanco Histor. vol. I*. Ad calcem: 67. Habet folia 390. Initio unum et in fine duo folia alba.

f. 1. *Titulus. + VITA IGNATII LOYOLAE ET RERUM SOCIETATIS IESU TOMUS PRIMUS ANNI 1549, 1550, 1551, IOANNE POLANCO AUTORE.*

f. 2. *Delli scritti miei appartenenti all'istoria della Comp^a.* Autographum Polanci in quo describit opera sua de historia Societatis. Editum est hoc folium in *Chron.* I, 7-8.

ff. 3-33. *DE VITA P. IGNATII ET SOCIETATIS IESU INITIIS.* Est compendium vitae S. Ignatii a Polanco compositum, ab amanuensi descriptum et ab auctore castigatum. Editum in *Chron.* I, 9-74.

f. 33 a, album.

ff. 34-48v. « 1540 IHS Compendiosa enarratio de origine et progressu Societatis IESV, usque in annum 1551 » ... Est **SUMMARIUM ITALICUM POLANCI** a nobis hoc volumine editum, pp. 256-298.

ff. 49-83v. « IHS El titulo puede ser este: Sumario de las cosas más notables » ... Est **SUMMARIUM HISPANUM POLANCI** editum in praesenti volumine, pp. 146-256.

ff. 83^a, 83^b, alba.

f. 84^v. « Dal 46. sin a 47. 8. 1540 ».

ff. 85-94v. *Incipit*: « Fideli ac familiari sermone, iuxta memoriae nostrae vires quae mihi de R. P. N. Ignatii vita se offerunt, paucis dicam ... P. Magister Laynes XVI^o Kal. Iulii 1547. Bononiae. Omitto quod R. P. Mr. Ignatius nobilis erat genere in saeculo ... » *Desinit*: « Multas patitur corporis infirmitates, licet modica spiritali consolatione, magna tamen cum patientia. Bononiae 16 Junii 1547. Laynez ». — Titulus in fol. 94^v (postremo): « + Compendio dell'origine della Compagnia di Giesù, scritto dal P. Laynez, 2^o Generale di quella ». Est versio latina Epistolae Lainii de S. Ignatio a nobis editae, pp. 54-145. De hoc apographo vide p. 60.

ff. 95-132v. *Incipit*: « Apologia contra censuram quandam editam anno ut appareat 1554 a facultate theologica parisiensi in Societatem Iesu ... Iam inde cum primum de hac censura venerandae facultatis vestrae » ... *Desinit* f. 131^v: « queae sunt quidem et prima et maxima ut ex instituto ipso per confirmationem apostolicam habeamus ». Haec apologia scripta est a P. Nadal. Vide LETURIA, *Nuevos datos*, 17-23.

ff. 131^a, 131^b, alba.

f. 132^v *Titulus*: « + Apologia contra censuram Parisiensem ».

ff. 133-390. *Incipit*: « IHS-1449. Ineunte anno 1549, hic status Societatis erat » ... *Desinit* f. 390^v: « et haec de rebus Japonensis sint dicta ». Est *Chronicon Societatis Iesu* ab anno 1549 ad totum 1551, scriptum a P. Polanco, editum in MHSI, *Chronicon*, I, 360-493; II, 5-418.

ff. 390^a-390^b alba.

Histor. Soc. 147 (Professi 4 votorum 1541-1705)

Continentur in hoc cod. nomina professorum 4 votorum ex universa Societate, disposita alphabetice secundum nomen baptismi, et intra ordinem alphabeticum chronologice. Indicatur solum tempus et locus professionis.

Histor. Soc. 174

Hic codex non semel citatus est in nostris Monumentis sub titulo *Epistolae diversorum* (MI., Epistolae, I, 50, codex 47; XII, 630-631; *Polanci Compl.*, I, 33-34). Continet non multa documenta ad S. Ignatium, ad Polancum, ad P. Mercurianum etc. spectantia. Adhuc documenta sunt soluta, sed in apposita capsula custodita, in cuius dorso nunc scriptum est: « Histor. Soc. 174. — Epistolae et Documenta 1545-1564 ». Singula documenta numero romano signata sunt; et recenter omnia folia continenter numeris arabicis ab 1 ad 56. Initio codicis praepositus est indiculus recens factus.

Histor. Soc. 175 (Informationes antiquae)

Collectio Catalogorum antiquae Provinciae Italiae citra Romam. Pauca de hoc codice invenies in vol. *Epist. Mixtae*, IV, 878-879, cod. 5. Ex hoc codice complures catalogi editi sunt in voluminibus *Epist. Mixtae*, IV-V ad calcem epistolarum.

Instit. 1f (Constitutiones hispanae)

Continet apographum antiquum Constitutionum et Regularum Societatis. Cf. *MI.*, Constit., II, pp. CCLXII-CCLXIII.

Instit. 18a (Miscell. de Constitutionibus)

Complectitur complura documenta ad Constitutiones Societas spectantia. Cf. *Nadal*, IV, 32-34; *MI.*, Constit. I, pp. CCXLV-CCXLIX.

Instit. 24a (Miscellanea de Regulis I)

Descriptus in *Nadal*, IV, 11; et *Monum. Paedag.*, 14, cod. II.

Instit. 98

Continentur in hoc codice: Meditationes Sti. Francisci de Borja, Exhortationes patris Nadal habitae in Hispania annis 1554 et 1561, et multa alia, quorum indicem videre poteris in *Nadal*, I, pp. XXXIII-XXXVII (Codex 9). Vide p. 303 sqq. huius nostri voluminis.

Instit. 114

Parvus codex, magnitudinis 21×15 cent., recenter restauratus. In dorso haec sunt: «Instit. 114. Varia Polanco, Laynez etc.» In fol. 1 est index antiquus.

Quae nunc in codice continentur sunt:

ff. 2-16. Versio itala secundae seriei Industriarum patris Polanci. Cf. *Polanci Compl.*, II, 776-807.

ff. 17r-v. Ex litteris apostolicis Gregorii Papae 13 de facultatibus Societati concessis circa usum librorum prohibitorum.

ff. 19-22v. Versio itala imperfecta Epistolae P. Laynez de Patre Ignatio. Vide infra p. 65-66.

ff. 23r-30v. «Oratione del P. Antonio Possevino al Re di Francia dell'accettar la Compagnia in quel Regno».

ff. 31-37v. + Brevis responsio ad ea quae in decreto venerandae facultatis theologiae Parisiensis adversus Institutum Societatis nostrae continentur etc.». Vide *MI.*, Epistolae, XII, 614-629.

ff. 38-45. Variae Indulgentiarum concessiones factae a Gregorio XIII, Paulo III diversis personis.

ff. 46-49 « + Pratiche et Industrie per il buon governo d'una provincia ».

ff. 50-60. « Instructio per ben governare. Punti 97 ».

f. 61r. « + Della annihilatione. Sommario ».

In fine codicis est parvum folium typis editum. « Indulgentie concesse dalla Santità di N. S. Papa Gregorio XIII alli 15 Giugno 1573 | Alle corone che gli presentò il P. D. Benedetto Palmio, della Compagnia di Giesu, a nome di diverse Provincie d'Italia, Germania, et Spagna ».

Instit. 117a (Decreta et Instructiones 1540-1573)

Cf. *MI.*, Epistolae, I, 36, cod. 13; et *Nadal*, III, pp. XXVIII-XXIX, cod. 46.

Instit. 178 (Collectanea de Instituto, I)

Magnum volumen in fol., restauratum ante paucos annos et divisum in duas partes seu tomos, quorum primus continet ff. 1-276, alter ff. 277-521. Documenta fere omnia signata erant numeris romanis.

In fol. 1r haec sunt scripta: « Adversaria P. Ioannis de Polanco et P. Hieronymi Natalis. - Quaestiones variae de variis rebus ».

Postea tamen additae sunt res aliorum auctorum, et quaestiones pertinentes etiam ad extinctam et renascentem Societatem, praecipue circa obligationem votorum sollemnium post Breve suppressionis.

Primi tomii primum documentum est **DE PRAEPOSITIS INFERIORIBUS**, editum in *MI.*, Constitutiones, I, 347-355. Ultimum documentum (XXI) huius tomii: « + De cognomine Societatis, de quo in Censura, Cap. 1, n. 1 ». Et in fol. 276v: « Illmis. et Rmis. Dnis. DD. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus. Loca confirmationum Instituti Societatis adhibitis etiam rationibus. Datum 29 Aprilis 1590 ».

Secundi tomii primum documentum (XXII) est: Disceptatio de statu professorum. 1646. Ultimum documentum (ff. 494-521): Dissertatio. Quid, abolita per Breve aut Bullam apostolicam aliqua Religione, sentiendum sit de obligatione ad observantiam votorum solemnum relate ad professos.

In ff. 364-383v est: Tractatus P. Gabrielis Vázquez De correctione fraterna.

Incipit: « Regula sic habet ...

Desinit: ... « de superiore aliquo non est facile praesumendum ».

Cf. sis *MI.*, Epistolae, I, 37, codex 14; *Nadal*, I, p. XLVII; *Monum. Paedag.* 16, V.

Instit. 211

Varia ad Institutum Soc. Iesu pertinentia, 1536-1606. Cf. *MI.*, Epistolae, I, 35, codex 9 = Rom. V.

Instit. 218

Quae in hoc codice continentur bene descripta sunt in *Nadal*, I, pp. XI-XLIV, codex 12. Recentius additi sunt etiam numeri in initis paginis, qui non semper respondent numeris antiquis in margine superiore. Vide etiam *MI.*, Epistolae, I, 24, codex 15; et *MI.*, Exercitia, 573-576; 649-684.

Aliqua ex praecipuis monumentis nostri voluminis ex hoc codice desumpta sunt. Vide pp. 315, 331 sqq.

Instit. 220

Varia ad Societatem spectantia. Descriptus in *MI.*, Scripta, I, 25, codex 16; et abundantius in *Nadal*, IV, 41-56, codex 68.

Instit. 221

Continet apographum Exercitiorum spiritualium, Acta quaedam Patris Ignatii, multa alia. Descriptus est codex in *Nadal*, IV, 1-10, codex 56.

Instit. 222

Continet Constitutiones Soc. Iesu, et multa alia de Sto. Ignatio. Abundanter descriptus est in *MI.*, Constitutiones, I, pp. CCL-CCLX.

Instit. 223

Habentur in codice Instructiones Patris Nadal, et quaedam alia non pauci momenti. Describitur in *Nadal*, IV, 37-39, codex 65.

Instit. 224

Continet eamdem fere materiam, quam praecedens, et descriptus est in eodem loco, pp. 56-57, codex 69; et p. 364, annot. 1.

Ital. 1

Vota simplicia et aliquot profesiones ex tota Assistentia Italiae, 1543-1584.

Ital. 3

Profess. 4 et 3 votorum; coadiut. spirituales 1542-1582.

Ital. 106

Regesta epist. Sti. Ignatii et Patris Laynez ad domos Italiae, 1556-1557. Cf. *MI.*, Epistolae, I, 31 [cod. 1, Vol. IV].

Ital. 113

Continet epistolas ex domibus Italiae ad praepositum generalis, Aug.-Dec. 1558.

Lus. 1

Vota professorum et coadiutorum in Lusitania emissae, 1553-1581.

Lus. 43

Catalogi domorum Lusitaniae, 1540-1578.

Lus. 65

Epistolae ex Lusitania Romam missae, Sept. 1572-1573.

Lus. 66

Continet epistolas missas ex Lusitania ad curiam Societatis Romanam, 1574.

Lus. 108

Est apographum versionis italae Memorialis P. Ludovici González. Vide quae de illa dicimus p. 519. Versio itala.

Lus. 109

Memoriale P. Ludovici González. Vide descriptum et editum inferius, p. 508 sqq.

Neapol. 80

Catalogi triennales Provinciae Neapolitanae Soc. Iesu, 1587-1600.

Opp. NN. 68

Parvus codex magnitudinis 22×14,5 cent. antiquitus pergamentina contextus, in cuius facie exteriore adhuc legitur: « MS. / Specantia ad Societatem / Epistola S. Ignatii / Narratio de eius vita / Plures exhortationes cardinalis Bellarmini / Concisiones Pris. Laynez / Plura de S. Aloysio / Responsa Generalium ad Provincias ». - Post tria folia ad custodiam posita adest Index recentior in quo codicis materia XVI numeris romanis distributa est. Recentius folia codicis continenter numeris arabicis signata sunt ab 1 ad 166.

f. 1. « Epistola S. P. N. Exhortatio ad patientiam ». Apographa. Ex alio ms. edita est in *MI.*, Epistolae, IV, 564-565.

ff. 2-21. Res spectantes ad S. Aloysium.

ff. 22-139. Exhortationes S. Roberti Bellarmini.

ff. 40. Responsa personalia Petri Casui Japonensis (martyris).

ff. 41-71. Adhortationes vel Contiones Pris. Laynez.

ff. 72-79. De his Index recentior dicit: « Ea quae dictavit S.

P. N. Patri Ludovico Gonçález de vita sua ad 1553 ». Legenti attente appare non esse desumpta ex Actis a P. Lud. González scriptis, sed ex Adhortationibus patris Nadal habitis in Hispania anno, ut videtur, 1561. *Incipit* (sensu imperfecto): « Ihs. Sr. nostro l'ha aiutato nelle contradditioni. Risposemi ... » *Desinit*: « ... e prender animo con la divina gratia ». Sequitur immediate: « Essortatione Terza a di 29 de Ottobre 1561 ». Quae incipit: « Per l'intelligenza d'il nostro instituto, dicevamo ... », et desinit: « Questo instituto o modo » (imperfecto etiam sensu).

ff. 80-107. « Historia della fondatione et Progresso dell'illusterrima Compagnia delle Vergine di Gesù in Castiglione ».

ff. 108-110. « De Societate Jesu Venetiis. Ex vita P. Ignatii ».

ff. 111-166. « Index de Responsis ad Provincias ab anno 1594 et deinceps ».

Rom. I

Vide *Histor. Soc. 1 a.*

Rom. 53

Catalogi domorum Provinciae Romanae Soc. Iesu, 1571-1597

Rom. 78b

Catal. Roman-Tusciae-Venet. Lombard. 1559-1572. Sunt aliqui catalogi anteriores, et alii posteriores. Cf. *MI.*, Constitutiones, I, p. CCLXIII.

Rom. 203

Regulae communes collegii Romani. Cf. *MI.*, Epistolae, I, 38, codex 17.

Sard. 13

Epistolae missae e domibus Soc. Iesu insulae Sardiniae Romam, 1558-1565.

Sic. 59

Catalogi domorum Provinciae Neapolitanae et Provinciae Siculae Soc. Iesu, 1553-1571.

Sic. 60

Catalogi triennales domorum Provinciae Siculae, 1590-1606.

Vitae 4a

Continet apographa aliqua epistolarum Sti. Francisci de Borja; aliqua scripta Sti. Petri Canisii; Epistolam patris Laynez de Patre Ignatio, adhortationem patris Nadal. Breve Summarium de origine Societatis. Vide infra pp. 65, 259. Cf. *MI.*, Epistolae, I, 42, codex 28.

Vitae 28

Est versio itala Memorialis P. Ludovici González, de qua agimus, p. 519.

Vitae 69

Nihil aliud continet, quam apographum versionis Actorum patris Ignatii ab Hannibale de Coudretto factae, cui adiuncta est initio Praefatio patris Nadal. Vide infra p. 335 Co².

*Archivum Postulationis Causarum SS. et VV. Societatis Iesu.**Causa Sti. Ignatii. 10.*

Process. beatif. VIII. Vide eius descriptionem in *MI.*, Scripta, II. pp. XIX-XXI, codex 37.

Causa Bti. Petri Fabri.

Memoriale Beati Petri Fabri. Vide eius descriptionem in *Fabri Monumenta*, pp. XIX-XX, codex 9.

CODICES EXTRA ARCHIVUM S. I. ROMANUM**CIVITAS VATICANA (CITTÀ DEL VATICANO)**

In Archivo Vaticano vidimus *Acta Consistorialia* Pauli III et Iulii III, et *Regest. delle Suppliche*, 2207.

Biblioteca Vaticana. Ms. latin. 657. In hoc parvo codice continentur aliqua ad canonizationem Sti. Ignatii spectantia, inter quae, initio codicis, apographum versionis latinae Epistolae patris Laynez de Patre Ignatio, quam pp. 71-145 edimus.

BELGIUM*Bruxelles Ms. 495 in Musaeo Bollandiano.*

Ex hoc codice descripto in *Fabri Monum.*, XXI, codex 15, potuimus habere optimas imagines photographicas fragmenti Memorialis Bti. Petri Fabri, quod pp. 23-49 edimus.

GALLIA

Ex benevola caritate PP. Ferdinandi Cavallera et Pauli Duodon S. I. nobis licuit habere photographias schedarum autographarum patris J. M. Cros. Vide p. 394, annot. 10.

GERMANIA

Ex bibliotheca urbis Augustae Trevirorum (Trier) ubi servatur apographum quoddam Memorialis Bti. Petri Fabri accepimus imagines photographicas fragmenti Memorialis a nobis editi. Vide infra p. 24. Cf. sis *Fabri Monum.*, XXII, codex 20.

HISPANIA

In oppido Azpeitia pervestigavimus in Archivo Notariatus (Archivo de protocolos) Regesta notariorum Egurza, 1507; Ioannis Aquemendi 1517-1547; et Petri García de Loyola, 1532-1539.

Matriti, in archivio Provinciae Toletanae S. I. vidimus capsam 10, ubi est originale Epistolae patris Polanci ad patrem Ribadeneira, de morte Sti. Ignatii, quam edimus, pp. 761-772; et cod. *Varia Historia* in quo invenitur Memorialis Bti. Petri Fabri, et exemplum Actorum Sti. Ignatii. Vide pp. 332-333. Ibi in annot. 33 invenies ubinam hic codex iam saepius descriptus sit.

Salmanticae pro nobis inspexit pater R. G^a Villoslada in Archivo Universitatis codicem cui titulus: « *Libro de Claustros y Catedras*, 8 ».

ITALIA

*Roma**Fondo Gesuitico al Gesù.*

Ms. 16. Parvus codex in quo continentur aliqua ex Memoriali P. Ludovici González et ex opusculo P. Ribadeneira *De Actis patris Ignatii*. Vide pp. 512-513, Codex n.

Collegia. Busta 73 (1440). Continet quamplura documenta soluta circa collegia Societatis Iesu in Gallia.

- Busta 113. Continet documenta ad collegium Parisiense Societatis Iesu spectantia.

Ibid. *Titulus XII.* Collegium Romanum. Magna Registra I. Vide infra p. 124, annot. 31.

*Archivum Universitatis Gregorianae.**Ms. 199. Avvisi di S. Ignatio et Laynez.*

Codex hic qui anno 1917 alibi erat, descriptus est in *M^l.*, Exercitia, pp. 204-205, codex 6, ubi per errorem lectum est primum tituli verbum: *Rivisi pro Avvisi*.

Archivum O. F. M. Sti. Francisci a Ripa.

R. P. Iosephus Sanità O. F. M. pro nobis inspexit codicem « *Memorie storiche del Convento di S. Pietro in Montorio* ».

Biblioteca Innocentiana (Pamphiliana).

Ms. 593. « Rom. seu Hispaniar. Canonizationis P. Ignatii. Copia Processus compuls. Madrit. Rogetus Notarius. A. T. 24 ». Constat hic codex ff. 799. Vide pp. 62, annot. 10; 336, annot. 38. Quaenam documenta antiqua transcripta sint in processu compulsoriali Matritensi, vide sis descripta a P. C. de Dalmases, S. I., apud *Analecta sacra Tarragonensis*, 15 (1942) 133-134. Huius codicis notitiam debemus benevolentiae P. Josephi Grisar, S. I., Universitatis Gregorianae professoris.

Biblioteca Nazionale Vittorio Emanuele II

Ms. gesuit. 764:

In hoc parvo codice, qui videtur mutilus, nam incipit a f. 95, continetur apographum italum epistolae patris Polanco de morte S. Ignatii; litterae consolatoriae ad Patres Societatis Iesu scriptae a cardinali Augustano (italice), cardinali de la Cueva (hispane), cardinali Farnese (italice), Margaritae Austriacae (italice), Clericorum Regularium Sti. Pauli Mediolanensium (latine). Est etiam apographum epitaphii sepulcro Sti. Ignatii impositi; epistola subscripta a José de Acosta, quae incipit: « Quatuor Patribus italis, totidem hispani eiusdem Societatis salutem ac fraternitatem in X. Iesu »; epigrammata, in gratiam eorumdem; Acta inter Paulum IV et Patres Societatis post mortem Sti. Ignatii scripta a P. Salmerone; modus tractandi cum Superioribus, apographum epistolae patris Polanci de morte P. Laynez, datae 20 Ianuarii 1565 (italice).

Ms. gesuit. 1372 (3501)

Quoniam hic codex numquam descriptus est in MHSI, ampliorum eius descriptionem dabimus. Est codex miscellaneus, collectius, saeculi XVI, compluribus manibus scriptus, constans ff. 335 signatis numeris et compluribus aliis nullo numero signatis; magnitudinis 225×160 mm.; pergamo operculo tectus. In tergo legitur: « I. Varia pertinentia / ad principia Societatis / Quaedam spiritualia / A/I/300 ». In parte interiori operculi stilo rubro scripta est signatura antiqua: « 1405 ». Initio ante primum folium est titulus in charta scriptus: « Varia pertinentia ad principia Societatis et nonnulla spiritualia »; et *alia manu*: Sunt aliqua insignia dicta et facta B. P. Ignatii a P. Ribadeneira selecta, quibus vita B. Patris egregie posset, etsi non valde copiose augeri ». Praeterea adest folium solutum cum brevi indice. Codex fortasse pertinuit ad P. Petrum de Ribadeneira, ut ex his quae continent colligi potest. Contenta in codice sunt:

ff. 1-39v. « Vita B. Ignatii, quam ipsem et precibus multorum coactus dictavit P. Ludovico Consalvo, conversa in latinum a P.

Annibale Cuedretto ex Hispano. Deest praefatio. *Incipit*: « Ad annum usque 26^{mo} fuit vanitatibus huius saeculi deditus ... *Desinit*: « ipse vero noluit ». Textus quem hic codex praebet idem est qui in hoc nostro volumine p. 365 sqq. datur; caret tamen correcti-
nibus patris Nadal.

ff. 40-70v. « IHS. De circumpectione et modestia loquendi, » etc. Sunt adversaria partim autographa patris Petri de Ribadeneira ad parandam vitam Patris Ignatii. Aliquam similitudinem habent cum eiusdem auctoris opusculo « De Actis p. Ignatii » edito in *MI.* Scripta, I, 337-393.

ff. 71r-87r. « Jesus Maria. Carta de M^o Laynez para M^o Polanco de 16 de Junio 1547 ». Vide infra p. 56, Ms. Ve et annot. 6. Ex hoc praecipue exemplo editio nostra parata est.

ff. 88r-112v. Pars Actorum Sti. Ignatii a P. Ludovico González scriptorum. Vide p. 334, ms. Ve.

ff. 113-120v. « Sensus pietatis quos B. Pr annotavit in suo ori-
ginali, cum diceret sacra per 40 dies, ut a Deo disceret an eccle-
siae professorum redditibus essent dotandae ». Est versio itala. *Incipit*: N. S^{ræ} P^{trm} Nella messa inanci et dopoi lacrime. *Desinit*:... « se non in generale al dator delle gratie ». Hi sensus editi sunt iuxta autographum hispanum in *MI.*, Constitutiones, I, 86-126.

f. 121r. « Ihs. Ego subscriptus... » Determinatio sociorum faciendi votum oboedientiae. Vide *MI.*, ibid., 8.

f. 121v. « Ihs. Determinatio Societatis », Ibid. 23-24.

ff. 122r-126r. Apographa votorum Petri Fabri de eligendo prae-
posito generali, eiusque professionis; votorum etiam de eadem elec-
tione Sti. Francisci Xaverii, Sti. Ignatii de Loyola, PP. Laynez,
Salmeronis, Coduri, Claudii Iaii, Paschasii Broet. Vide infra p. 17,
annot. 5.

f. 126r. « Quelli che andranno fora de Italia ». Vide *MI.*, Con-
stitutiones, I, 69 [Suffragium sex sociorum].

ff. 126v-127r. « † De M^o Laynez. Teniendo esta confianza en X^o
N. S. » *MI.*, l. c. 244-247 [Suffragium quatuor sociorum]. In hoc
apographo sunt aliquae lectiones, quae videntur meliores quam
apographi editi.

Post subscriptionem P. Claudii Iaii sequitur in codice: « Aquí sigue el modo de ordenarse en tres meses la Comp^a para dar obe-
diencia a uno della. Este título era escrito de la mano del P. M.
Ignatio ». « Proxime elapsa quadragesima ». Cf. *MI.*, Constitutiones,
I, 1-7.

ff. 128r-129v. « Ihs. Determinationes Societatis. Die 3 mensis
Maii, quae fuit Stae. Crucis festivitas. Copiada de la misma scritta
de mano de M. Pedro Fabro y firmada de sus proprias manos ». Cf. *MI.*, l. c. 9-13. Desunt in hoc codice, quae in edito habentur
post subscriptiones, pp. 13-14.

ff. 130-131. « Ihs. Verba bullae ad paupertatem pertinentia haec sunt » ... *Desinit*: « et propterea hic me subscripti. Stae (?). H. Rosanen ». Desideratur temporis notatio.

ff. 132r-135r. « † 1539. Initia et modi (?) obedientiae in Societate Iesu. / Proxime elapsa quadragesima ». Cf. *MI.*, l. c. 1-7.

f. 135v « Professio prelati. / Ego subscriptus ...

Ignatius de Loyola.

Professio subditorum / Ego subscriptus ...

Paschasius Broet, Claudius Iaius etc. Cf. *MI.*, l. c. 67-68.

ff. 136r-141r. « † Quarta martii 1541 convenimus omnes ... »
Vide *ibid.* 34-48.

Post Patrum subscriptiones est in f. 141r linea horizontalis et sequitur: « Para fundar collegio / como el escopo y fin de la Compañía sea discurriendo por unas partes y por otras ». Ita abrumpitur narratio. Cf. *MI.*, l. c. 49-60.

ff. 142r-v. « Ihs. / Tonus primus. Scitote quonam pacto hodie imbecillis fragilisque homo in peccatum sit misere lapsus ...

SOUSA, Antonio Caetano, cler. reg. — Historia genealogica da Casa Real portugueza, desde a sua origem até o presente, com as Familias illustres, que procedem dos Reys, e dos Serenissimos Duques de Bragança. Justificada con instrumentos, e Escritores de inviolavel fé, e offerecida alrey D. João V ... 19 vol. Lisboa, 1735-1749.

STEINHUBER, Andreas, S. I. Card. — Geschichte des Collegium Germanicum Hungaricum in Rom. 2 vol. Freiburg im Breisgau, 1895.

« Stimmen aus Maria - Laak ». [postea: Stimmen der Zeit], Freiburg im Breisgau, 1871 sqq.

STOECKIUS, Hermann. — Ottaviano Cesare. — Ein Rechtsstreit zwischen Gesellschaft Jesu und Elternhaus. — Heidelberg, 1914.

SURIANO, Fr. Francisco de --, O. F. M. — Trattato della Terra Santa e del Oriente. — Milano, 1900.

SUSTA, Josef. — Ignatius von Loyola's Selbstbiographie. Eine quellengeschichtliche Studie. Apud Mitteilungen des Instituts für Oesterreichische Geschichtsforschung., 26 (1905) 45-106. — Innsbruck.

'Synopsis Actorum S. Sedis in causa Societatis Iesu. v. DELPLACE, Ludovicus.

TARÍN Y JUANEDA, Francisco. — La Real Cartuja de Miraflores (Burgos). Su historia y descripción. — Burgos, 1897.

— La Cartuja de Porta - Coeli (Valencia) — Apuntes históricos. Valencia, 1897.

TACCHI VENTURI, Pietro, S. J. — Le Case abitate in Roma da S. Ignazio di Loyola ... Roma, 1899.

— La romanità dei Santi. La Casa di S. Ignazio di Loyola in Roma. Roma, s. a.

— Nuove memorie e preziosi documenti intorno al P. Antonio Criminali. — Venezia, 1900.

— Storia della Compagnia di Gesù in Italia narrata col sussidio di fonti inedite, 2 vol. Roma, 1910, 1922 — Primum vol. iterum editum est Romae 1931.

TAURISANO, P. Innocentius, O. P. — Hierarchia Ordinis Praedicatorum, Pars prima, Romae, 1916.

TELLEZ, Balthazar, S. I. — Chronica da Companhia de Iesu, na província de Portugal ... 2 vol. Em Lisboa, 1645-1647.

THOMAS AQUINAS, S. — In IV Sententiarum.

— Quodlibetum 5, q. 7, a. 13.

TORRE, Ignacio, S. I. — Vida del siervo de Dios Padre Diego Laynez, tercero de los primeros compañeros de San Ignacio de Loyola en la fundación de la Compañía de Jesús, escrita en lengua italiana por el

P. José Boero, Asistente de Italia, traducida, notablemente aumentada y enriquecida de copiosos autógrafos por el P. Ignacio Torre, ambos de la misma Compañía. Tomo I. Barcelona, 1897.

TORRE Y DEL CERRO, Antonio de la — . — La Universidad de Alcalá. Estado de la enseñanza según las visitas de cátedras de 1524-1525 a 1527-1528. *Apud « Homenaje a Menéndez Pidal », III, 361-378.* — Madrid 1925.

UGHELLUS, Ferdinandus, O. Cist. — *Italia sacra, sive de Episcopis Italiae et Insularum adiacentium ... Editio secunda, aucta et emendata, cura et studio Nicolai Coleti.* 10 vol. Venetiis, 1717-1722.

URIARTE, José Eug. de-, S. I. y LECINA, Mariano, S. I. — Biblioteca de Escritores de la Compañía de Jesús pertenecientes a la antigua Asistencia de España desde sus orígenes hasta el año de 1773. Madrid, 1925 sqq.

URRIZA, Juan, S. I. — La preclara Facultad de Artes y Filosofía de la Universidad de Alcalá de Henares en el siglo de oro 1509-1621. Madrid, 1942.

VALDIVIA, Luis de, S. J. — Historia de los Colegios de la Compañía de Jesús de la Provincia de Castilla. Ms. in archivo Prov. Toletanae S. I.

VAN DER ESSEN, Léon. — Alexandre Farnèse, Prince de Parme, Gouverneur général des Pays-Bas (1545-1592). 5 vol. Bruxelles, 1933-1937.

VAN GULIK, Guilelmus, v. EUBEL, C.

Varones ilustres. — Vide NIEMENBERG, Juan Eusebio.

VERSCHUEREN, L., O. F. M. — Hendrik Herp. O. F. M., Spieghel der Volcomenheit. — Antwerpen, 1931.

VILLANUEVA, Jaime. — Viaje literario a las iglesias de España. Tom. I-V, Madrid, 1803-1806. Tom. VI-X, Valencia, 1821. Tom. XI-XXII. Madrid, 1850-1852.

« Viterbo ». Rassegna di attività cittadine. Viterbo, 1936.

WADDINGUS, Lucas, O. F. M. — *Annales Minorum ... Ed. 2, vol. 1-18.* Romae, R. Bernabò, 1731-1740.

— Scriptores Ordinis Minorum. Editio novissima, Romae 1906 v. Sharalea.

WATRIGANT, Henry, S. I. — La Genèse des Exercices de Saint Ignace de Loyola ... Amiens, 1897.

— La Méditation fondamentale avant Saint Ignace. = Collection de la Bibliothèque des Exercices, n. 9, Juin 1907.

WILPERT, J. — Die römischen Mosaiken und Malereien der kirchlichen Bauten vom IV bis XIII Jahrhundert. 3 vol. — Freiburg i. Br. — Herder, 1916.

YOUNG, Colonello G. F. — I Medici. 2 vol. Firenze, 1934.

ZARNCKE, Lilly. — Die Exercitia Spiritualia des Ignatius von Loyola in ihren geistesgeschichtlichen Zusammenhängen. Leipzig, 1931.

« Zeitschrift für Aszese und Mystik ». Innsbruck; München, 1925 sqq.

« Zeitschrift für katholische Theologie ». Innsbruck, 1877 sqq.

ZIEGELBAUER, Magnoaldus, et LEGIPONTIUS, Oliverius. — Historia rei litterariae Ordinis S. Benedicti in IV partes distributa. — Augustae Vind. et Heribpoli. — 1754.

ZINGARELLI, Nicola. — Vocabolario della lingua italiana. Nuova edizione (IV). — Milano, 1931-1932.

NOTAE COMPENDIARIAE

<i>add.</i> = addit, additum, etc.	<i>om.</i> = omittif, omittunt.
<i>annot.</i> = annotatio.	<i>opp.</i> = oppidum.
B. Btus. = Beatus.	P., PP = Pater, Padre, Patres.
<i>cancel.</i> = cancellatum.	p., pp. = pagina, paginæ.
<i>card.</i> = cardinalis.	<i>praep.</i> = praepositus.
<i>cf.</i> = confer, conferatur.	<i>prius</i> = lectio ante correctionem.
<i>cod.</i> = codex.	<i>prov.</i> = provincia, provincialis.
<i>corr.</i> = correctum.	r. = recto.
<i>del.</i> = deletum post verbum cui adicitur.	R. = Reverendo, Reverentia.
<i>ed</i> = editio.	rect. = rector.
<i>emend.</i> = emendatum.	seq. = sequitur, sequuntur.
e. g. = exempli gratia.	ser. = series.
f. ff. = folium, folia.	Soc. = Societas.
Fr. = Frater, Fray.	S. I. = Societas Iesu.
FF. = Fratres.	Sr. = Señor, Senhor, Signore.
H. HH. = Hermano, Hermanos.	S. R. = Sua Reverentia, etc.
<i>ibid.</i> = ibidem.	S. S. = Sua Sanctitas, Su Santidad, etc.
<i>id.</i> = idem.	t., tt. = tomus, tomi.
<i>l.</i> = liber, linea.	v. = verbum, vide, verso.
<i>l. c.</i> = loco citato.	v ^o = verbo, verso.
<i>lin.</i> = linea.	v. c. = verbi causa.
<i>litt.</i> = littera.	vol. = volumen.
M. Mag. M ^o = Magister, Maestro.	vv. = verba.
<i>marg.</i> = margine.	V. R. = Vesta Reverentia, etc.
<i>monum.</i> = monumentum.	X ^{t.} , = Christi.
<i>ms.</i> = manuscriptum.	j lectio varians.
<i>mss.</i> = manuscripta.	[] Claudunt verba quae nos supplemus in textu.
n. nn. = numerus, numeri.	†† Claudunt verba quae nos mu- tamus in textu.
N. = Noster, Nostro, etc.	<> Significant verba obliterata in ms., quae tamen retinentur in textu.
N. P. = Noster Pater, Nosso Pa- dre, Nostro Padre, etc.	
N. S. = Nosso Senhor, Nostro Signore, Nuestro Señor.	

MONUMENTA

ITINERIS PALAESTINENSIS
ET SACRORUM LOCORUM DESCRIPTIO
A STO. IGNATIO FACTA.

1523?

S. Ignatius, cum de sua in Palaestinam peregrinatione loquitur, mentionem facit epistolae cuiusdam a se, Hierosolyma, ad amicos barcinonenses scriptae¹. Eam continuisse descriptionem itineris sui et sacrorum locorum, verisimile est. De aliqua huiusmodi descriptione ab Ignatio, sive in illa epistola, sive postea in itinere, facta, exstant non pauca testimonia antiqua.

Ioannes Sagristà Pascual (ca. 1508-1589)², Agnetis Pascual, Ignatii benefactricis, filius, in narratione de Ignatii Minorissae et Barcinone gestis³, quam die 9 Martii anni 1582 dictavit, dicit catalaunica lingua, inter alia: « Altres mill cosses tenia suas, com las alforjas en que portava j recullia las almojnes per a los pobres, j lletras de sua ma y tota la peregrinació que feu desde Roma a la Terra santa, també de sa lletra. Pero tot ho he donat ab gust als Pares de sa santa relligió j Compañia; pues no j a taula, llit, rejola ni post en sua cassa, que no sia relliquia sua »⁴...

In processu Barcinone facto anno 1595 ad parandam viam ad Ignatii canonizationem⁵, positio seu articulus 10 Postulatoris, in versione latina dicit: « 10. Ponit quod, infra paucos dies, dictus Pater Ignatius, ut persequeretur suas poenitentias et mortificaciones et opera pia ac sancta, a civitate Barchinone profectus est ad visitanda, ut de facto et personaliter vissitavit, loca sancta Hierosolimorum, et alia etiam Terrae Sanctae; et talis fuit et est publica vox et fama; et multi homines hoc audierunt sic referri aut dici ab Agneta Pasquala et Ioanne Pasqual, illius filio, et ab aliis; et est verum »⁶.

¹ Cf. ACTA, n. 46. Infra MONUM. 12.

² De Joanne Sagristà Pascual vide sis quae habentur in *MI.*, Scripta, II, 103, 105, 292, 293, 310, 332, et *CREIXELL*, *San Ignacio de Loyola*, I, 282-285.

³ Edita apud *MI.*, Scripta, II, 80-96.

⁴ Ibid. 92-93.

⁵ Cf. *MI.*, Scripta, II, 262-351.

⁶ Ibid., 273.

Ad hunc articulum, Angela Sagristana Pasquala, vidua relicita Ioannis Sagristà Pascual... aetatis, ut dixit, septuaginta annorum, parum plus vel minus, respondit: « Super decimo, omissa praecedenti, dixit quod est admodum verum contentum in dicto articulo; quoniam ipsa testis viderit et audierit eandem descriptionem quam dictus Pater Ignatius miserat ad dictam Agnetem Pasquala et Ioannem Sagristà Pasqual, peregrinationis quam fecerat dictus Pater Ignatius, et locorum peregrinationis Terrae Sanctae Hierusalem; quae descriptio dicta, erat scripta manu sua, id est dicti Patris; quam audire aut legere erat quaedam res sanctissima, sive incitabat ad magnam sanctitatem; quam descriptionem Ioannes Pasqual, maritus huius testis, commendavit et tradidit Patri Pla⁷, Societatis Iesu, ut eam dictus Pla transferret et transcriberet; quam descriptionem nunquam dictus Pater Pla retulerat; quod est verum, et est res magni ponderis »⁸.

Oriens Sagristana Pasquala, filia legitima et naturalis Ioannis Pasqual... et Angelae, eius uxor, viventis, uxor dicti Laurentii Pasqual... aetatis, ut dixit, triginta sex annorum, parum plus vel minus, ad eumdem articulum respondit: « Super decimo, dixit quod est verum contentum in dicto articulo; et quod hoc quod est ut Pater Ignatius in Hierusalem peregrinaverit, audierit ipsa testis dici infinitis vicibus, sive referri a patre suo; qui referebat etiam multas epistolas, quas Agnes Pasquala dicti Patris Ignatii esse referebat, tempore quo dictus Pater iret in peregrinatione; et specialiter sive particulariter missit dictus P. Ignatius unam epistolam et memoriam, in quibus, manu dicti Patris Ignatii, erat scripta omnis peregrinatio; quam epistolam multo tempore custodierunt sive servarunt Agnes Pasquala et Ioannes Pasqual, et postea illam dederunt Patribus Societatis; et talis est publica vox et fama, quod peregre profectus fuerit dictus Pater Ignatius in Hierusalem »⁹.

Tandem, Angela Sagristana Pasquala, domicella, filia Ioannis

⁷ Videtur indicari P. Ioannes Pla, barcinonensis, qui solus huius nonminis invenitur in catalogis Provinciae Aragoniae S. I. illius temporis. Ingressus est Societatem Iesu Barcinone die 20 Aprilis 1567; post exactum tirocinium Valentiae et Gandiae, peracto theologiae curriculo, quod iam ante inceperat, eam per novem annos docuit Barcinone, ubi supremum diem obiit 2 Martii 1579, aetatis anno trigesimo. De eius ingressu in Societatem cf. *Memorial de los recibidos en la Provincia de Aragón de la Compañía de Jesús desde Marzo 1567 hasta por todo Mayo 1568*, in Cod. Aragon. 15, f. 72. De morte agunt *Litterae ann. Prov. Arag.* datae Valentiae 1 Ianuarii 1580, cod. Arag. 25, f. 8r. Consuli etiam possunt GABRIEL ALVAREZ, *Historia de la Prov. de Aragón* (Ms.), I, l. 3, c. 28; (ubi tamen in nostro apographo satis antiquo scriba pro Juan legit *Justo* [ex compendio Juº?]); et NIEREMBERG, *Honor del gran Patriarca San Lynacio de Loyola* (Varones ilustres), I, 777.

⁸ MI., Scripta, II, 303, 305.

⁹ Ibid., 316, 318-319.

Sagristà Pascual ... et Angelae eius uxoris viventis, aetatis, ut dixit, viginti octo annorum, deponit: « Super decimo, dixit quod est verum contentum in dicto articulo; et quod Pater Ignatius ierit peregrinus in Hierusalem, suus pater Ioannes Pasqual narraret, multas particularitates peregrinationis referens; et particulariter dicebat dictus Ioannes Pasqual, quod dictus Pater Ignatius ad eum misserit unam epistolam et memoriam ubi continebatur peregrinatio; quam epistolam dictus Ioannes Pasqual, pater ipsius testis, dedit Patribus Societatis post quam mortua fuit Agnes Pasquala, avia ipsius testis; et huius peregrinationis in Hierusalem est publica vox et fama »¹⁰. Loquuntur etiam de hac descriptione AA. SS.¹¹, et Böhmer¹², ubi aliqua quae in Processibus non inveniuntur, desumit e Virgilio Nolarei¹³, et parum accurate in linguam germanicam vertit; nam ubi Nolarei scribit: « era di 3 fogli pieni, tutti di sua mano e dettatura, così divoto e sfavillante, che chiunque vide o l'udi, la stimò dettatura di Santo, e come reliquia servato un pezzo dai Pasquali, fu poi ceduto dagli heredi a Padri della Compagnia »; Böhmer dicit: « Auch Inigo hatte für Ines Pascal einen Bericht über seine Reise verfasst, 3 eng beschriebenen Blätter, von Ribadeneira als commentariolum I. 11 zitiert. Ein Stück davon (!) wurde im Hause der Pascals wie eine Reliquie aufbewahrt und von den Erben den Priestern der Gesellschaft Jesu vermacht »¹⁴.

Ex hac Ignatii epistola vel narratione probabiliter deprompsit Ribadeneira quae scribit initio capituli undecimi libri primi Vitae Ignatii de Loyola, a prima editione hispana anni 1583 et latina altera anni 1586; mirum tamen est eum nec temporis notationem, nec destinatarii nomen indicasse. In Vita hispana dicit:

*« Hallo en un papel, escrito de mano de Ignacio, que a los catorce del mes de Julio del año de mil y quinientos y veinte y tres, se hizo a la vela y salió de Venecia, y el resto del mes de Julio y todo el mes de Agosto gastó en su navegación. De manera que el postrer dia del mes de Agosto llegó a Jafa. Y a los cuatro de Septiembre, antes del mediodía, le cumplió nuestro Señor su deseo y llegó a Hierusalén. — Que de la particularidad con que el mismo padre escribió todo esto de su mano, se puede aún sacar su devoción, y la cuenta que llevaba en sus pasos y en las jornadas que hacía »*¹⁵.

¹⁰ Ibid., 321, 323.

¹¹ Cf. AA. SS. Iulii, VII, *Comment. praev. n. 106*, p. 429 E.

¹² *Studien zur Geschichte der Gesellschaft Jesu*, I, 75, nota 1.

¹³ *Vita del patriarca Sant'Ignatio di Lojola*, I. I, cap. 7, ed. Veneta 1687, p. 66.

¹⁴ Cf. etiam TACCHI VENTURI, *Storia*, II, 46.

¹⁵ RIBADENEIRA, *Vida del padre Ignacio de Loyola*, Madrid 1583, apud

In vita vero iatina: « Decimaquarta die mensis Iulij, anni Domini 1523 (sicut in Commentariolo quodam eius, ipsius manu scripto invenio) Venetiis solvit » ...

Haec narratio deperdita omnino manet.

2

PERSECUTIONIS ANNI 1538 DESCRIPTIO IGNATIANA

1538

Praefatio

Quam gratum animum Ignatius erga piam feminam Barcino-nensem Elisabeth Roser¹ gereret, nullibi fortasse clarius expre-sit, quam in hac nostra epistola. Bis enim eum in exordio et fine epistolae affirmantem audimus: « si me olvidase de lo mucho que a nuestro Señor yo debo por vuestras manos ..., pienso que su di-vina magestad de mí no se acordaría ». Et iterum: « Si os olvido, pienso de ser olvidado de mi Criador y Señor ».

Hoc animo grato motus, conditor Societatis non semel suae benefactrici Parisiis et Roma scripsit, et quidem eo tempore quo de fundatione novi Ordinis religiosi agebatur. Dolendum ideo quod paucae ex his epistolis ad nos pervenerint². Quantum enim, non

BIBLIOTECA DE AUTORES ESPAÑOLES. Obras escogidas del Padre Pedro de Rivadeneira de la Compañía de Jesús, por Don Vicente de la Fuente. Madrid, 1868, p. 27.

¹ Elisabeth Roser (*alias Rosés, Rosell*) viderat Ignatium, ineunte anno 1523, audientem contionem sacram in quodam templo barcinonensi. Eius modestia commota, petivit à viro suo ut Ignatium ad prandium invitarent. Post prandium Ignatius de rebus spiritualibus ita locutus est, ut Elisabeth magna Ignatii benefactrix iam inde evaserit. Anno 1543, vidua, Romam venit, et professionem sub Ignatio (cum duabus aliis fe-mininis) fecit die 25 decembris anni 1545; sed ob varias difficultates, Ignatius a summo Pontifice obtinuit, ut a mulierum cura Societas libera-retur. Tunc Elisabeth anno 1547 Barcinonem rediit; et sub regula Sti. Francisci in monasterio beatæ Mariae de Hierusalem professa, ibidem pie obiit. Cf. *Epist. Mixt.* I, 117, 150, 449; *MI.* Epist. I, 488-493; *MI.* Scripta, I, 645, 654; II, 273, 295, 336-339. Cf. DUDON, *Saint Ignace de Loyola: NOTES ET APPENDICES*, n. 16, *D'un ordre de Jésuitesses* (1543-1547), pp. 640-641.

² In *MI.*, Epist. I, tres editae sunt: prima data Parisiis die 20 No-vembri 1532, duae aliae Roma, diebus 19 Decembris 1538 et 1 Fe-

modo ad Ignatii internos sensus et doctrinam spiritualem dignoscendam, verum etiam ad res ipsas ab eo tunc gestas, e puris fontibus hauriendas contulissent, vel ex hoc, quod nunc edimus, exemplo, deducere possumus.

Nam epistola est tota rebus ab Ignatio eiusque sociis, annis 1537-1538 Romae gestis, accurate referendis destinata, ita ut narratio in forma epistolari, potius quam epistola negotiorum sit dictanda. Inde est quod locum iure obtinet, propter formam quidem inter ignatianas epistolæ², propter res autem tractatas, in hac nostra editione inter narrationes vitae S. Ignatii.

Autographum epistolæ, quod in domo novitiatus, in oppido Villarejo de Fuentes, Provinciae Conchensis, quondam extitisse videtur⁴, nullibi nunc inveniri potuit. Exstat autem apographum in codice *Epp. NN. 52* (*Vitelleschi*) n. 282, duobus foliis, nn. 7 et 9 signatis⁵. In eodem codice, n. 22, aliud exstat exemplum, hispanice etiam scriptum et duobus foliis constans; et in n. 23 italicica versio. In Bibliotheca Nationali Parisiensi habetur aliud apographum hispanum⁶. Textus idem est in omnibus apographis. In lectionibus variantibus, *Vitelleschi* 22 et *parisiensis* concordare solent. In iis aliquae sunt lectiones quae nobis preferendae videntur, unde eas in textu scribimus, indicatis codicibus.

SIGLA CODICUM:

A. *Epp. NN. 52*, (*Codex Vitelleschi*) n. 282.

B. *Ibid. n. 22*.

C. Paris. Bibliothèque National sect. de manuscripts,
« Ms. Esp., n. 380 », f. 92, n. 69.

bruarii 1542. Cf. p. 83 ss., 137 ss., 186 ss. Sed in ipsis litteris sermo est de aliis, quac ad nos non pervenerunt, cf. *ibid.* p. 138, 186.

³ Ideo in nostrorum Monumentorum ignatianorum serie prima edita est. *MI. Epist I*, 137-144.

⁴ Nam apographo codicis *Vitelleschi* n. 282, de quo statim, hic titulus praefixus est: « La carta siguiente está también en Villarejo, de letra de N. S. Padre. No tiene sobrescrito, porque está todo el pliego lleno ». Adverte tamen scribas non semel scripturam Ignatii in suis posterioribus transcriptionibus imitatos esse.

⁵ *Archiv. Soc. Iesu Rom*, *Epp. NN. 52* fol. 7-9. De hoc codice cf. *MI. Epist. I*, 33, Cod. 5.

⁶ Paris. Bibliothèque Nationale, section de manuscripts, « Ms. Esp. n° 380 », fol. 92 n. 69.

Textus

IGNATIUS ELISABETH ROSER

ROMA 19 DECEMBRIS 1538.

- 1-3. *Negotia quibus Ignatius sociique Romae distincentur, narrat; — 4-7. tum atrocem, quae contra eosdem saevit persecutionem, huiusque felicem exitum; — 8-10. denique fausta nascentis Societatis in dies singulos incrementa.*

1. La gracia y amor de Cristo N. S. sea siempre en nuestro favor y ayuda.

Bien creo que estaréis asaz con cuidado, y no menos maravillada por no me haber frequentado en escribiros, como yo quisiera y deseaba; porque, si me olvidase de lo mucho que a nuestro Señor yo debo por vuestras manos, con tan sincero amor y voluntad, pienso que su divina magestad de mí no se acordaría; pues tanto por su amor y reverencia en mí os habéis siempre empleado. Así, la causa de mi tardanza en escribir ha sido, porque estábamos en confianza de despachar un negocio nuestro de día en día, o de mes en mes, para haceros más cierta de nuestras cosas de acá. El negocio ha sido tal, que durante ocho meses enteros hemos pasado la más recia contradicción o persecución que jamás hayamos pasado en esta vida. No quiero decir que nos hayan vexado en nuestras personas, ni llamádonos en juicio, ni de otra manera; mas habiendo rumor en el pueblo, y puniendo nombres inauditos¹, nos hacían ser suspectos y odiosos a las gentes, viniendo en mucho escándalo; de manera que nos fué

¹ IHS add. B C || 4 maravillado C || 11-12 de mes en mes. Para haceros ... de acá, el negocio C mutata interpunctione.

¹ Ipse Ignatius affert inferius quid, inter alia, de ipsis dicere: «males ... en nuestra *vida* y *doctrina*»; «que éramos *fugitivos* de muchas tierras, y especialmente de París, de España y de Venecia»; «que hacíamos congregación o religión sin autoridad apostólica». Adde quod ex aliis documentis cognoscimus; verbi gratia, Ignatium affirmasse, se recepturum a Deo aqualem vel etiam maiorem gloriam ea quam Sanctus Paulus obtinuit. *Ep. Mixtae* I, 17. Valde probabiliter prolata iam tunc fuerunt contra Ignatium quae annis 1541-1542 de ipso et de Petro Codatio calumniose dicebantur: eos esse hereeticos lutheranos, impuritati deditos etc. Cf. *M. Scripta* II, 14-15; TACCHI VENTURI, *Storia*, I, 637, sqq. De occasione huius insectationis anni 1538 contra Ignatium et socios, vide inf. MONUM. 6: *EPIST. LAINII*, n. 56.

20 forçado presentarnos delante del legado y del gobernador desta ciudad² (que el papa era ido entonces para Niça)³, por el mucho escándalo que se causaba en muchas personas. Començamos a nombrar y llamar algunos, que contra nosotros se desenvolvían, para que dixesen delante de nuestros
25 mayores⁴ los males que en nuestra vida y doctrina hallaban. Y porque en alguna manera se entienda más la cosa desde el principio, daré alguna inteligencia dello.

2. Más ha de un año que tres de la Compañía llegamos aquí en Roma, como me acuerdo haberlos escrito⁵. Los dos
30 comenzaron luego a leer gratis en la escuela de la Sapiencia, el uno teología positiva y el otro escolástica⁶, y esto por mandado del papa; yo me di todo a dar y comunicar exercicios espirituales a otros, así fuera de Roma⁷ como dentro. Esto concertamos por haber algunos letrados de nuestra
35 parte, o principales, o por mejor decir, de la parte, honor y honra de Dios N. S., pues la nuestra no es otra que alabanza y servicio de la su divina magestad, porque en los mundanos no hallásemos tanta contrariedad, y después pudiésemos más libremente predicar su sanctísima palabra, oliendo la tierra ser tan seca de buenos fructos y abundosa de malos.

3. Después que por los tales exercicios (Dios N. S. obrando), ganamos algunos en nuestro favor y sentencia, y personas de muchas letras y de mucha estima⁸: al cabo de quattro meses de nuestra venida, pensamos juntarnos todos los de la Compañía en esta misma ciudad; y comenzando de llegar-

22 personas y B || 39 libremente] leveramente A, libremente B.

² Benedictus Conversini. Cf. *infra MONUM. 12: ACTA, ad n. 98.*

³ Neque inde reversus usque ad diem 24 iulii. Cf. *PASTOR, Paul III, 267.*

⁴ Nempe *superiores hierarchici tam ecclesiastici quam civiles. Eodem sensu vox haec hispanica nunc obsoleta, adhibetur a S. Ignatio in Exercitiis n. [362] Regulae ad sentiendum cum Eccl., reg. 10a.*

⁵ Confirmantur his verbis quae de adventu Romano Ignatii, Fabri et Lainii exente novembri 1537 diximus in *Chronologia*. Epistola autem, de qua Ignatius loquitur, nondum inventa est.

⁶ Cf. *infra MONUM. 6: EP. LAINII ad n. 46.*

⁷ Alludit, ut est evidens, ad Exercitia Doctori Ortiz in Monte Cassino tradita Cf. *ACTA ad n. 98.*

⁸ Hi erant Card. Gaspar Contarini, Dr. Ortiz, orator Imperatoris coram Paulo III, Dr. Ignatius López, Lactantius Tolomei, cet. De P. Ortiz cf. *MEMOR. FABRI*, n. 20; de aliis *SUMM. HISP. POL.*, n. 78.

nos⁹, pusimos diligencia en sacar licencia para predicar, exhortar y confesar¹⁰, la qual nos dió el legado¹¹ muy copiosa, aunque en este medio dieron muchas malas informaciones de nosotros a su vicario, estorbando la expedición de la tal licencia. Después de habida, comenzamos quatro o cinco a predicar en las fiestas y en los domingos en diversas iglesias¹²; asímesmo a mostrar a los muchachos los mandamientos, los pecados mortales etcetera, en otras iglesias; continuándose siempre las dos licencias en la Sapiencia, y confesiones por¹³ otra parte. Todos los otros predicaban en lengua italiana, y yo sólo en la española; y para todos sermones había asaz concurso de gentes, y sin comparación más de lo que pensábamos que hubiera, por tres razones: la primera, por ser tiempe inusitado; porque nosotros comenzamos luego pasada la¹⁴ pasqua de Resurrección, quando los otros predicadores de la quaresma y fiestas principales cesaban; y en estas partes solamente es costumbre de predicar en las quaresmas y advientos; la segunda, porque comúnmente, pasando por los trabajos y sermones de la quaresma, muchos, después, por nuestros pecados, se inclinan más a los descansos y placeres mundanos que a otras similes o nuevas devociones; la tercera, porque no tenemos juicio que elegancias ni primores nos acompañan; y con todo esto tenemos juicio, por muchas experiencias, que el Señor nuestro, por la su infinita y suma bondad¹⁵ no nos olvida, y a otros mucho[s] por nosotros, tan baxos y sin ninguna cuenta, ayuda y favorece.

4. Pues así nosotros presentados¹⁶, y como dos fuesen llamados y nombrados¹⁷, y el uno dellos se hallase delante de los jueces muy al contrario de lo que pensaba hallarse¹⁸: los¹⁹

⁹ *51 habida] in C interpunctio est: licencia (después de habida) || 56 italiana; yo B C.*

¹⁰ *Pervenerunt nempe post Pascha (21 aprilis) 1538. Cf. supra Chronol. ad n. 1538.*

¹¹ *Die 3 maii 1538. Cf. MI. Scripta I, 548-549.*

¹² *Card. Vincentius Carafa, de quo vide infra MONUM. 12: ACTA ad n. 98.*

¹³ *In quibus ecclesiis praedicarent narrat MONUM. 6: EP. LAINII n. 47.*

¹⁴ *Videlicet, coram Legato et gubernatore Urbis, ut iam prius dixerat.*

¹⁵ *Nempe Michaël (Landivar) navarrus, de quo cf. MONUM. 12: ACTA ad n. 98, et Laurentius García, qui interea Romam reliquerat et in oppido Otricoli, die 11 Maii, a iudice fuit interrogatus. Cf. EP. MIXTAE I, 16. Hic Magister Laurentius optavit postea Societatem amplexi. Cf. FABRI Mon. 157.*

¹⁶ *Rem explicat ipse Ignatius in ACTIS n. 98.*

otros, a quien nombramos para ser llamados¹⁶, quedaron tan temerosos, que, no queriendo ni osando parecer, haciendo inhibiciones a nosotros, para que delante de otros jueces procediésemos en la causa; y como fuesen personas, quien de mill ducados de renta¹⁷, quien de seiscientos, y quien aun de más autoridad, todos curiales y negociadores¹⁸, revolvieron tanto con cardenales y con otras muchas personas de estado en esta curia, que nos hicieron andar mucho tiempo en este combate. Al cabo dello, los que se hacían más principales, seyendo llamados, parecieron delante del legado y del gobernador, y dijeron que ellos habían oído nuestros sermones y lecciones¹⁹, etcetera; y hablaron en todo, así en la doctrina como en la vida, en justificación entera de nosotros. Con tanto, el legado y el gobernador, teniendo mucha buena estima de nosotros, querían que, así acerca destos como acerca de otros, quedase la cosa en silencio. Nosotros²⁰ pedíamos, según que sentíamos ser justo, y por muchas veces, que pareciese por escritura el mal o el bien que en nuestra doctrina fuese, para que el escándalo del pueblo se llevantase; lo qual dellos nunca pudimos alcanzar, ni por justicia, ni por derecho.

5. Ya de aquí adelante, con el terror que se puso de la justicia, no se hablaban contra nosotros las cosas que primero, a lo menos así en público. Y como nunca pudiésemos acabar que se diese sentencia o declaración de nuestra cosa, habló un amigo nuestro al Papa²¹, después que vino de Niça, suplicándole para que se diese declaración de la cosa; y dado que el Papa le otorgó, como no viniese en este efecto, asimismo

84 los] los dós B C || 87 hablaron B C; hallaron A || 94 del pueblo omitt. B.

¹⁶ Agebatur de Francisco Mudarra et Barreda seu Barrera, ut constat ex MONUM. 7: SUM. HISP. Polanci n. 84, et ex ACTIS n. 98.

¹⁷ Non 10.000 ut perperam scripsit BÖHMER *op. cit.* p. 222 annot. 1.

¹⁸ Praeter Mudarra et Barreda, supra citatos, agebatur de Petro de Castilla, quem saepe nominat in suis notis privatis RIBADENEIRA (Cf. *MI. Scripta I*, 374-375, 746, 751), et de Doctore Matthaeo Pascual, quondam rectore Universitatis Complutensis, tunc vero Romae degente. Cf. testimonium Natalis, *infra*, MONUMENTUM 10.

¹⁹ « Lecciones », nempe Fabri et Lainii in « Sapienza ».

²⁰ Ex RIBADENEIRA *De Actis* n. 77 (*MI.*, *Scripta I*, 374), socii omnes Ignatii contenti erant solutione gubernatoris. Nota tamen Ignatium loqui numero *plurali*.

²¹ Fortasse Card. Gaspar Contarini, qui saltem paulo post pro sententia in favorem Ignatii obtinenda apud Gubernatorem Conversini laboravit Cf. *MI. Epist. I*, 134.

le hablaron dos de nuestra Compañía²²; y como luego después se partiese de Roma para un castillo que está en las comarcas²³: yendo para allá, hablé²⁴ a su Santidad en su cámara a solas, bien al pie de una hora; donde hablándole largo de nuestros propósitos e intenciones, le narré claramente todas las veces que contra mí habían hecho proceso en España y en París; asimismo, las veces que había sido preso en Alcalá y Salamanca; y esto, a fin que ninguno le pudiese informar más de lo que yo le he informado, y para que fuese más movido a hacer inquisición sobre nosotros, para que en todas maneras se diese sentencia o declaración de nuestra doctrina. Finalmente, como a nosotros fuese muy necesario para predicar y exhortar tener buen odor, no solamente delante de Dios N. S., mas aun delante de las gentes, y no ser sospechosos de nuestra doctrina y costumbres: supliqué a su Santidad, en nombre de todos, mandase remediar, para que nuestra doctrina y costumbres fuesen inquiridos y examinados por cualquier juez ordinario que su Santidad mandase; porque, si mal hallasen, queríamos ser corregidos y castigados; y si bien, su Santidad nos favoreciese.

6. El Papa, dado que había lugar para sospechar (con lo que yo le dije), lo tomó a mucho bien, alabando nuestros ingenios, y aplicados a buenas cosas; y así, después que un rato habló exhortándonos (y cierto con palabras como de verdadero y derecho pastor), mandó con mucha diligencia al gobernador, que es obispo y justicia principal desta ciudad, así en lo eclesiástico como en lo seglar, que luego entendiese en nuestra causa. El qual haciendo proceso de nuevo y puniendo diligencia, y el Papa viniendo en Roma²⁵, y como hablase en público muchas veces en favor de nosotros, y delante de la Compañía, porque de quince en quince días acostumbran de ir a disputar al comer de su Santidad: ha dado fuga mucha

35 haciendo] auiendo A.

²² Non incongrue opinatur BÖHMER p. 228, nota 3, agi de Fabro et Lainio, qui simul cum aliis sociis, coram Pontifice singulis 15 diebus disputare consueverunt, ut in hac nostra epistola paulo post innuitur, et ex aliis documentis constat.

²³ Intellige Frascati, ut Ignatius in ACTIS n. 98 affirmat. Cf. annota^t in illum locum.

²⁴ Latina lingua, ut scripsit Polanco in SUMM. HISP. n. 85.

²⁵ Paulus III Romam rediit mense Septembri ineunte. Cf. TACCHI VENTURI, *Storia II*, 1674.

40 parte de nuestra tempestad, y cada dia se introduce más bonanza; de manera que, a mi juicio, las cosas van mucho como las deseamos, en servicio y gloria de Dios N. S.; y somos ya mucho infestados²⁶ de unos perlados y de otros, para que en sus tierras (Dios N. S. obrando) fructificásemos. Nosotros es-
45 tamos quedos para esperar mayor oportunidad²⁷.

7. Agora ha placiido a Dios N. S., que nuestra causa ha
seido sentenciada y declarada²⁸. Sobre la qual acaeció aquí
una cosa, no toda fuera de admiración, es a saber: que como
de nosotros se había dicho o publicado aquí, que éramos fu-
50 gitivos de muchas tierras, y especialmente de París, de Es-
paña y de Venecia: para el mismo tiempo que se había de dar
la sentencia o declaración de nosotros se hallaron aquí en
Roma, nuevamente venidos, el regente Figueroa²⁹, el qual me
prendió una vez en Alcalá, y hizo proceso dos veces contra
55 mí, y el vicario general del legado de Venecia³⁰, el qual tam-
bién hizo proceso contra mí (después que comenzamos a pre-

58 Mincencia A.

²⁶ Italica vox pro « importunados con ruegos ».

²⁷ Haec maior opportunitas habita est paulo post, cum, sententia
absolutioria edita, Ignatius sociique se obtulerunt Summo Pontifici mis-
sionum causa, et Paulus III eam oblationem benigne admisit. Tunc pos-
sita sunt novi Ordinis veluti fundamenta, ut ait Faber in MONUM. 4:
MEMORIALI n. 18.

²⁸ Nempe 18 Novembris 1538. Cf. *MI. Scripta I*, 627-629.

²⁹ Ioannes Rodriguez de Figueroa, Vicarius Archiepiscopi toletani, Alfonsi de Fonseca, et Gubernator Archiepiscopatus. Natus erat Ledes-
mae in dioec. salmanticensi et munera dignitatesque accepit a Carolo V
et Philippo II. Fuit Praeses Regii Consilii ab anno 1563 ad 1565. A. BA-
LLESTEROS, *Hist. de España*, T. IV, 2^a parte, p. 15. Obiit Matriti, 23 martii
1565. Eius notitia habetur apud RUIZ DE VERGARA Y ALAVA, *Historia del
Colegio viejo de S. Bartolomé .. de Salamanca*. Segunda edición ... por
JOSEPH ROXAS Y CONTRERAS. I, pp. 295-300. Romae versabatur anno 1538,
et testimonium dedit pro Ignatio. In Germania confessarium habuit B.
Petrum Fabrum. *Fabri Mon.*, p. 90.

³⁰ Gaspar de Doctis (de Dotti, de Dottis) venetus, erat tunc vicarius
in spiritualibus R.mi Hieronymi Veralli, Summi Pontificis legati in di-
tione Veneta. Cf. *MI. Scripta*, I, 625. — Anno 1546 facultatem habuit a
Paulo III viva vocis oraculo ingrediendi Societatem Iesu, in ipsoque
ingressu quatuor sollemnia vota profundi. Cf. *Synopsis Actorum S. Se-
dis in Causa Soc. Iesu*, Paulus III, 5, n. 17. Non tamen ingressus est.
Anno 1556, gubernator Lauretanus, vota simplicia Societatis Laureti edi-
dit; sed consilio S.ti Ignatii saecularem habitum retinuit, et negotia illi-
lius Sanctuarii gerere perrexit. Fuit tamen ad mortem usque Societatis
amicus. Cf. *MI. Epistolae*, X, 167-168, 607, annot. 4; 675; XI, 24, 32;
Chron., VI 97, 98; ORLANDINI, *Hist. Soc. Iesu*, I, l. I, n. 121; lib. 14, n. 23.

dicar en la Señoría de Venecia), y el Dr. Ori³¹, que así mismo hizo proceso en París contra mí, y el obispo de Vincencia³², donde algún poco de tiempo predicamos tres o cuatro de nosotros; y así, todos estos dieron testimonio de nosotros. Así mismo las ciudades de Sena, de Bologna y de Ferrara enviaron sus testimonios auténticos aquí³³; y el duque de Ferrara, demás de enviar testimonios³⁴, tomando muy a pechos la cosa por el deshonor que a Dios N. S. se hacia en nosotros, escribió a su embajador y a la Compañía nuestra diversas veces, tomando por suya la cosa, viendo el fruto que en su ciudad se había hecho; y así en las otras ciudades por donde hemos andado (que en esta no ha sido poco saberlos guardar y perseverar). Y desto hacemos gracias a Dios N. S., que, después que comenzamos hasta el punto presente, nunca han saltado dos o tres sermones en cada fiesta; asimismo cada día dos lecciones³⁵; otros ocupándose en confesiones, y otros en exercicios espirituales. Agora, que es dada la sentencia, esperamos de crecer en sermones y también en mostrar muchachos; y dado que la tierra sea estéril y seca³⁶, y la contradicción que hemos tenido tan grande: no podemos decir con verdad que nos haya faltado que hacer, y que Dios N. S.

72-73 otros en *B G*, en *omitt. A* || 76 que *omitt. A*; tenido *omitt. A*.

³¹ Fr. Matthaeus Ory, O. P. natus circa finem saec. XV, obiit anno 1557. Anno 1528 mense Febrero factus est licentiatus in theologia et 19 Iunii eiusdem anni doctor. Cf. G. VILLOLADA, *La Universidad de Paris ...* 276, 430. Iuxta Quétif-Echard nominatus esset inquisitor generalis circa annum 1534. M. Gorce in *Dictionnaire de théologie Catholique* (Ory) dicit eum nominatum esse a rege Galliae inquisitorem generalem anno 1536, id est post Ignatii discessum Parisis. Non videatur tamen nobis assertio expressa Ignatii hic et in *Actis*, n. 81 (quam M. Gorce ignorare videtur) in dubium vocanda. Potuit P. Ory inquisitor fidei esse anno 1529, et interrupto munere per aliquod tempus, iterum esse ab anno 1536 et deinceps; vel prius auctoritate ecclesiastica, post etiam regia.

³² Videtur agi de Francisco Varchionensi, suffraganeo Cardinalis Rодulphi in sede Vicentina 1524-1540. Cf. UGHELLI, *Italia Sacra*, V. p. 1066. Hic non inquisierat contra Ignatium, sed Romae in eius et sociorum favorem deposituit.

³³ Quae vide sis apud *Acta Sanctorum Iulii VII*, n. 302-307; Cf etiam *Bobadilla*, 4; et *Epp. Broet*, 200.

³⁴ Hercules II Estensis, dux ab anno 1534 ad 1559. Eius litteras in Societatis favorem vide sis apud *Bobadilla*, 2 sqq.

³⁵ Nempe Fabri et Lainii in «Sapienza».

³⁶ Mirum est quoties hanc querelam repeatat Ignatius in hac epistola. Cf. etiam *Acta* n. 36, 97.

no haya obrado, más de lo que nuestro saber ni entender puede alcanzar.

8. De particulares no me estiendo, por no me alargar tanto; en lo universal Dios N. S. nos hace ser muy contentos. Sólo diré que hay quatro o cinco que están determinados de ser en la Compañía nuestra ³⁷, y ha muchos días y muchos meses que en la tal determinación perseveran. Nosotros no osamos admitir, porque este era un punto, entre otros, de los que nos ponían, es a saber, que recibíamos a otros, y que hacíamos congregación o religión sin autoridad apostólica ³⁸. Así agora, y si no somos juntos en el modo de proceder, todos somos juntos en ánimo para concertarnos para adelante; lo qual esperamos en Dios N. S., que presto dispondrá como en todo sea más servido y alabado ³⁹.

9. Pues habéis entendido nuestras cosas en qué términos están, por amor y reverencia de Dios N. S. os pido, nos hayamos con mucha paciencia, deseando lo que más en su gloria y alabanza sea quiera obrar en nosotros; que, cierto, las cosas están al presente en mucha importancia y peso. Yo os daré aviso más a menudo de lo que pasa; que sin dubitar os digo, si os olvido, pienso de ser olvidado de mi criador y señor. Por tanto, no tengo tanto cuidado en cumplir o rengraciar con palabras; mas que desto seáis cierta, que ultra que delante de Dios N. S. vive todo lo que en mí habéis hecho por su amor y reverencia, que en todas cosas que su divina magestad fuere servido obrar por mí, haciéndolas meritorias por su divina gracia, todos los días que viviere seréis enteramente participante, como en su divino servicio y alabanza me habéis siempre ayudado y tan especialmente favorecido. En todas personas, vuestras conocidas y mías, sanas y devotas en santa conversación, y coadunadas en Cristo N. S., pido mucho ser visitado y encomendado.

³⁷ Videntur inter hos recensendi italus Petrus Codazzo (Codacio), qui iampridem ab Ignatio Exercitiis excultus fuerat (cf. SUMM. HISP. POLANI ad n. 83), lusitanus Bartholomaeus Ferrão (cf. FRANC. RODRIGUES, *História ...* II p. 210-211), et Franciscus Estrada quem Ignatius ad se traxit dum ante Pascha eiusdem anni e Monte Cassino Romam redibat. Cf. SUMM. HISP. Polani ad n. 152, ACTA n. 98.

³⁸ Ait Simon Rodriguez (*Epp. Roderici*, p. 502) Paulum III dedisse eis ore tenus ante hoc tempus licentiam alios socios sibi copulandi, sed «nullum Patres diploma expedendum curarunt ...».

³⁹ Spes Ignatium non fefellit, nam anno sequenti, 1539, Deliberationes de Ordine religioso fundando et prima oralis approbatio Pauli III habitae sunt.

Ceso, rogando a Dios N. S., por la su infinita y suma bondad, nos quiera dar su gracia cumplida, para que su sanctissima voluntad sintamos, y aquella enteramente la cumplamos. ¹⁵

De Roma, 19 de Diciembre de 1538.

De bondad pobre,

IÑIGO

20

10. Esta escribiendo, el Papa ha mandado proveer por vía del gobernador, para que se dé orden a la ciudad cómo, juntándose las escuelas de los muchachos, les instruyamos en la doctrina cristiana, como antes lo comenzamos a hacer. Plega a Dios N. S., pues la cosa es suya, nos quiera dar fuerzas para ²⁵ su mayor servicio y alabanza. Al archidiácono Caçador ⁴⁰ envío (porque está en latín) la misma declaración que acá se dió de nosotros ⁴¹, el qual os la comunicará.

17 aquella] aquesta C || 18 De Roma a C; Diciembre 1538 B C || 22 orden en B C || 24 Plegue B C.

⁴⁰ Iacobus Cazador (Caçador), patria vicensis (Vich), tunc archidiaconus postea episcopus Barcinonensis ab anno 1546 ad 1560, quo ei octogenario datus est coadiutor cum iure successionis. Cf. AYMERICH, *Nomina et Acta episcoporum Barcinonensium* (Barcinone MDCLX), p. 408. VAN GULIK-EUBEL, *Hierarchia catholica*, III, 143. Ignatio semper addictissimus fuit. Cf. *Epp. Mixtae* I, 321; *MI. Epist.* I, 93-99; 384-385.

⁴¹ Textus editus est in *MI.*, *Scripta* I, 627-629, et multis aliis locis, ut Ribadeneira (*Vita Patris Ignatii*), AA. SS. etc.

3

ELECTIO SANCTI IGNATII DE LOYOLA
 IN PRAEPOSITUM SOCIETATIS IESU
 EIUSQUE ET SOCIORUM PROFESSIO
 AD SANCTI PAULI
 ROMAE 22 APRILIS 1541.

Praefatio

Tria exempla antiqua huius narrationis, hispanice scripta, nota nobis sunt.

(A) In Codice *Hist. Soc. 1a* (qui saepe dictus est *Rom. I et Romanus Codex autographorum*) n° XXII, 4 ff. manu ignota.

(B) In Cod. *Instit. 221* (prius *Collecta per Patrem Natalem*) ff. 120v-123v (prius 127v-130); manu, ut videtur, Io. Philippi Viti, Patris Ignatii et Polanci amanuensis. In margine sinistro f. 120v scriptum est manu ipsius Natalis: « huic scripturae ad illum usque locum ‘domini nostri Iesu X¹’ praeposuit titulum sua manu p. Ignatius: 1541 forma de la Compañía y oblatión ». Infra praecedentia verba, scripta sunt sequentia, manu, ut videtur, Nathanaëlis Southwelli, secretarii Societatis: « Originale est in *Capsula V. 1658* ».

(C) In bibliotheca « Vittorio Emanuele », Romae, *Ms. gesuitici* n° 1372, ff. 307-312r.

Polancus in *SUM. HISP.* fol. 65v-67r, (nn. 91-95), eam fere ad litteram transcritbit.

Ex tribus exemplis, A videtur antiquius et magis accedere ad originale, nam servavit sententiam illam ubi Ignatius dixit se non discessurum a sententia sui confessarii « etiam si el papa le mandase al contrario, donde no fuese convencido de [prius a] pecado »; quam sententiam alia apographa omiserunt. Et certe nullus ausus esset eam addere, nisi fuisset in originali. Reliquae variantes pauci sunt momenti, ut in apparatu videri potest.

Ex stilo, et praesertim ex modo familiari nominandi Stum. Ignatium « Iñigo » sine addito, pro certo habetur hanc narrationem scriptam aut dictatam ab ipso Patre Ignatio. Quod confirmat Ludovicus González in *MEMORIALI*, n. 209. Cf. LA TORRE, qui eam primus integrum edidit ex exemplo B in opere *Constitutiones Societatis Jesu latinae et hispanicae*, App. V, p. 313-314, et ASTRAÍN, *Historia de la Compañía de Jesús en la Asistencia de España* I² p. 117-120, qui eam ex La Torre mutuavit. Videtur etiam scripta paulo post eventum.

Exstat versio antiqua itala (*I*) in Cod. Rom. 203, ff. 11-14, quae ex exemplo *C* procedere videtur. Hunc titulum habet: « + La forma.. che la Compagnia tenne in far la sua obligatione [*sic*] al suo Iddio e Signore, è quella che qua seguita ». In margine, alia manu: « P^a vota professionis B. P. Ignatii et Sociorum ».

Praeter La Torre et Astráin, locis paulo ante citatis, ediderunt hanc narrationem *MI*. Scripta, II, 48, ex eodem fonte *A*; unde textus nihil fere differt a nostro. Cum tamen illud volumen exhaustum sit, existimavimus eam de novo edendam, amplioribus annotationibus illustrantes. Invenitur etiam edita haec narratio ad calcem operis: SAN IGNACIO DE LOYOLA: *Autobiografía y Constitución de la Compañía de Jesús...* con introducciones y notas de José Ma March, sacerdote de la misma Compañía, Barcelona 1920; et italicice in opere: *Sant'Ignazio di Loyola. ESERCIZI SPIRITUALI preceduti dalla AUTOBIOGRAFIA*. Prefazione di Giovanni Patini, pp. 77-83 -- Firenze [1928].

SIGLA CODICUM:

- A*. Histor. Soc. 1a.
- B*. Instit. 221.
- C*. Romae, Biblioth. « Vittorio Emanuele II » MSS. Ge-
suitici 1372.
- I*. Versio itala, Cod. Rom. 203.

Textus

1541. FORMA DE LA COMPAÑÍA Y OBLACIÓN

1-2. *Praeparatio electionis praepositi;* — 3. *Ignatius eligitur in praepositum;* — 4. *Qui rem melius considerandam poscit et obtinet;* — 5. *Iterum eligitur Ignatius, qui de novo dilationem postulat;* — 6-7. *Ignatius apud Stum. Petrum in Montorio;* — 8. *Domum re-
versus munus praepositi accipit. Professio in sextam feriam post
pascha indicitur;* — 9-11. *Ignatius et socii professionem emittunt
ad Sti. Pauli.* — 12. *Laelitia et gaudium subsecutum.*

J[†]
h s.

1. La forma que la Compañía tuvo en hacer su oblación y promesa a su Criador y Señor es la que se sigue.

En el año de 1541, pasada la media quaresma¹, se jun-

Titulus sumitur ex cod. Instit. 221, fol. 120v. ||

*1 Jhs deest in B; || 2 obligacion C, obligatione I; || 3 y promesa om. C;
criador Dios C || 4 año del B; anno del I.*

¹ Anno 1541 initium Quadragesimae, seu dies Cinerum, fuit 2 Martii. Dies quibus sequentia evenerunt, hi fuisse videntur, attento numero

⁵ taron todos seis² (ya hechas sus constituciones y firmadas)³, y determinaron entre ellos que, dentro de tres días, cada uno encomendándose a Dios nuestro Señor, diese su voz a alguno de la Compañía para que tuviese oficio de perlado, y cada uno truxese una cédula escrita de su mano y sellada, en la qual ¹⁰ hubiese el nombre de aquel que elegía, porque más libremente cada uno dixese y declarase su voluntad.

2. Pasados los tres días, cada uno trayendo su cédula sellada, fueron de parecer que las juntasen con las otras de los compañeros de Portugal y de Alemania⁴, y así, todas juntas¹⁵, se pusiesen en una arca debaxo de llave, donde estuviesen por tres días para mayor confirmación de la cosa.

3. Pasados los tres días, todos seis juntados, abriendo todas las cédulas una tras otra, nemine discrepante, vinieron todas las voces sobre Iñigo⁵, dempto maestro Bobadilla, (que

5 todos los C || 9-10 qual uuijese B || 10 elegian C || 14 todas Juntas C
|| 15 un arca C || 19-22 Parenthesis est etiam in B.

dierum in narratione numeratorum, et data dierum Paschae et professionis, 17 et 22 Aprilis. Primus conventus, 2 aprilis; suffragiorum prima traditio, post tres dies, 5 aprilis (quo die votum Ignatii subscriptum est); prima urnae reseratio, post alios tres dies, 8 aprilis; quo die Ignatius, nemine discrepante praeter ipsum, in praepositum eligitur; nova suffragatio, quatuor transactis diebus, 13 aprilis; quo die sub vesperum Ignatius potuit in Stum. Petrum in Montorio discedere, ubi tres ultimos dies maioris hebdomadis transegit, et unde die Resurrectionis, 17 aprilis, ad socios rediit. Feria tertia post Pascha, 19 aprilis, fr. Theodosius schedulam misit, qua lecta, Ignatius munus praepositi accipit; et cum aliis sociis decernit proxima sexta feria professionem emittere.

² Hi sex fuerunt Ignatius de Loyola, Iacobus Laínez, Alfonsus Salmerón, Pascharius Broët, Ioannes Coduri et Claudius Iaius.

³ Vide sis has Constitutiones in *MI.*, Constitutiones I, 33-48.

⁴ In Lusitaniam (Portugal) missi fuerant Franciscus Xavier (in Indiam iturus) et Simon Rodriguez; in Germaniam Petrus Faber (Favre).

⁵ Ignatius, se ipsum excludens, neminem nominare voluit, sed eum eligebat, qui plura vota haberet. Eius votum et aliorum sociorum inventiuntur parvis schedis in citato codice *Histor. Soc. 1a* (*Rom. I*) et edita sunt apud MHSI: *Monum. Xav. I*, 812; *Fabri Monum. 51* et *MI., Const. I*, 32-33; *MI., Script. II*, 5, annot. 4; *Epist. P. Alph. Salmeronis*, I, 1; *Lainii Monum.*, VIII, 638; *Epist. PP. Broet ... Roderici*, 23, 418, 519. Solum votum P. Claudii Iaii non invenimus in MHSI; est tamen in citato cod. n. X. Edita iam fuerant latine apud AA. SS. Julii, VII, part. II, comment. praevious, § XXXV, nn, 355-364. Et ab aliis auctoribus. Non tamen omnia suffragia servantur; quia, ut ex narratione appetat, sex socii qui Romae versabantur, bis suffragia scribere debuerunt.

por estar en Bisignano⁶, y a la hora de su partida para Roma, ²⁰
le fué mandado por el Papa se detuviese más en aquella ciudad, por el fruto que allá hacía), no invió su voz a ninguno⁷; y porque su Santidad quería repartir los que estaban en Roma por diversas partes, fueron forzados concluir sus cosas sin Bobadilla, conforme a todas las voces de todos los absentes y ²⁵
de todos los presentes.

4. Iñigo hizo una plática, según que su ánima sentía, afirmando hallar en sí más querer y más voluntad para ser gobernado que para gobernar; que él no se hallaba con suficiencia para regir a sí mismo, quánto menos para regir a otros; ³⁰
a lo qual atento, y a sus muchos y malos hábitos pasados y presentes, con muchos pecados, faltas y miserias, él se declaraba y se declaró de no aceptar tal asunto, ni tomaría jamás, si él no conociese más claridad en la cosa, de lo que entonces conocía: mas que él los rogaba y pedía mucho in Domino ³⁵
que con mayor diligencia mirasen por otros tres o quattro días, encomendándose más a Dios nuestro Señor etc. para hallar quién mejor, y a mayor utilidad de todos pudiese tomar el tal asunto. Tandem, aunque no con asaz voluntad de los compañeros, fué así concluído. ⁴⁰

5. Pasados quattro días, siendo todos juntos, tornaron a dar las mismas voces que primero, nemine discrepante; finalmente Iñigo, mirando a una parte y mirando a otra, según que mayor servicio de Dios nuestro Señor podía sentir, responde que, por no tomar ningún estremo y por asegurar más su conciencia, que él dexaba en manos de su confesor, que era el P. Theodosio⁸, fraile de Santo Pedro de Montoro, de la ma-

²¹ *I habet lacunam in voce papa* || ²⁴ de concluir C || ²⁷ que en C || 27-29 vv. afirmando — gobernar *intra parent. B*; *In I est lacuna pro plática* || ³⁵ él les C || ³⁷ más *deest in B, C* || ³⁸ con mayor C || ⁴⁴ podrá sentir B || ⁴⁶ lo dexaua B C || ⁴⁷ de Montorio *I et infra*.

⁶ Urbs Italiae in Calabria.

⁷ P. Hieronymus Nadal, Bobadillae ob turbas post mortem S. Ignatii excitatas, infensus, hac simplici explicatione non contentus, in *Apologetia contra Doctores parisienses scripta* (cuius partem in sequenti volumine edere cogitamus), de hac electione agens, ait: «solus M. Bobadilla nec affuit nec suum suffragium transmisit, sive quia sibi non constaret, sive quia ad' publica (... *lacuna in ms.*) non adhiberetur, sive quia necessario impediretur in Calabria». fol. 125r. P. Bobadilla senex dixit se ex Bisignano suffragium suum in favorem Ignatii misisse. Cf. *Bobadillae Monumenta*, 619. Si recte P. Bobadilla recordabatur, dicendum est eius suffragium Romam opportuno tempore non pervenisse.

⁸ In Archivo Fratrum Minorum Observantium Provinciae Romanæ,

nera que se sigue, es a saber: que él se confesaría con él generalmente de todos sus pecados, desde el dia que supo pecar hasta la hora presente; así mismo le daría parte y le descubriría todas sus enfermedades y miserias corporales; y que después que el confesor le mandase en lugar de Cristo nuestro Señor, o en su nombre le diese su parecer, atenta toda su vida pasada y presente, si acetaría o refutaria el tal cargo, haciendo primero oblación que de la sentencia de su confesor un punto no saldría, etiam si el papa le mandase al contrario, donde no fuese convencido de pecado; tandem, aunque no asaz con voluntad y satisfacción de los compañeros, quando más no pudieron, fué en esto concluído.

60 6. Así Iñigo estuvo tres días en confesarse con su confesor; los cuales tres días estuvo retraído en Santo Pedro de Montorio, sin venir a sus compañeros.

7. El primero día de Pascua de Flores⁹, ya acabada su confesión general, como Iñigo demandase a su confesor que encomendándose a Dios Nro.S.^{or} se resolviese cerca lo que le había de mandar o declarar, le responde que parecía resistir al Espíritu Santo etc. Con todo esto Iñigo, rogando a su confesor que, encomendando más la cosa a Dios nuestro Señor,

48 se confessò un dia C; se confessò con lui un giorno || 51 prius enfermedadas A || 52 despues el confesor C || 53 atenta videtur leg. in A; atento B C || 55 haziéndole B C || 56-57 vv etiam — pecado om. B C I || 57 prius a pecado A || 57-58 prius in B aunque no con asaz || 65-66 lo que habla C || 66 o declarar om. C || 68 encomendándose C.

in conventu Sti. Francisci a Ripa in Urbe asservato, adest codex manuscriptus saec. XVIII sub hoc titulo «Memorie storiche del Convento di S. Pietro in Montorio», in quo haec in pag. 98, n. 3 leguntur: «Il P. Teodosio da Lodi, uomo di singulare virtù e di pari senno: vi dimorò anche egli parecchi anni, ed essendo confessore e direttore di Sant'Ignazio di Loyola» etc. Et paulo antea, n. 2, loquens de P. Angelo de Pas, hispano, etiam in Conventu Sti. Petri de Montorio commorante, ait: «Alcuni per errore lo credono il confessore e direttore di Sant'Ignazio di Loyola, scambiandolo col P. Teodosio da Lodi». Fuit igitur confessarius Sti. Ignatii italus non hispanus. Existimandum tamen est hunc Patrem linguam hispanam calluisse, cum Stus. Ignatius difficulter idiomma italum loqueretur, et ex alia parte constet plures Patres hispanos in illo conventu tunc temporis habitasse, ut ex eodem manuscripto colligitur. Haec a R. P. Iosepho Sanità O. F. M. grato animo accepimus. De probabili inventione corporis incorrupti confessarii S. Ignatii anno 1798, vide Card. Ios. ANT. SALA, *Diario*, II, 40. Cf. AHSI, 10 (1941), 8³⁶.

⁹ Pascua de Flores vel Pascua florida dicitur ab Hispanis dies Resurrectionis D. N. Iesu Christi (non Dominica palmarum) ut distinguitur ab aliis magnis sollemnitatibus, quae etiam dicuntur Pascha, ut Pentecostes, Natalis Domini, etc. Quod non advertens BÖHMER, *Studien*, I, 264, ann. 2, in inexplicabiles anfractus se coniecit.

después con ánimo quieto quisiese escrebir una cédula, y aquella sellada inviase a la Compañía, en la qual dixese su parecer: tandem, en esto quedando, se vuelve Iñigo a casa.

8. El 3º día su confesor inviando una cédula sellada, y juntados los compañeros, se lee delante de todos; cuya resolución era que Iñigo tomase el asunto y régimen de la Compañía; el qual acetándolo, dieron orden todos que el viernes primero siguiente a la Pascua de Flores, anduviesen las siete estaciones de las siete iglesias de Roma, y que en una de dellas, es a saber, en San Pablo, hiciesen todos sus promesas, conforme a la bula concedida por su Santidad ¹⁰.

9. El viernes 22 de Abril, de la octava de Pascua, llegados en San Pablo, se reconciliaron todos seis unos con otros, y fué ordenado entre todos que Iñigo dixese misa en la misma iglesia, y que todos los otros recibiesen el santísimo sacramento de su mano, haciendo sus votos en la manera siguiente:

10. Iñigo, diciendo la misa ¹¹, a la hora del consumir, teniendo con la una mano el cuerpo de Cristo nuestro Señor sobre la patena, y con la otra mano un papel, en el qual estaba escrito el modo de hacer su voto, y vuelto el rostro a los compañeros puestos de rodillas, dice a alta voce las palabras siguientes: «Ego, Ignatius de Loyola, promitto omnipotenti Deo et summo pontifici, eius in terris vicario, coram eius virgine

⁸⁷ papel el qual C: escrito sup. vers. in A ead. man. || 88 a los] a sus C
|| 89 dice] diciendo C.

¹⁰ Intellige bullam Pauli III «Regimini militantis Ecclesiae», 27 Septembris 1540, cuius textus saepe editus invenitur in *Bullariis Romanis* et in *Bullariis Societatis Iesu*. Cf. *MI.*, Constitutiones I, 24 [MHSI, vol. 63], ubi etiam invenies textum. De huius bullae historia consuli debet ante alias TACCHI VENTURI, *Storia*, II, cap. X, 294-325; *MI.*, vol. cit. ccv-ccxi; BÖHMBR., l. c. 238 sqq.

¹¹ Sacellum templi Sti. Pauli in quo Patres professionem emiserunt, fuit sacellum Btae. Mariae Virginis, in quo sacratissimum Christi corpus servabatur (ut dicit Petrus Ribadeneira, qui Patres comitatus est, in *Vita Ignatii de Loyola*, lib. III, cap. I). Positum erat in corpore ecclesiae, ad latus epistolae. Imago Btae. Mariae Virginis opere musivo facta, post varias translationes, invenitur hodie in sacello SSmi. Sacramenti in abside templi, ad evangelii latus, ubi aliquibus diebus, remoto velo, fidelibus contemplanda exponitur. Haec imago coloribus expressa est in opere J. WILPERT, *Die römische Mosaiken und Malereien der kirchlichen Bauten vom IV bis XIII Jahrhundert*, vol. III, tab. 119; deque ea agit auctor in vol. II, p. 558. Coloribus etiam expressa, addito titulo «Reginae Societatis Iesu», missa est in domos Societatis Iesu anno 1914 ab A. R. P. Generali Franc. Xav. WERNZ. Cf. ENRIQUE DEL PORTILLO, *Reginae Societatis Iesu*, apud Razón y Fe 51 (1918) 325-338; 425-436.

matre et tota coelesti curia, ac in presentia Societatis, perpetuam paupertatem, castitatem et obedientiam, iuxta formam vivendi in bulla Societatis Domini nostri Iesu et in eius constitutionibus declaratis seu declarandis, contentam. Insuper promitto specialem obedientiam summo pontifici circa missiones in bulla contentas. Rursus promitto me curaturum ut pueri erudiantur in rudimentis fidei iuxta eandem bullam et constitutiones »¹². Después de las cuales dichas, consume res cibiendo el cuerpo de Cristo nuestro Señor.

11. Acabado de consumir, y tomadas cinco hostias consagradas en la patena, y vuelto a los compañeros, los quales, después de haber hecha la confesión general y dicho « Dne., non sum dignus etc. », toma uno dellos un papel en la mano, en el qual estaba la forma de hacer su voto, y dice a alta voce las palabras siguientes: « Ego, Jo. Coduri, promitto omnipotenti Deo, coram eius virgine matre et tota coelesti curia, ac in presentia Societatis, et tibi Rde. pater, locum Dei tenenti, perpetuam paupertatem, castitatem et obedientiam iuxta formam vivendi in bulla Societatis Domini nostri Iesu et in eius constitutionibus declaratis seu declarandis contentam. Insuper promitto specialem obedientiam summo pontifici circa missiones in bulla contentas. Rursus promitto me obediturum circa eruditionem puerorum in rudimentis fidei iuxta eamdem bullam et constitutiones ». Las cuales acabadas, recibe el cuerpo de Cristo nuestro Señor. Después per ordinem el 2º hace lo mismo; así el 3º, 4º y 5º¹³.

12. Acabada la misa, y haciendo oración en los altares pri-

⁴ consumiò B C || 7-8 después de hecha B; doppò d'auer fatta I || 10 di-
riendo alta voce C || 15 Domini Iesu B C iuxta professionem originalem; A
Domini nostri Yesu.

¹² Haec professio sub titulo: « Professio prelati », cum subscriptione autographa Sti. Ignatii, exstat adhuc in codice *Hist. Soc.* 1ª (Rom. I) n° VIII, et ibidem, sub titulo: « Professio subditorum », formula sequens cum subscriptionibus autographis aliorum sociorum. Cf. *M.I. Const.* I 67-68.

¹³ Secundum I. Zeiger, modus quo S. Ignatius eiusque socii, Romae, in Basilica S. Pauli extra muros, 22 aprilis 1541, vota emiserunt, inter formas professionis *religiosae* prima vice occurrit. Similis illa suis videtur qua Parisis 15 aug. 1534 usi sunt. Cf. I. ZEIGER, *Professio super hostiam. Ursprung und Sinngehalt der Professform in der Gesellschaft Jesu*, apud *AHSI* 9 (1940) 172-188. Notandum tamen in Constit. Soc. Iesu dici professionem et vota coadiutorum formatorum *fieri in manibus*; vota post biennium *non fieri in manibus*. Cf. Constitutiones S. I. p. V, c. III, n. 4; c. IV, n. 1, 3 et declar. D.

vilegiados, se juntaron en el altar mayor, donde cada uno de los cinco vinieron a Iñigo, e Iñigo a cada uno dellos, abrazando y dando osculum pacis, no sin mucha devoción, sentidos, y lágrimas, dieron fin a su profesión y vocación comenzada¹⁴. Después de venidos facta est continua et magna tranquillitas, con aumento ad laudem Domini nostri Iesu Christi.

30

In A in fol. 4v scripta sunt:

Manu ignota: Forma Societatis.

Manu Polanci, secretarii: Forma de la election del pº general y de las primeras profesiones.

Manu Iosephi Lombardi: A 5 di luglio 1541.

Ignota manu: E' mano del Bened.to N. P.e.

Manu Nathanaelis Soutwelli, secretarii: Potius videtur manus P. Polanci quoad titulum exterius; nam interius videtur alterius tertii.

Sequitur collocatio in Archivo antiquo: 10/A. V.

Adhuc manu Soutwelli: Exemplum huius scripti est in libro P. Natalis A in capsula XXXI.

In alia plicatura: a los 5 [del. ocho] de Julio 1541.

Fortasse hic et I. Lombardo voluerunt indicare tempus quo apographum scriptum est.

29 aumento) emend. ex agumento in A; augmento B || 30 C add. Deo gratias. Amen.

¹⁴ Petrus Ribadeneira, tunc iuvenis candidatus Societatis Iesu, in processu Matriti habito anno 1606 ad Ignatii canonizationem, asserit se comitatum esse Patres visitantes septem ecclesias, eisque praeparasse prandium ad Stum. Ioannem in Laterano, cum esset valde sero; et ideo se deponere de visu. Cf. *MI.*, Scripta II, 875 [artic. 17 — Primus Tolet.]. BÖHMER, l. c. p. 266, annot. 1, negat esse verum quod Ribadeneira asserit. Gratus tamen supponit ultimam ecclesiam, a Patribus visitatam, fuisse ecclesiam Sti. Pauli, nec animadvertisit missam celebrari debuisse ab Ignatio tempore matutino, non vero sub noctem; quod evenire debuisset, si prius sex reliquias ecclesias visitassent; cum iter ita sit longum, ut unius diei iter diceretur.

4

MEMORIALE BTI. PETRI FABRI S. I.

FRAGMENTUM

Praefatio

Beatus Petrus Faber (Favre, Fabro, Lefèvre --- 1506-1546), primus ex his qui Patri Ignatio de Loyola Parisiis stabili modo se adiunxerunt, et Societatem Iesu postea condiderunt, ab anno 1542 aliquos intimos spirituales animi sensus litteris mandavit. Initio libri (qui MEMORIALE dici solet), curriculum vitae suae nobis reliquit, in quo aliqua magni momenti de S. Ignatio et initiis Societatis Iesu inveniuntur, quae in nostro opere de novo edenda existimavimus.

Qua lingua scriptum.

MEMORIALE ab auctore latine scriptum videtur; tum quia hac lingua invenitur in codicibus amplioribus; tum quia, etsi Faber hispanice sciebat (in qua lingua non paucas epistolas scripsit, et non parva pars MEMORIALIS in aliquibus antiquis codicibus invenitur), intimi animi sensus solent in materna lingua scribi, vel saltem in illa quae tempore Fabri pro materna eruditis erat, latina. Exemplar antiquum gallicum huius libri nullum inventum est. Aliquod aliud indicium MEMORIALE fuisse scriptum lingua latina, esse potest quod exemplar hispanum complutense¹ in fol. 44r, post partem textus integre hispanice transcriptam, cum reliqua in compendium redigere voluit, inter alia scribit; « en el qual año, día de los Santos cinco mártires franciscanos de Marruecos, que es a diez y seis de Enero, dice en su Memorial que *interfuit divinis officiis in ecclesia Sanctae Crucis Conimbricensis, ubi servantur eorum corpora* »... Quae citatio latina, quamvis ad sensum² in opere alias hispanice scripto, videtur indicare abbreviatorem prae oculis habuisse textum latinum.

¹ In cod. *Varia Historia*, I.

² Cf. *Fabri Monum.*, 674, n° 390.

Manuscripta.

Exemplaria latina antiqua quae noscuntur, videntur scripta saeculo XVI, aut ineunte saeculo XVII; sunt autem:

(B) In Bibliotheca-Museo bollandistarum n° 495; (M) Mediolani in Bibliotheca nationali Braidensi, sub signis AD-XI-32; (R) Romae, in archivio Postulationis generalis causarum Beatorum Soc. Iesu (*Causa B. Petri Fabri*). Hoc exemplar in MHSI³, vocatur *Mem. I.*, non indicato loco ubi servabatur; (T) in Bibliotheca publica Trevirensi [*Sign. Faber 23*]. Quintum (*It.*) exstat in urbe Ithaca, in Statibus Foederatis Americae⁴. Aliud est Bruxellis apud «Archives du Royaume», n° 1488, quod, ob adiuncta huius temporis, videre non potuimus. Romae in Bibliotheca Nationali «Vittorio Emanuele II» est extractum ex *MEMORIALI*⁵. Hoc extractum quia non ad verbum, sed ad sensum factum, nihil fere ad stabilendum textum inservit. Idem fere dici potest de exemplari Trevirensi, quod in stilo multum ab aliis differt, et potius quam apographum, videtur dicendum conatus aliquis versionis elegantioris.

Dependentia horum exemplarium, unius ab alio, (si qua est) solum cognosci secure poterit ex attento studio totius textus, quod futurae editionis criticae auctori relinquimus. Ex lectionibus variantibus nostri fragmenti duae familiae conjectari posse videntur; una, cui exemplar *B*; altera, cui exemplaria *MR* pertinenter.

Huius Memorialis est versio hispana anonyma saeculi XVI, quae ad textum critice statuendum inservire potest, cum fortasse sit antiquior exemplaribus latinis nunc cognitis. Plus minus completa aut accurate scripta, continetur sex codicibus nobis notis: uno Romae, simul ligato cum exemplari latino *R*; tribus aliis Ulyssipone in Lusitania: unum in Archivo Ministerii Negot. Exterorum⁶; duo in Bibliotheca publica⁷; alterum ex his in facie interna operculi habet hanc notam: «pera ler no refeytorio d'Evora. 1587»; quinto Salmanticae, in Hispania, in Bibliotheca Universitatis⁸, sexto denique in archivio Provinciae Toletanae S. I.⁹. Parvam quidem partem *MEMORIALIS* codex hic servavit, sed textus est valde

³ Ibid. pp. XIX-XX.

⁴ Cornell University, Ms. M. 15. Videtur prius pertinuisse ad Domum Probationis Trevirensim S. I. Ms. in marg. superiori f. 1r habet: «Domus probationis ***». Locus legi iam non potest. In marg. f. 2r legitur: «IHS *** DN 1576». Fragmenti quod edimus transcriptionem ad nos misit P. Geraldus G. Walsh, S. I. Professor Historiae in Universitate Fordham, cui gratias referimus.

⁵ Ms. gesuit. 1442 (3571).

⁶ Cf. *Monum. Xan.* I, pp. XVIII-XXI.

⁷ Sub signis 3537 et 6181.

⁸ Sign. Estante 1, Cajón 5, n° 6.

⁹ Cod. *Varia Historia* 1, ff. 32-36.

accurate scriptus. De versione hispana illud notandum, eam esse eamdem in omnibus codicibus, etsi in aliquibus foedatam multis verbis pessime scriptis; eamque multum accedere ad textum latinum *R*. In apparatu critico, nisi adsit specialis ratio aliquem codicem nominandi, eam indicabimus sigla *Hi*.

Editiones.

MEMORIALE Beati Petri Fabri editum est primo latine, Vallibus Anicii (Vals près Le Puy, in Gallia), saeculo XIX, tum eodem loco anno 1858, ad usum privatum Domorum S. I. Editionis huius praecipuus auctor fuisse videtur P. Sebastianus Fouillot; eius enim exstat in Archivo Soc. Iesu Romano¹⁰ epistola data Lugduni die 19 Februarii 1843 ad R. P. Roothaan, praepositum generalem S. I. in qua late agit de exemplari MEMORIALIS a se exscripto ex manu scripto bibliothecae comitis MacCarthy, deque editione proposita; quaeritque a P. Generali utrum edi debeat exemplar ut in codice invenitur, an oporteat aliqua verba corrigere, quae minus latina videntur. P. Generalis huic epistolae responsū dedit die 5 Maii eiusdem anni¹¹ in eoque dicit corrigenda esse in editione verba barbara. Nihil aliud de hac re in archivō invenire potuimus. Ex his tamen epistolis iure quis suspicari possit aliqua correcta esse vel emendata. Quae, et quanta, definiri non possunt, cum manuscriptum a P. Fouillot adhibitum perierit, vel in loco ignoto lateat. Textus ab illo editus, cuius exempla sunt in Archivo Romano Postulationis (*Causa Bti. Petri Fabri*) valde similis est textui exemplaris *B*, ut in apparatu critico videri potest. A nobis citatur sigla *Fou*.

A textu Pris. Fouillot omnino pendet editio publica parisensis, dupli forma, maiori et minori, a P. Marcello Bouix anno 1873 adornata.

Tandem MEMORIALE latinum editum est anno 1914 in MHSI, *Fabri Monumenta*, 489-696 ex exemplari *R*. Haec editio in apparatu critico indicatur a nobis sigla *Fa*.

Nulla ex his editionibus vere critica dici potest, quia editores uno codice contenti, reliquorum lectiones, forte meliores, omiserunt. Editores MHSI illud prae Fouillot et Bouix addiderunt, quod in App. 9, pp. 856-886 fragmenta versionis antiquae hispanae ex dupli codice ediderunt. Nos ad huius fragmenti editionem (quamvis generatim exemplar *R* sequimur) codices plures inter se comparavimus, ut ad criticam editionem nostra proxime accedat.

In paragraphorum divisione sequuti sumus editionem MHSI.

¹⁰ Sign. Lugd. 2-XVI, 7 et 8.

¹¹ Archiv. S. I. Romano. Regest. Prov. Lugd. a die 27 Iulii 1836 ad 6 Sept. 1843, I, pp. 292-293.

Versiones.

MEMORIALE in linguam italicam satis libere conversum edidit Romae anno 1873 P. Iosephus Boero, S. I. in altera parte Vitae Bti. Petri Fabri. Nec ex praefatione nec ex textu clare apparet ex quo exemplari latino eam adornarit. Eodem anno ex Boero edidit versionem anglicam Londinii P. H. J. Coleridge, S. I. Anno 1874 edidit Parisiis versionem gallicam P. Marcellus Bouix. Tandem anno 1922, curis Pris Josephi M.^{sc} March, S. I., prodiit Barcinone versio hispana, magna ex parte parata a P. Iosepho M.^a Vélez, S. I.

SIGLA CODICUM:

- B.* Bollandistarum.
- Fa.* Editio apud MHSI, *Fabri Monumenta*.
- Fou.* Fouillot.
- Hi.* Exempla hispana.
- I.* Ithaca (U. S. A.).
- M.* Mediolani.
- R.* Romae.
- T.* Trevirensis.

Textus

IESUS MARIA
SEQUITUR MEMORIALE QUODDAM
QUORUM DAM DESIDERIORUM BONORUM
ET BONARUM COGITATIONUM
RDI. PATRIS M. PETRI FABRI

[INTRODUCTIO]

Benedic anima mea Domino et noli oblivisci omnes retributiones eius, qui redimit de interitu vitam tuam et coronat te in misericordia et miserationibus; qui replet in bonis desiderium tuum, postquam propitiatus est, et quotidie propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, et sanat omnes infirmita-¹⁰

1. Jesus Maria om. B. I || 2 memoriale] *Quae praecedunt, des. in Fou*; *T* nullum habet titulum || 4 cogitationum] Patris Magistri sanctae memoriae Petri Fabri ex Patris N. B. Ignatii sociis I || 5 M. Petri om. B. Fou || 7 qui coronat B || 9 est] fult I || 10 omnes om. B.

MON. 4. - MEMORIALE FABRI (FRAGMENTUM)

tes tuas, dans spem bonam, quod renovabitur ut aquilae in ventus tua¹.

Confitere semper anima mea, et noli unquam oblivisci multa beneficia, quae Dominus noster Iesu Christus et fecit tibi, et singulis facit momentis intercessione benedictae Matris suae Dominae nostrae, omniumque sanctorum et sanctarum caeli, omnium etiam qui pro te orant in ecclesia catholica vivorum et mortuorum.

Adora anima mea Patrem caelestem, honorando ipsum semper, et ei ex omnibus viribus tuis serviendo, totaque sapientia tua et voluntate, qui suo benedicto amore tam misericorditer te adiuuat et fortificat.

Adora redemptorem tuum D. N. Iesum Christum qui tanquam vera via, veritas, et vita², sua sola gratia te docet et illumina.

Adora personam tui glorificatoris Spiritus Sancti paracleti, qui sua benigna communicatione disponit corpus et animam, et spiritum tuum, ut sit mundus, rectus, et bonus in omnibus.

Anno 1542, in octava Corporis Christi Domini nostri³, habui quoddam notabile desiderium faciendi deinceps quod eo usque sola negligentia et pigritia omiseram, scilicet, scribendi (in gratiam memoriae) aliqua spiritualia ex iis, quae Dominus dederit, sive ea sint ad orandum melius, aut ad contemplandum, sive ad intelligendum, aut operandum, sive ad quodvis aliud denique spirituale commodum.

Priusquam tamen de futuris loquar, visum est notare aliqua de praeterita mea vita usque ad hanc horam, sicut occurrit nunc, et me recordor sensisse in temporibus illis, cum

11 renovabitur] *Ab hoc verbo incipit T; aquila M || 13* oblivious unquam *M || 14* et] nunquam obliviscaris gratiarum quas tibi *I;* facit de momento in momentum per *I || 16* Dominae meae *Fou,* nostra Señora *Hi || 17* caeli) gaudientiam in coelo *I || 18* vivorum et mortuorum *om. Fou;* vivos y muertos *Hi;* in *M exstant, sed cancellata.* || 19 honorando] venerando illum *I || 20* ei *om R;* ei omnibus *M;* ei ex *Fou;* y sirviéndole *Hi;* serviendo] illi cum omni tuo posse, scire et velle add. *I || 22* et corroborat *Fou || 27* communicatione] prius sanctificatione *R;* corpus, animam *Fou || 28* ut] ut sis purus et rectus in omnibus *I || 30* Christi *om. M I || 32* ex sola *Fou;* omiseram, notandi scilicet in gratiam memoriae *Fou;* scribendi *om. M || 33* lumina spiritualia *Fou;* algunas cosas spirituales *Hi || 34* melius orandum *Fou;* aut contemplandum *M || 35-36 vv.* aut operandum — commodum *om. M Fou;* exstant in *Hi || 37* Prius autem quam de *Fou;* tamen] vero *I;* aliquid notare *M || 38* vita mea, sicut occurserunt, et me *M.*

1 Cf. Ps. 102, 2-5.

2 Cf. Io. 14, 16.

3 Die 15 iunii.

quadam notabili gratiarum actione, aut contritione, aut compassionē, aut alio spirituali sentimento Spiritus Sancti, aut admonitione proprii angeli boni⁴.

[EPILOGUS VITAE PRAETERITAE]
[1560-1542]

1. *Annus nativitatis. Parentes; — 2. Educatio; — 3-5. Prima studia. Votum castitatis; — 6-7. Venit Parisios. Fit licentiatus. Habitat cum St. Francisco Xaverio; — 8-10. Familiaritatem contrahit cum Sto. Ignatio de Loyola, a quo in via spirituali instruitur; — 11-12. Variis temptationibus agitatur. Abstinet sex dies continuos a cibo et potu; — 13. Parentem invicit. — 14. Redit Parisios. Spiritualia exercitia peragit. Fit sacerdos. Varios animi motus praeteriti temporis recenset; — 15. Votum hierosolymitanum ad Montem Martyrum. Socii qui hoc votum anno 1534 et duobus sequentibus annis emiserunt; — 16-17. Iter Parisiis Venetas; hinc Romam et iterum Venetas. Divisio Sociorum per regionem venetam. Romam iterum venit; — 18. Impedito itinere hierosolymitano, post sententiam in favorem Sociorum latam, hi summo Pontifici se offerunt, qui de eorum consiliis gaudet; — 19. Parmam cum P. Lainez mittitur. Multus eorum laborum fructus; — 20-21. Cum Doctore Ortiz in Germaniam tendit. Commoratur Wormatiae, Ratisbonae. Beneficia a Deo ibi accepta; — 22. Fructus factus ex confessionibus nobilium. Lumina interiora accepta; — 23. Professionem emittil; — 24. Per patriam et Galliam cum Doctore Ortiz in Hispaniam venit; — 25. Octo personae pro quibus speciali modo Deum oral; — 26. Promittit spiritualia ministeria gratis exercere; — 27. Castitatis praesidia quaerit.*

1. Primum igitur beneficium quod notavi cum gratiarum actione fuit, quod Dominus noster anno 1506 in diebus paschalibus me in mundum eduxerit⁵, largitusque fuerit baptis-

⁴ 40 notabili om. M; contritione bis B || 41 Sancti spiritus M || 42 admonitione admirazione M || 3 adduxit I; me nasci fecerit M.

⁵ Cirea sanctos aut pios viros qui intima sensa litteris mandarunt, consuli potest F. VERNET, *Autobiographies spirituelles* apud *Dictionnaire de Spiritualité*, I, col. 1141-1159. Ex primaeva Societate Iesu, praeter nostrum P. Fabrum, id effecit S. Ignatius parens in sua Ephemeride (2 Februarii 1544-27 Januarii 1545, MHSI, [vol. 63] *MI Constitutiones*, I, 86-158); S. Petrus Canisius (Cf. *De spirituali quodam libro diurno* S. Petri Canisii, auctore Friderico Streicher, S. I.; apud AHSI, 2 (1935) 56-63); S. Franciscus Borgia (a 1 Febr. 1564 ad 7 Febr. 1570), cf. S. Fr. Borgia, V, 729-887; alii fortasse.

⁶ Festum Paschae anno 1506 incidit in diem 12 Aprilis.

matis gratiam, utque essem a bonis, catholicis, piisque admodum parentibus educatus⁴; qui cum essent agricultae, sufficientes erant in bonis temporalibus ad me iuvandum in debitis mediis ad salutem animae meae conformiter ad id properter quod sum creatus.

2. Sic autem me educarunt in timore Domini, ut statim a parvulo inceperim mihi esse conscius, et (quod maioris divinae gratiae praevenientis signum est), etiam circa septimum annum sensi aliquoties instinctus speciales ad affectus devotionis, sic ut ab eo tempore Dominus ipse, et sponsus animae meae, voluerit quidem possidere animam meam. Utinam scivissem, utinam sapuisse introducere ipsum et sequi, et nunquam ab eo separari.

3. Circa annum decimum sensi desiderium quoddam studendi; cum enim essem pastor et mundo destinatus a parentibus, non poteram quiescere, et flebam desiderio scholae, ita ut coacti fuerint parentes contra suam intentionem me mittere ad studium, videntesque apertum fructum notabilemque progressum in studiis, tum in intelligendo, tum etiam memorando, non potuerunt impedire, aut efficere quominus pergerem in studio, permittente etiam Domino, ut ad nihil essem minus idoneus, aut vellem, quam ad saecularia negotia.

Studui autem praeceptore Petro Velliardi⁵, qui non so-

⁴ atque *Fou* 2 *ed.*; a catholicis bonisque parentibus *I*; admodum *add.* supra *lin.* in *R*; om *B M*; propriisque parentibus *M* || 9 *Ipsi autem M* || 10 *mei Fa*; mi *R*; mihi *Fou Hi* || 11 *divinae add.* in *R*; *praevenientis divinae M* || 12 *aliquoties speciales affectus devotionis B Fou*; *effectus M*; *aliquos ... effectus Hi* || 13 *uti sponsus B*; *Dominus tanquam sponsus Fou*; Señor y esposo *Hi* || 14 *volut I*; quidem] *quodammodo M*; illam possidere *Fou*; *Hi add.* en mis entrañas || 14-15 *utinam sapuisse!* Utinam scivissem *Fou* || 17 *duodecimum T* || 18 *pastor essem M* || 19 *et flebam om. I* || 21 *supra v. studium est* scholas in *R*; scholae studium *Fa*; ad scholam *M*; ad studium vel scholas *Fou*; ad scholas et studium *I*; vel scholas *add.* in *B*; a la escuela *Hi* || 22 tum intelligendo *M*; in intelligendo *Fou*; en el entender *Hi*; sic intelligendo *R Fa*; in memorando *Fou* || 23 aut efficere *om. Fou* || 25 aut esse vellem *M*; idoneus aut pollens *Fou*; no valia ni queria *Hi* || 26 *Villiardi B Fou*; *Velliarde Hi*; *Vigilardi I*; *Velliardi T*.

⁶ In processu beatificationis parentes vocantur Ludovicus Favre et Maria Perrisin. Cf. *Fabri Monumenta*, 761; GEORGES GUITTON, S. I., *L'Ame du Bienheureux Pierre Favre* (Paris, 1934), p. 11-12.

⁷ Secundum aliquos testes examinatos anno 1596 et 1626, antequam Petrus noster ad Petrum Velliardum in La Roche se conferret, primis litterarum rudimentis studuit in oppido Thônes. Cf. *Fabri Monum.*, 762, 774; GUITTON l. c. 19. De pio hoc sacerdote Petro Velliardo (Veillard) nihil fere potuimus scire praeter ea quae hic dicit B. Faber. P. Ludovicus a Coudreto S. I., et ipse sabaudus ex Sallanches in epistola data Camberiacum die 18 Dec. 1566 ad S. Franciscum Borgiam (*Fabri Mon.*

lum catholica, sed etiam sancta doctrina, vitaque ferventissimae sanctitatis sic clarus erat, ut omnes poetas et auctores, quos interpretabatur, faceret evangelicos; omnia enim applicabat ad aedificationem iuuentutis in timore Domini sancto et casto. Locus autem ubi sepultus iacet, vocatur Roche, tribus distans leucis a pago ubi natus sum, cui nomen Villareto⁸ in magno Bornando, in ep. scopatu dioecesis genevensis, quae tota tunc erat satis catholica.

4. Doctrina et exemplo vitae huius praeceptoris crescere-³⁵ hamus omnes eius discipuli in timorem Domini⁹. Et ita cum essem circiter annorum 12 habui quosdam spiritus impulsus ad offerendum me servitio Dei. Venique quadam die valde laetus in quendam agrum (erat enim vacationis tempus, exercebamque aliquando pastoris officium), cum, inquam, tunc haberem magnuum desiderium puritatis, promisi Domino castitatem in aeternum. O misericordiam Dei, qui ambulabas mecum, et me ex tunc volebas apprehendere. Quare non te bene cognovi, o Spiritus Sancte? Cur ex eo tempore non sciavi segregari ab omnibus, ut quaererem te, et ingrederer tuam scholam? quandoquidem invitabas me, et praeveniebas in talibus benedictionibus. Tu nihilominus me prehendisti, tu me indelebili timoris tui charactere signasti; quem si permisis-

27 sancta Fou *Hi*; sea. *R*; sacra *Fa* || 28 sic clarus erat *M*; sic claruit Fou; sic clarus *R* || 30 timore] amore *I*; timore... sancto et casto *R Hi*; justo et casto *B Fou* || 31 Locus autem in quo vir ille docebat et ... *T*; El lugar donde él estaba, y está ahora enterrado *Hi*; vocatur Korse *Fou*; reliqui omnes Roche aut La Roche || 32 Villareto *R* || 33 Gebenensi *M* || 35 vitae om. *M* || 36 in timore *B M I* || 37 annos *M R Fa*; annorum *B Fou* || 38 quodam die *M*; valde *om.* *M* || 39 in agrum quemdam *Fou*; 39-40 parenthesis est etiam in *M*; et exercebam *M* || 40 inquam *om. M*; cum itaque *I* || 41 promisi Deo *B* || 42 misericordia *M*, misericordia ... ambulas ... valebas ...; quae ambulabas *B Fou* || 43 te non *B Fou*; non tam bene *M*; Quare tunc *I* || 45 segregare me *B Fou*; segregari ab hominibus *M* || 46 me *om. B Fou* || 47 apprehendisti *Fou*.

482) proponit fundationem collegii S. I. in oppido La Roche, subiungens: «dove li Rdi. Padri Pietro Fabro et Claudio Jayo hanno studiato nella loro gioventù, sotto uno maestro che se chiamava Magister Vellicardi, santo huomo, et il quale fece in detto luogo mirabile frutto habendo più di mille scholari» .

⁸ Locus ubi *B.* Petrus Faber natus est, brevissimus pagus est ad paroeciam S. Ioannem de Sixt pertinens, et parum distans ab oppido Grand Bornand; quae duo oppida in chartis geographicis inveniri poterunt, non ita Villaret. Cf. POCHE-BARON, 1-2.

⁹ Satis probabile videtur inter condiscipulos B. Petri Fabri in oppido La Roche fuisse P. Claudium Iaium (Le Jay). Cf. *Fabri Monum.*, 843-846.

ses tolli, sicut caetera bona gratuita, quidni factus essem sic-
50 ut Sodoma et Gomorra¹⁰.

5. Novem annos fui in ea schola, et aetate crescens et scientia, licet non usque in finem illius temporis in sapientia bonitatis et castitatis oculorum meorum. Est itaque satis quod in hoc recognoscam in gratiarum actione multum, et in dolore, et contritione cordis propter peccata quae quotidie (ad eorum aliqua nascendo, et in eis crescendo) commissem contra Dominum meum, multoque plura commisissem nisi divina bonitas permisisset in anima mea (cum timore eius) inordinatum quoddam desiderium sciendi, et discendi litteras.
60 Hoc igitur impulsu me eduxit Dominus de patria, ubi non poteram integrare, et in posterum ei debite servire. Benedictus sis, mi Domine, in aeternum de tanto mihi tunc praestito beneficio, dum me voluisti extrahere a carne, et mea tam corrupta natura, spirituique contraria, et ad ascendendum in
65 cognitionem et sentimentum tuae maiestatis, tantorumque proximorum tam infima.

6. Anno 1525, aetatis autem meae XIX, exiens a patria veni Parisios. Recordare, o anima mea, spiritualium calcarium, quibus iam Dominus tuam conscientiam in sui timore
70 stimulabat, scrupulis videlicet quibusdam, et conscientiae remorsibus, quibus incipiebat te daemon vexare, ut sic quaereres Creatorem tuum, si sapuisses, et sine quibus nec te forte potuisset Ignatius penetrare, nec tu ab eo auxilium quaesisses, ut postea evenit.

75 7. Anno 1529 aetatis autem meae XXIII, 10 die Ianuarii creatus sum bachalaurus in artibus, et post pascha licentia-

⁵¹ ea om. Fou || 53 satis om. Fou; hay harto II.; sat's om. B || 54 in hac M; in hoc multum recognoscam, in gratiarum actione magna, et Fou || 56 eis om. M; in iis Fou || 57 Deum meum M || 60 a patria M || 61 nec et in posterum debite ei Fou; || 62 mihi, Domine Fou; nunc praestito M || 63-64 tunc corrupta M; a carne mea tam corrupta, Spiritui contraria, et Fou || 64 contraria] et trahere in cognitionem et sentimentum tuae divinae maiestatis. Anno ... M || 65-66 et tam multorum I; proximorum R; próximos Hi; paroxysmorum Fou; [meorum] peccatorum; infirma I Fou; correct. in B; baxa Hi [proximo rum scriptum est in R in compendio non facili lectu; probabilitate idem compendium erat in ms. a Fou exhibito || 67 e patria Fou || 69 in sui amore M || 71 te demum vexare M || 73 potuisset te statim penetrare (T legit Statim pro Ignatius) || 75 aetatis autem meae xxij M T; edad de 23 Hi; 24 B R Fou I [initio tamen dixit se natum festis paschalibus 1506] || 76 in artibus om. M.

¹⁰ Cf. Is. 1, 19; Rom. 9, 29.

tus sub magistro Ioanne Penna, doctore nunc in medicina¹¹. Det mihi bonitas divina gratam memoriam ad recognoscendum varia eius beneficia corporalia, et spiritualia, quae in his tribus annis cum dimidio per varia media contulit, dando scilicet mihi talem paeceptorem talemque societatem, quam inveni in suo cubiculo. Dico autem maxime de magistro Francisco Xavier, qui est de Societate Iesu Christi.

8. Hoc anno venit Ignatius, ut esset in eodem collegio Stae. Barbarae¹², et in eodem cubiculo nobiscum, volens ingredi cursum artium in Sto. Remigio¹³ sequenti. Erat autem supradictus magister¹⁴ id oneris suscepturus. Benedicta sit in aeternum divina providentia, quae sic ordinavit in meum bonum, et salutem. Cum enim ab illo fuisset sic ordinatum ut ego docerem praedictum sanctum virum, consecutus sum eius exteriorem conversationem, deinde vero interiorem; qui cum simul viveremus in eodemque cubiculo, eadem mensa, eadem bursa, essetque ipse mihi in spiritualibus paeceptor,

¹¹ Penna om. M. In R I Penna est in margine eadem manu, nec ullum est signum indicans ubi collocandum sit; pro nunc prius erat tantum; Fa loco nunc legit nomine; Penna maximo in medicina B Fou; al presente doctor en medicina Hi || 79 cognoscendum eius beneficia M; gratiam et memoriam ad recognoscenda Fou I || 80 quae mihi his Fou I; || 81 mihi scilicet B; in Fa; mi R; mihi Fou; un tal regente para my Hi; dando se in talem M || 83 Christi om. B Fou || 85 volens nobiscum B Fou || 86-87 noster Regens T; el dicho nuestro regente Hi; magister Xaverius Fou; Eram autem supradicto tempore id ... M; impecchò io dovevo allora cominciare a leggere Bo || 89-90 ... ordinatum esset ut ego M || 92-93 eodem cubiculo, eadem mensa, eadem bursa esset. ipse B; eadem bursa esset, ipse mihi fuit in Fou.

¹¹ Magister Ioannes Peña, hispanus, parum notus est. De eo videntur intelligenda quae de Ioanne Peña habentur apud RICHARDUM G. VILLOSLADA, *La Universidad de Paris durante los estudios de Francisco de Vitoria, O. P.*, 392, 394, 412, 413; cum nempe fuisse ex dioecesi Valentina, iurasse in Universitate Parisiensi anno 1522, magisterium incepisse, patrono Dre. Ribeyro, anno 1524-1525; edidisse Parisiis anno 1537 opus Ferdinandi de Encinas, vallisoletani, *Oppositionum liber*. In cod. R, et in versione antiqua hispana, dicitur « Doctor nunc in medicina »; in aliis cod. (vide lect. var.) « maximus in medicina ».

¹² De Collegio Stae. Barbarae videri potest J. QUICHERAT, *Histoire de Sainte-Barbe*, tom. I-III (Paris 1860-1864); DUON, *Saint Ignace de Loyola*, 187 sqq.; R. G. VILLOSLADA, l. c. 193 sqq.

¹³ Prima dies Octobris.

¹⁴ Existimamus hoc referri debere ad M. Ioannem Peña, sub quo magistro principali S. Ignatius artium magisterium consequutus est (cf. inferius ACTA P. IGNATII, no 82). B. Petrus Faber Ignatio lectiones repetebat. Est tamen magna varietas lectionum hoc loco in codd., ut in apparatu critico videri potest.

dans modum ascendendi in cognitionem divinae voluntatis,
 et propriae, tandem facti sumus unum in desideriis, et voluntate, firmoque proposito eligendi hanc vitam, quam nunc habemus, quicumque sumus, aut unquam fuerint de hac Societate, qua non sum dignus.

9. Det mihi divina clementia gratiam ad bene memorandum et ponderandum beneficia, quae hoc tempore per hunc virum mihi Dominus noster contulit: praecipue vero quod mihi dederit primum intelligere conscientiam meam, tentationes et scrupulos, quibus tanto tempore detentus fueram, nec sciens nec intelligens, aut inveniens viam, qua possem quiescere. Erant autem scrupuli ex timore, quod a multo tempore non fuisse bene confessus de peccatis, quibus adeo vexabar, ut libenter in remedium elegisset in desertum ire, herbis ibi semper radicibusque nutriendus. Tentationes autem erant de foedis malisque imaginibus carnalibus, suggeste spiritu fornicationis, quem tunc non cognoscebam per spiritum, sed litteris.

10. Secundo mihi consuluit, ut confiterer generaliter doctori Castro¹⁵, et deinde singulis hebdomadis, sumendo etiam Eucharistiam¹⁶, dans ad id examen quotidianum conscienc-

95 propriae *B Fou*; propriam *R Fa*; et mei ipsius *T*; y de mí mismo *Hi*; et *om. M.* || 1 junctoque proposito *B Fou* || 2 aut quicumque fuerit *M* || 4-5 memoranda et ponderanda *B Fou* || 7 primum *om. I.*; temptationem *B Fou* || 9 non sciens *B Fou* || 10 ex timore *om. I.* || 11-12 a quibus vexabar ita vehementer *I* || 12 in remedium *om. M* || 13 ibi *add. in R*; herbis ibi semper et radicibus me nutriendo *B Fou* || 14 erant *add. in R*; *om. B M Fou*; Las tentaciones ... eran *Hi*; imaginationibus *I* || 15 quem] qua *M* || 16 litteris et doctrina *M Fa I* [et non est in *R*, doctrina est in marg., nec videtur pertinere ad textum, ut alia vv. marg. quae *om. Fa*] || 15-16 per spiritum; sed mihi Ignatius consuluit *B Fou*; litteris tantum cognoscebam *T*; no conoscia por espiritu, sino por letras *Hi* || 17 confiterer primum generaliter *Fou*; doctori cuidam *I* [In marg. Castro] || 18 sumendi *M*.

¹⁵ Ioannes Castro hispanus (1485-1556). LE VASSEUR, *Ephemerides Ordinis Cartusiensis*, II, 447-452, dicit illum natum Toleti. Stus. Ignatius in aliqua nota data Antonio de Araoz mense febrero 1540 vocat cum burgensem (burgalés) Cf. *MI.*, Epist., I, 191. Ita etiam existimat R. G. VILLALADA, l. c. 385, nota 33. Doctor Castro familiaritate Ignatii magnam vitae mutationem fecerat Parisiis. Cf. ACTA PRIS. IGNATII, nn. 77, 78. Non multis annis post in Hispaniam rediit et monachus cartusiensis factus est; eumque iam monachum revisit Ignatius anno 1535. ACTA PRIS. IGNATII, n° 90. Anno 1542 electus est prior Cartusiae « Porta-Coeli ». Cf. FRANCISCO TARÍN Y JUANEDA, *La Cartuja de Porta-Coeli* (Valencia), p. 284, ubi dicitur « natural de Burgos ».

¹⁶ Haec adamussim quadrant cum ea quae Stus. Ignatius tradit in *Exercitiis spiritualibus*, annotatione decima octava, initio libelli. Cf. *MI.*,

tiae. Necdum enim volebat me in aliis exercitiis ponere, etiam si haberem ad ea magnum a Domino desiderium. Sic nobis transierunt quatuor circiter anni in tali conversatione, et animo eodem conversantes etiam cum aliis. Proficiebamque ego in spiritu quotidie et erga alios et erga meipsum, probabarque in multis flammis et aquis tentationum (multis quidem annis, 25 et eo fere usquequo e Parisiis discessi) in vana gloria, in quo Dominus dedit mihi magnam cognitionem mei ipsius, meorumque defectuum, permittens me in eis nimium profundari et angustiari in remedium vanae gloriae, et ita sola sua gratia mihi dedit in hac materia multam pacem.

11. In gula etiam multos labores passus sum, nec unquam scivi pacem consequi usque ad tempus exercitiorum, in quibus fui sex dies sine ullo cibo, aut potu, praeter eum qui solet dari in communione, scilicet, parum vini, cum semel communicarem¹⁷. Habui etiam plures alias turbationum tentationes super alienorum defectuum contemplatione, suspicionibus et iudiciis; in quo etiam non mihi defuit gratia consolatoris et doctoris, qui me in primis gradibus charitatis proximi disponebat: scrupulos etiam, de qualibet fere re, super imperfectionibus innumeris tunc incognitis, habui eo tempore usque ad egressum 40 e Parisiis.

12. Variis itaque modis me docuit Dominus, remedium ad-

21 ad ea *B Fou T*: para ellos *Hi*; adeo *M R Fa* || 22 in tali *B R Fou*; in om. *M Fa* || 23 eodem om. *B Fou*; conversando *I* || 24 et om. *M*; et gratia aliorum et gratia mei ipsius *B Fou* || 25 multis flammis et om. *Fou*; [annis] aliquot annis *I* in marg. || 26 eo om. *B Fou*; e om. *Fou*; a *M*; in qua *Fou* || 27 mihi dedit *B Fou*; et eorum defectuum *I* || 29 in remedia *M* || 31 passus sum labores *B Fou*; labores et impugnations *I* || 32 assequi *I* || 34 communione *B R Fou*; communionem *Fa*; scilicet et *M* || 35 tentationes turbationum *Fou*; tentationes quae constant magnam perturbationem *I* in marg. || 36 et om. *Fou* || 37 in qua *M*; mihi om. *I* || 38 me ad primos gradus promovit: charitas enim proximi ad id ipsum disponebat *B Fou* || 39 fere om. *Fou*; super quibus *I Fa*; quibus *R*; deest in *Fou*, in *Hi*; fere et *M* || 41 e om. *Fou*.

Exercitia, 242. Scholasticis Societatis praecepit Ignatius confessionem et communionem hebdomadariam, et cotidianum examen conscientiae. Cf. Constitutiones S. I. part. IV, cap. 4, n° 3.

¹⁷ Cf. inferiorius MEMORIALE P. L. González de Cámara, n° 305. Usus dandi laicis parum vini post communionem vigebat Lovanii anno 1553. Cf. Litt. Quadrimestres, II, 303. Imo D. Cabrol explicans verbum « Ablutions » in *Dictionnaire d'Archéologie...* citat plures auctores saeculi XVIII asserentes usum illum adhuc vigere multis in locis. In Missali Romano hodierno dicitur dandum vinum mixtum aqua communicantibus in missa. Cf. Miss. ROMANUM, *Ritus celebrandi Missam*, X, n° 6 in fine. Qui tamen ritus fere iam in desuetudinem abilit.

hibens contra multas tristitias inde provenientes, ut non possim unquam satis digne recordari, possim vero dicere me nunquam fuisse in angustia, anxietate, scrupulo, dubitatione, timore, aliove malo spiritu, quem notabiliter sentirem, quin simul aut paucis post diebus non invenissem verum remedium in Domino nostro; dante eo gratiam petendi, quaerendi, et pulsandi, in quo includuntur innumerae gratiae cognitionum sentimentorum variorum spirituum, quos in dies magis magisque cognoscebam. Reliquerat enim mihi Dominus calcaria quedam, quae me non sinebant unquam esse tepidum. Circa igitur iudicium, et discretionem malorum spirituum, aut sentimentum circa res meas aut divinas, aut proximi, nunquam (ut dixi) me permisit Dominus decipi (quantum existimo), sed in omnibus, et sanctorum Angelorum, et Spiritus Sancti illustrationibus opportuno tempore me liberabat.

13. Contigit autem in fine horum quatuor annorum circiter¹⁸, quod, cum me invenissem iam fortem in solo Domino super propositis, in quibus iam perseveraveram plusquam duos annos, sequendi, scilicet, Ignatium in vitae paupertate, nec aliud exspectassem quam studiorum meorum, eiusque et magistri Francisci caeterorumque eiusdem animi et propositi finem; hoc, inquam, tempore sum profectus visitatus parentes, fuique cum patre, qui (mortua iam matre) adhuc vivebat, septem menses.

14. Anno 1534, aetatis autem meae 28, rediens Parisios, consumandus in studio theologiae, accepi exercitia, initiatu-

43-44 tu possim digne satis recordari *Fou*; mihi digne satis recordari *B* || 44 unquam *om. M*; nunquam me *Fou*; me unquam *M* || 47 ac paucis *Fou*; non *om. M Fa*; in *R* est supra *lin.*; non invenirem *Fou*; yo no hallase *Hi*; post dies invenissem *M* || 48-49 pulsandi, quaerendi et in quo *B Fou*; pulsandi scilicet *I* || 49-50 cognitionem affectum variorumque spirituum *Fou*; variorumque *B* || 52 non me *B Fou* || 53 sentimentorum *M I* || 59 fortem] valde fortem *I*; Domino *R*; Deo *Fa M* || 60 iam *om. B Fou* || 61 scilicet *om. M* || 62 exspectassem *Fou*; expectassem *I*; spectassem *R* || 64 finem] interea dominum sum profectus *I*; sum profectus *Fa Fou*; focom (?) profectus *R*; pagum profectus sum *M* || 65 patre qui mortuus iam nunc, adhuc vivebat *I* || 68 studio *R*; studiis *Fa*; studio theologico *B Fou*.

¹⁸ S. Ignatius, ut numero 8 dictum est, venit in collegium Stae. Barbarae ubi Faber erat, anno 1529. Potuit ergo Faber anno 1533, cum iam fere quatuor anni transiissent, mensibus iunio-decembri apud patrem esse, et ineunte anno 1534 Parisios reverti, et Exercitia spiritualia integra per mensem peragere. Hiems magna tunc erat, cum flumen Sequana gelidum esset et curru traiceretur. Cf. MEMORIALE P. L. González de Cámara, n. 305.

que sum sacris ordinibus (etsi nondum delata esset littera tituli), fecique primum sacrum die S. Mariae Magdalena^e¹⁹.⁷⁰ advocatae meae omniumque peccatorum et peccatricum. In hoc capitulo includuntur innumera beneficia, quae Dominus contulit animae meae, vocando ad tantum gradum, dandoque gratias ut essent omnia propter ipsum solum, non autem aliqua intentione mundana acquirendi honores, aut bona temporalia, cum tamen antea (id est antequam firmarem animum in instituto vitae, quod mihi Dominus per Ignatium dedit) essem semper talibus ventis confusus et agitatus, nunc quidem eligendo matrimonium, nunc esse medicum, nunc jurisperiodum, nunc regente, nunc doctorem in theologia, nunc clericum sine gradu, aliquando etiam monachum. Quibus equidem ventis ego movebar prius, secundum quod erat maius aut minus elementum praedominans, scilicet, secundum quod regnabat haec aut illa affectio, a quibus affectibus me (sicut dictum est) liberans Dominus, sic me sui spiritus consolatoribus roboravit, ut omnino deliberarem esse sacerdos, totus suo servitio dedicatus in tam ardua perfectaque vocatione, ut non sim futurus unquam dignus in ea ipsi servire, nec esse in simili electione, tanque digna quae a me recognoscatur semper quotcumque et quibuscumque potero animae meae et corporis operibus.⁸⁰⁹⁰

15. Hoc eodem anno, die Stac. Mariae in Augusto, omnes qui tunc in eadem eramus determinatione et exercitati (praeter magistrum Franciscum, qui cum esset in eadem determinatione nondum acceperat exercitia), eo die, inquam, ivimus omnes ad Sanctam Mariam, quae Mons Martyrum dicitur²⁰,

69 ordinibus *B Fou T*; omnibus *M Fa*; oibus. *R*; me ordené de todas órdenes *Hi*; delatae essent litterae *M* || 70 fecique *om. M*; die *Sae. Fou Fa Hi*; b. *M R beate [beatae vel benedictae] || 72 innumerabilita I || 74 ipsum filium Fou*; por él solo *Hi* || 75 acquirendi sequendi *I* || 77 per Ignatium Dominus *B Fou* || 78 semper *om. I* || 79 matrimonium, nunc *om. Fou*; queriendo ser casando *Hi*; ut uxorem ducerem *T* || 80 clericum esse *B* || 81 aliquando monachum *om. M* || 81-82 Quibus etiam *B Fou*; Quibus — prius *om. M* || 82-83 secundum elementum quod erat magis aut minus praedominans; id est *Fou* || 83 scilicet *om. M*; id est *B*; *R* ./. id est || 84 me *R Fou*; *om. Fa* || 85 spiritus consilii add. in marg. ! || 87 in hac tam *Fou* || 89 similli vocatione *M*; tanque *R*; tamquam *Fa*; tam digna *Fou* || 90 quotcumque et *om. M*; semper quomodocumque et *Fou* || 93 qui *om. M*; eramus in eadem *Fou*; deliberatione *B* || 94 qui nondum *B* || 1 quea -- dicitur *om. B M*; in monte Martirum *I* || 1-4 *Fou verbis satis diversis* «Sanctam Mariam montis Martyrum et votum fecimus serviendi

¹⁹ Dies 22 Iulii; Ordinem subdiaconatus acceperat die 28 februarii, diaconatus 4 aprilis, presbyteratus vero 30 maii. Cf. *Fabri Monum.*, 1-4

²⁰ Sacellum in quo primi Patres votum eundi Hierosolymam emiserunt, non amplius exstat. De illius vicissitudinibus consuli possunt

prope Lutetiam, ut ibi quisque votum faceret eundi Hierusalem tempore statuto, et post redditum inde ponendi se sub obedientia pontificis romani, incipiendique die assignato relinques parentes, et retia, praeter vaticum²¹.

Eramus autem, qui hac prima vice convenimus²², Ignatius, M. Franciscus²³, ego Faber²⁴, magister Bobadilla²⁵, M.

Deo, prolificandique die assignato Hierosolymam, et relinquendi parentes et reliqua praeter vaticum; et decrevimus post redditum inde ponere nos sub obedientia Pontificis Romani». In B sunt multa deleta, ut difficile sit legere quid tandem scriptum sit. || 5 retia M R T Hi; reliqua B Fou; rel[iqua] I 6-7 Ignatius noster M.

FOUQUERAY, *Histoire de la Compagnie de Jésus en France*, I, 49 sqq., et App. A, *La Chapelle des voeux à Montmartre*, pp. 647-650, et DUDON, *Saint Ignace de Loyola*, Notes et Appendices, 15. *Montmartre* (15 août 1534), pp. 637-639.

²¹ Ex Patribus qui hoc votum anno 1534 emiserunt, illius (praeter nostrum Fabrum) in suis scriptis meminerunt. Lainez, anno 1547, in EPISTOLA DE PATRE IGNATIO, (vide inferius MONUM. 6, nn. 30, 36); Ignatius, anno 1555, in ACTIS PRIS. IGNATII, n. 85; Bobadilla, anno 1569, in epistola data Patri Francisco Borgiae die 31 Augusti, et anno 1589 in epistola data Patri Aquavivae die 11 Augusti; et in Autobiographia (*Bobadillae Monumenta*, 498-499; 602-603, 615); Simon Rodríguez, anno 1577, in tractatu ad Mercurianum, praepositum generalem, de origine Societatis (*Epist. ... Roderici*, 457-458). Nullus tamen verba ipsa voti servavit, sed ad sensum ea referunt, alias alia elementa adlungens vel omittens, ut per se quisque locis citatis videre poterit. Noster Faber videtur supponere redditum a Palaestina certum; alii non ita. Cf. LETURIA, *Apuntes ignacianos*, 69-81, ubi dispersa elementa colligere et coordinare intendit.

²² Locus hic opportunus videtur ut brevissimum vitae curriculum horum Patrum adiungamus, quo ordine a Fabro enumerantur. Nihil dicimus de Sto. Ignatio, cum totum hoc volumen de illo agat. Etiam scriptores vitae S. Ignatii, de eius sociis parisiensibus hac occasione agere solent, v. c. ASTRAIN, *Historia ...* I, lib. I, cap. V; FOUQUERAY, *Histoire ...* I, liv. I, chap. II; TACCHI VENTURI *Storia*, II, cap. IV; DUDON, 205 sqq.

²³ FRANCISCUS XAVIER, hispanus navarrus, natus ca. 1506 in castello de Xavier (*Monum. Xav.*, II, 88-114). Parisios studiorum causa venit ubi iani magister in artibus Ignatio se adiunxit. Missus in Indiam anno 1540; Iaponiam petiit anno 1549; volens in Sinas ingredi obiit in parva insula Sancian, non longe a Canton, ineunte Decembri 1552. Eius litterae non semel editae sunt, praelest in MHSI: MONUMENTA XAVERIANA, I, II. De illo multi scripserunt. Inter recentiores praecepui numerandi L. Jos. M. CROS, S. I., *Saint François Xavier. Son Pays, sa famille*; et St. François Xavier. Sa vie, ses lettres; ALEXANDRE BROU, S. J., *S. François Xavier*, I, II; GEORG SCHURHAMMER, S. J., *Der heilige Franz Xaver*.

²⁴ PETRUS FABER (FAVRE). Post ea quae in hac parte MEMORIALIS narrantur, missus in Germaniam, inde Hispaniam, iterum in Germaniam et inde Lusitaniam et Hispaniam; in Italiam rediens obiit Romae die 1 Augusti 1546. Cf. *Fabri Monumenta*, 481-482; 839-841.

²⁵ NICOLAUS ALFONSUS (Alfonso vel Alonso) de BOBADILLA, hispanus.

Laynez ²⁶, magister Salmerón ²⁷, magister Simon ²⁸, Iaius ²⁹

⁸⁻⁹ Iaius enim nondum in eodem proposito venerat Lutetiam *B Fou; Hi T ut Fa.*

natus in oppido Bobadilla (nunc Boadilla) del Camino, in Provincia et dioecesi Palentina ca. ann. 1509 (*Bobadillae Monum.*, p. VI, 612, 613-633). Post studia facta in Hispania venit Parisios ut linguis perdiscret, et Ignatio adhaesit. Post institutam Societatem lesu multum laboravit in Germania, Dalmatia, et in compluribus regionibus Italiae. Obiit Laureti die 23 Septembris anni 1590, ultimus e primis Ignatii sociis. Cf. *Bobadillae Monumenta*, per totum; de morte vero praecipue pp. 609-610.

²⁶ IACOBUS (Didacus, Diego) LAYNEZ, hispanus, natus in urbe Almazán, in Provincia Soriae, dioecesi vero Siguntina (Sigüenza) anno 1512. Gradu magisterii in artibus in universitate Complutensi (Alcalá) obtento 26 Octobris 1532 (*Lainii Monum.*, VIII, 633-34), ad perficienda studia Parisios venit, ubi non multo post Ignatio se comitem dedit. Instituta Societate lesu, saluti animarum in variis Italiae civitatibus studuit, Concilio Tridentino theologus pontificius ter interfuit; in Galliam anno 1561 ad conventum de Poissy missus; post Ignatii mortem vicarius generalis, tum praepositus generalis electus anno 1558, Societatem rexit ad mortem, qua Romae corruptus est die 19 Januarii 1565 (Cf. *Polanci Compl.*, II, 643, S. *Franc. Borgia*, III, 727-729; *Lainii Monum.*, VIII, 876). Eius *Disputationes Tridentinae* editae sunt a P. Hartmann Grisar, duobus volum. Epistolae et alia documenta in MHSI: *Lainii Monum.*, vol. I-VIII. De eius vita, vid. BOGRO, Gius., S. J., *Vita del servo di Dio P. Giacomo Laynez secondo Generale della Compagnia di Gesù e uno dei primi compagni di S. Ignazio di Loiola*. Firenze 1880; *Vida del siervo de Dios Padre Diego Laynez tercero de los primeros compañeros de S. Ignacio de Loyola en la fundación de la Compañía de Jesús*. Traducida, notablemente aumentada y enriquecida de copiosos autógrafos por el P. Ignacio Torre, S. J. — Barcelona, 1897. Cf. etiam A. MARTINEZ DE AZAGRA, *El P. Diego Laynez, segundo Prepósito General de la Compañía de Jesús*. Madrid, 1933.

²⁷ ALFONSUS SALMERON, hispanus, natus in urbe Toledo anno 1515, obiit Neapoli in Italia anno 1585 (MHSI, *Epist. P. Alf. Salmeronis*, I, p. V; II, 817). Litteris aliquamdiu Compluti operam dedit, tum cum Iacobo Laynez Parisios prefectus, ibi magisterium in artibus obtinuit anno 1536 (*Epist. P. Salm.*, I, 571-572). Ter Concilio Tridentino interfuit; multis in civitatibus contionatus est; praecepit vero Neapoli, ubi etiam praepositus provincialis fuit. Eius Epistolae editae sunt in MHSI, duobus voluminibus. De aliis eius scriptis cf. *Epist. P. Alf. Salmeronis*, II in indice: Salmeron, III. *Scriptor, et SOMMERVOGEL, Bibliographie de la Compagnie de Jésus*.

²⁸ SIMON RODRIGUEZ (Rodrigues, Roderici), lusitanus, natus ca. 1510 in urbe Vouzela, dioecesis Visensis (Viseu); anno 1527 venit Parisios studiorum causa, ubi Ignatio adhaesit. Destinatus anno 1540 ad missio-*nem Indicam* cum Francisco Xavier, in Lusitania remanere coactus est, ubi nascentem Societatem per complures annos rexit. Ab Ignatio evocatus Romam venit anno 1553. Postea in Italia vixit usque ad annum 1565, quo in Hispaniam venit; tandem anno 1574 in Lusitaniam, ubi supremum diem egit Ulisipone die 15 Iulii 1579. Cf. FRANCISCO RODRI-

nondum venerat Lutetiam ²⁹; magister Ioannes ³⁰ vero et Paschasius ³¹ nondum erant capti. Eodemque die in duobus sequentibus annis ibamus omnes ad eundem locum in eodem proposito ad confirmandum eam determinationem, ad quam inveniebamus totius multum augmenti spiritualis.

Erant autem in his annis nobiscum iam Magister Iaius, ¹⁵ Magister Ioannes Coduri, et Magister Paschasius; omnes hi inquam in ultimo anno nobiscum.

16. Anno 1536 decima quinta die Novembbris profecti sumus Lutetia omnes novem supradicti ³², praeter magistrum

^{10 die]} dominae nostrae in augusto add. I; duobus om. M || 11 in eodem proposito om. B Fou; eadem (!) M || 14 Erant iam nobiscum in his annis Fou; autem om. B || 16 ultimo scilicet I || 18 Lutetiam (!) M.

GUES, *Historia...* I, 41 nota 1; MHSI: *MI.*, Epistolae V, vide Indicem; VI, 93; *Epist. P. Roderici*, 732, 766; SACCHINI, *Hist. Soc. Jesu*, part. IV, l. VII, n. 233 sqq.

²⁹ CLAUDIO IAIUS (Jay, Le Jay), sabaudus, natus in oppido Mieussy, ca. 1500; autumno anni 1534 Parisios venit iam sacerdos, in collegio Stac. Barbarae habitavit, ubi die 15 Augusti 1535 cum Ignatii sociis votum Hierosolymitanum emisit. Post institutam Societatem in Italia et Germania laboravit. Obiit Vindobonae die 6 Augusti 1552. Cf. FOUCERAY, *Histoire de la Compagnie de Jésus...* I, 55-56; MHSI: *Epist. PP. Broet, laii... et Roderici*, 258-59; 402-403; BRAUNSBURGER, *Bti. Petri Canisii Epist.*, I, 405-413, ubi invenies pulchrum elogium a Canisio factum.

³⁰ IOANNES CODURI, gallus, natus in oppido Seyne, dioecesis Ebredunensis (Embrun), die 24 Junii 1508, Parisios venit circa annum 1535; Ignatii sociis se adiunxit postquam ille Parisii recesserat. Primus e parisiensibus sociis supremum diem obiit Romae die 29 Augusti 1541. Cf. *MI.*, Epist. I, 406-407. Natalis dies deductur ex ORLANDINO, *Hist. Soc. Jesu*, part. I, lib. III, n. 19, ubi dicit Coduri mortuum esse anno 1541 die martyrii S. Ioannis Bapt. eodem quo S. Praecursor, aetatis anno.

³¹ PASCHASIUS BROET, gallus ex oppido Bertrancourt, in Picardia, dioecesis ambianensis (Amiens) cf. PRAT, op. paulo inferius citatum, pp. 457-459 [Notes et pièces justificatives, I] (haec dioecesis omissa est in Summa Instituti et in Bulla fundationis. Cf. *MI.*, Const. I, 15, 25 etc.) natus ca. 1500, sacerdos anno 1524, Parisios venit exeunte anno 1534. Post confirmatam Societatem in Italia usque ad annum 1552 laboravit; postea in Gallia, praecipue Parisii, ubi peste corruptus obiit die 14 Septembbris 1562. Societatis primus praepositus provincialis in Gallia exstitit. Cf. PRAT, Joann. M., S. J., *Mémoires pour servir à l'histoire du Père Broet et des origines de la Compagnie de Jésus en France* (Le Puy, 1885) 2, 557-560; FOUCERAY, *Histoire*, I, 56-57; 315-317; LAINII MONUM., VI, 416 sqq.; *Epist. PP. Broet... Roderici*, VIII-253.

³² De hoc itinere et prima commemoratione sociorum Venetiis agunt etiam Ignatius in epistola ad Verdolay data Venetiis 24 Iulii 1537. Cf. *MI.*, Epistolae, I, 118 sqq.; XII, 320-323; ACTA PRIS. IGNATII, nn. 92-95;

Ignatium, qui fuerat prefectus anno cum dimidio ante³³, ieveratque Venetias, ibique nos expectabat, quo et venimus post Nativitatem; in quo itinere tanta nobis Dominus beneficia contulit, ut non possint scribi unquam. Ibamus pedites, praeterivimus Laureynam³⁴ et Germaniam, ubi erant iam multae civitates Lutheranae sive Zuinglianae, ex quibus Basilia, Constantia, etc. Erat autem tempus hemale, frigidum valde; quo etiam tempore bellum erat inter Galliam et Hispaniam. Ex quibus tamen periculis eripuit nos et praeservavit Dominus.

Cum venissemus igitur Venetias sospites et laeti in spiritu, ingressi sumus xenodochia hospitalia, quatuor scilicet in hospitale sancti Joannis et Pauli, quinque vero in hospitale incurabilium³⁵, expectantes tempus quadragesimale, ituri tunc Romanum postulatum copiam a pontifice Paulo 3º eundi Hierosolymam³⁶.

17. Anno 1537 post pascha, habita copia a pontifice³⁷, fui-

³³ qui discesserat M || 20 quo et nos M || 23 Lorreina T; Lotharingiam Fou et B post correctionem; Laureynam in Germania M; Lorenam I || 24 Zuinglianae Fou Hi; anglianae I R Fa; lacuna in M; Basilea Fou || 28 et om. Fou || 29 et hospitalia B Fou || 30 Sanctorum Fou M || 32 postulatum tunc I || 34 finimus om. I.

Laynez in EPISTOLA DE PRE. IGNATIO nn. 35-36 (vide MONUM. 6), SIMON RODRIGUEZ, in opere de *Origine et progressu Societatis* (Epp. Roderici 461-478); BOBADILLA in *Autobiographia* (Babadillae Monum., 615); cf. SCHURHAMMER, *Die Reise des hl. Franz Xaver durch die Schweiz*, apud *Schweizerische Rundschau*, I (1916-1917).

³⁴ Stus. Ignatius non directe Parisiis Venetias se contulit, sed prius Hispaniam pertransivit. De quo itinere plura inferius in ACTA PRIS. IGNATII nn. 85-90.

³⁵ Intellige Lotharingiam, Lorraine, ut est in lect. var.

³⁶ Circa Hospitalia incurabilium in Italia, quae praecepue ob sic dictum «morbum gallicum» erecta vel transformata fuere inde a saeculo XV exeunte, queaque ab omnibus fere viris sanctis saeculi XVI invisibantur caritatis et abnegationis causa, cf. TACCHI VENTURI in AHSI, I (1932) 7-23, et CASSIANUM DE LANGASCO, O. M. C., «Gli Ospedali degli incurabili» in Istituto della Restaurazione Cattolica, Genova, 1936.

³⁷ Narratio itineris romani videri potest apud Laynez, l. c.; Simonem Rodriguez, l. c. 478-487; Bobadilla, l. c. 615-616.

³⁸ Facultas eundi Hierosolymam edita est in *Fabri Monum.*, 9-11, ubi per errorem dicitur data die 7 maii 1537, cum certo data fuerit mense aprilii. In originali quidem, ut nunc servatur, exessa charta, non potest clare legi dies, sed certe «kl. maij»; unde colligitur data mense aprilii. Numerus qui legi nequit, videtur esse V; unde data esset V Kal. maii, seu 27 ap̄ilis, quo die etiam data est facultas suscipiendo ordines sacros, de qua immediate agitur. In petitione et concessione eundi Hierosolymam notentur verba: «... sibi, ut sanctum sepulchrum dominis

³⁵ mus profecturi Hierosolymam, et cum non possemus id tunc facere; dispersi sumus in diversa loca, volentes tribus mensibus solitarie vivere ³⁸, ab omnibus aliis expediti, simul etiam ut melius praeparari possent qui nondum erant sacerdotes, disponentes sese ad tantum ministerium. Fuimus autem Ignatius, ego et Magister Laynes Vincentiae; Magister Franciscus cum Salmerone duodecim miliaribus a Padua, Magister Ioannes et Baccalaurius ³⁹ Trevisii, Magister Iaius et Magister Simon in Bassan, Bobadilla et Pascasius Veronae. Post id vero temporis vocati sumus Romam, ivimusque eo tres, qui eramus ⁴⁵ Vincentiae. Erat autem mensis Octobris ⁴⁰.

18. Anno 1538 cum venissent omnes nostri Romam, vi-
deremusque nec tunc patere viam proficisciendi hoc anno Hie-
rosolymam, accepimus facultatem, qua possemus tanquam
⁵⁰ apostolici praedicatorum ubique praedicare, et audire confes-
siones. Fecit autem nobis diploma cardinalis Neapolitanus,

³⁵ tunc agere prius R || 36 in universa (!) M || 37 solitarii Fou; aliis curis Fou; ab om. B || 39 tantum mysterium B Fou. || 40 Vicentiae Fou et infra; et B post correct.; Venetiis T Hi (aliqua) et infra; Franciscus et M. Salmeron B Fou || 41 duodecim abhinc milliaribus Fou; a Padua M R Hi T; deest in B Fou || 42 Hosius Baccalaurius M || 43 in Bassan R; in Bassanum Fou; Bassani Fou, B post correct.; Bassiano M || 47 nec om. Fou; tunc B M Fou; tunc non patere I; tum R || 48 facultatem] pot[estaten] apostolicam I.

cum jherosolimitanum, et alia pia loca ultramarina huiusmodi, et duodecim sociis suis simili devotione eum sociare volentibus, visitare, et ibidem in aliquo pio loco permanere, stare, et quando sibi placuerit, redire... ».

³⁸ Usque ad mensem septembrem erat adhuc spes navigandi in Pa-
laestinam, quia bellum inter Venetos et Turcas nondum proprie declaratum erat usque ad 13 Sept. 1537. (Cf. PASTOR, *Geschichte der Päpste*, Paul III, 192), etsi iam rumores de futuro bello erant sparsi. Cf. *Bobadilla*, 616.

³⁹ Magister Ioannes Coduri et baccalaureus Didacus de Hozes, hispanus malacitanus (Málaga) qui Venetiis sese Ignatio comitem dederat. Hozes ineunte anno (ignoto mense ac die) 1538 obiit. Antequam PP. Ignatius, Laynez et Faber Romam se conferrent, omnes socii Vicentiam con-
venerunt, et novam eorum partitionem fecerunt. Cf. Laynez, l. c. n. 43; ACTA PRIS. IGNATII, n. 95; Rodriguez, l. c. 490-491.

⁴⁰ Ex Vicentia Ignatius debuit venire Venetias ad audiendam sententiam in sui favorem prolatam die 13 Octobris (cf. MI., Scripta I, 624-627), unde Romam pervenire cum sociis potuit versus medium No-
vembrem. Cf. supra MONUM. 2. In hac epistola data die 19 Decembris 1538, dicit Ignatius iam transactum esse annum postquam ille cum duobus sociis Romam venit (« más ha de un año »); et P. Bobadilla, scribens Duci Ferrariae, 15 iunii 1538, dicit duos Patres legere in Studio Urbis « Sapientia » a mense novembri. Cf. *Bobadilla*, 3.

qui tunc erat legatus Romae; fecit autem ipsum mense Maii⁴¹. Velit Dominus ut sciam recognoscere partem meam in tantis beneficiis in communi nobis ab ipso collatis toto eo anno, in quo habuimus tam multas contradictiones nostris bonis propositis, transivimusque per tot ignes probationum, maxime ab inquisitione, quam procuravimus fieri de nobis, factaque tandem est non obstantibus quamlibet magnis favoribus in contrarium. Fuit etiam memorabile beneficium et quasi totius Societatis fundamentum, quod eodem anno post habitam sententiam nostrae purificationis⁴², cum nos ipsos praesentaremus in holocaustum summo Pontifici Paulo 3º⁴³, ut videret in quo possemus servire Christo in aedificationem omnium, qui sunt sub potestate sedis apostolicae, in paupertate perpetua, et parati etiam ire ex obedientia sua etiam ad extremos Indos; voluit, inquam, Dominus ut nos acceptaret et de nostris propositis gauderet. Quapropter semper ero obligatus, et quilibet aliorum, reddere gratias ipsi Domino messis universae ecclesiae catholicae, id est, Iesu Christo domino nostro, qui dignatus est declarare voce sui Vicarii in terra (quae est manifestissima vocatio), voluit, inquam, nobis indicare placere sibi ut serviremus ei, velleque se uti nobis in aeternum.

19. Anno 1539 mense Maii Magister Laynez et ego iussu pontificis Roma profecti sumus Parmam cum cardinali Sti.

⁴² ut sciam] ut possim I || 54 tantas B Fou; in nostris Fou || 55 maxime in Fou || 56 Post quam sequuntur in B decem lineae cancellatae, de rebus quae poste redunt. || 56-57 factumque tandem est judicium,... quibuslibet Fou; Hi ut R Fa; in T est lacuna; factumque B; quibuslibet M || 60 nostrae purgationis Fou; praesenterverimus Fou || 62 nos possemus B Fou || 64 B I om. alterum etiam; usque ad Fou || 65 et nostris M || 67 ut quilibet sociorum aliorum Fou; Hi T ut R Fa || 67-68 messis, id est, universae Fou || 68 id est om. M Fou || 69 declarare] B add. supra lin. bene sibi placuisse per (vocem) || 70 voluit -- indicare om. M; || 69-71 declarare suum beneplacitum per vocem ... et voluit nobis indicare sibi placere Fou || 71 seque velle Fou || 72 mense Maii deest in aliquibus cod. hispanis || 73 Roma] Romani prolecti sumus Parmam I M; Roma prolecti Parmam B; Roma prolecti sunius Parmam Fou Hi; romani prolecti Parmam Fa R; cum ill.mo B.

⁴¹ Diploma hoc editum est in *ML*, Scripta, I, 548-550; illud dedit card. Vincentius Carafa, urbis legatus, absente Paulo III.

⁴² Sententia gubernatoris Urbis in favorem Ignatii et sociorum, data die 18 Novembris 1538, videri potest in *ML*, l. c. 627-629; *Epist. PP. Broet... Roderici*, 505-507; et apud multos auctores Vitae Sti. Ignatii.

⁴³ Haec oblato sociorum summo Pontifici fuit adimpletio voti facti Parisiis anno 1534; quoniam iam annum transierant Patres expectantes sine exitu iter hierosolymitanum.

⁴⁴ Ennius Filonardi, Cardinalis Sti. Angeli, legatus, prolectus est Roma die 20 Junii 1539, ut constat ex epistola Francisci Oddo data Romae die 21 Junii, in qua dicit: «Il prefato R.mo Legato hier sera al

Angeli⁴⁴, fuimusque ibi usque ad mensem Septembri anno
 75 1540. Recordare anima mea beneficiorum illic acceptorum a
 Deo tantum fructum operante per nos et Dominum Hieronymum Doménech⁴⁵; dico autem per confessiones et praedicationes et exercitia; eorum etiam quae facta sunt Sissae⁴⁶; tum etiam infirmitatis, quae duravit fere tres menses, incipiens a
 80 vigesima quinta Aprilis anni 1540, in qua scis nec oblivisci
 poteris multum spiritualem fructum, quem potuisses facere
 secundum cognitionem datam tibi a Domino, ut tu fructificares in spiritu. Recordare quam multum semper debiturus sis
 domui domini Laurentii et domini Maximi⁴⁷, in quorum aedi-
 85 bus fuisti; specialiter vero ortae inde occasionis, recordare ad
 nunquam perdendam devotionem festivitatis Petri et Pauli,
 et precipue Sti. Ioannis Baptiste, et Visitationis Dominae no-

⁴⁴ anni M Fou || 75 illic] Ibi I || 75-76 ab eo M R Fa B; a Deo Fou || 76 operante) sperantem M || 77 Domenech Hi T; Domenich R Fa; Domenechum B Fou || 78 necnon etiam eorum Fou; Sissae] om. I M; Scisae B Fou; Cissa Hi T; Silae (emend. ex Clisiae?) R; M habet: facta sunt, nec sileas infirmitatem, quae || 79 Recordare etiam infirmitatis Fou; facta sunt tempore infirmitatis I; fere om. I; incipiens Fou || 80 sis R, scis M T; tu sabes Hi; in qua re Fou || 81 poteris Fou T, om. R Fa; podrás Hi; potuisses] quem voluisses Fou || 82 ut te confortaret Fou; te fortificaret B; te corroboraret M; ut — spiritu om. I || 83-84 sis Domino Laurentio et Domino Maximo, in B Fou || 84 Maximi R; Marini M I Fa || 85 occasiones I; occasiones. Recordare ad nunquam deponendum M || 86 perdendam] obliviscendam I.

tardi partì di qui per la volta di là, per la via di Loretto ». Cf. TACCHI VENTURI, *Storia...* I, 568, nota 2; II, 241 et nota 1. Non constat PP. Fabrum et Laynez illum praecesisse. Fortasse Faber confundit discessum ex urbe Roma cum tractatione huius missionis, quae potuit incipere mense maio. Verba « mense Maii » desunt in cod. hisp. complutensi; sed sunt in omnibus aliis. Cf. etiam *MI.*, Constit., I, p. XLVII.

⁴⁵ Hieronymus Doménech, hispanus valentinus, tunc iuvenis canonicus, paulo post Societatem Iesu ingressus est. Vid. inf. Mon. 7, nn. 97, 109, 165, 166, 167. Sollemnem professionem quatuor votorum emisit Romae die 20 Octobris 1555. Multos annos Siciliae provinciam rexit; scil. annis 1551, 1553-61; visitator et provincialis iterum 1570-76. Post in Hispaniam misus, vixit Valentiae in domo Professa, ubi obiit anno 1593. Quae-dam de illo memoriae mandavit Petrus Ribadeneira 6 Februarii 1593, auditia eius morte. Cf. *Ribadeneira*, II, 159-164.

⁴⁶ De laboribus et fructu PP. Fabri, Laynez et Doménech Parmae et in vicinis oppidis cf. *Fabri Monumenta*, 14-44; *Lainii Mon.*, I, 3-15; TACCHI VENTURI, I. c. I, 258, 568 sqq. (in ed. 2^a, part. 2^a, 194-205); II, 239 sqq.

⁴⁷ Videtur agi de domino Maximo de' Capitani, pio sacerdote. Cf. TACCHI VENTURI, I. c. II, 256, 266 nota 1; *Epist. Mixtae*, I, 584. De domino Laurentio nihil invenimus.

straes, quibus tantum debes debitum quod tibi nunquam memoria excidet.

20. Hoc eodem anno profectus sum iussu pontificis, iturus in Hispanias cum doctore Ortiz⁴⁸, qui vocatus ab imperatore, me secum adduxit in hanc Germaniam ad colloquia Bormatiae; accessimus autem 25 Octobris⁴⁹.

Recordare anima mea datae tibi in eodem die a Domino nostro memorabilis cuiusdam devotionis usque ad mortem⁵⁰ continuandae. Erat autem de vita Christi et Dominae nostrae, incipiendo scilicet eo die per Horas canonicas memorari specialiter singulorum dierum Christi ab Incarnatione usque ad Ascensionem, et similiter Dominae nostrae ab eius Conceptione usque ad mortem.⁵

Recordare etiam magnae spei conceptae quod id essem perfecturus ante mortem. Recordare etiam memorabilium consolationum, quas tibi Dominus in orationibus tuis dedit Bormatiae, cognitionis etiam tantae ad inveniendos modos oran-

⁴⁸ debitum om. M || 88-89 debes, quod tibi nunquam memoria excidet debitum tuum *Fou*; e memoria M || 90 profecturus eram M; iturus om. M || 91 Hispaniam I; Dominio Ortiz B *Fou* || 92-93 duxit ... Wormatiæ B *Fou*; hanc om. M; ad comitia [Ratis]bonensia I || 93 24 Octobris B *Fou* *Hi T*; vigilisimo quinto M || 94 At recordare ... eodem die *Fou* || 95 *Fou* immutat ordinem verborum. || 1 continuandæ om. *Fou* || 1-4 continuandæ usque ad similiter verbi satis differt I; Christi Domini mel, Incipiendo B *Fou*; y de Nuestra Señora *Hi*; et Dominae nostræ M; Deique Matris T || 2 eodem die *Fou* [eo die *ta ed.*]; memorare M || 4 et om. *Fou* || 6 Recordare et M || 8-9 Wormatiæ *Fou*: dabat Vicomartiae (!) M || 9 etiam om. *Fou*; ad variandos modos M.

⁴⁹ Doctor Petrus Ortiz, hispanus, natus incerto anno in oppido Villa Robledo, studuit philosophiae Compluti; Parisiis vero theologiae (licentiatus anno 1526, doctor eodem anno 9 Aprilis) quam etiam ibidem docuit. Negotiorum curator Caroli V, imperatoris, in causa divertii Henrici regis Angliae a Catharina, Romam venit. Ignatii socios anno 1537 contra spem benigne complexus est, eosque Paulo III commendavit. Ineunte anno 1538 Exercitia spiritualia per dies 40 sub Ignatii ductu in Monte Cassino peregit. Post Germanicam peregrinationem in Hispaniam reddit, Complutique obiit ineunte anno 1548. Vide epistolam Joannis Ortiz, eius fratris, ad Ignatum datam Compluti die 10 Februarii 1548. *Epist. Mixtæ*, I, 475. Cf. VELEZ, *Cartas y otros escritos del P. Pedro Fabro*, I, 405 sqq.; TACCHI VENTURI, I. c. II, 115-117; PASTOR, *Geschichte der P.*, V, 389, 391, 441; R. G. VILLOSLAMA, *La Universal de Paris*, 400.

⁵⁰ P. Fabrum revera pervenisse Wormatiam 24 aut 25 Octobris certum videtur ex eius epistola data Spirae 25 Ianuarii 1541, in qua dicit se scivisse a sociis romanis illos accepisse epistolam Fabri datam in Germania die 27 Octobris. Unde locus hic Memorialis non videtur corrigendus. Cf. *Fabri Monum.*, 60, nota 4; TACCHI VENTURI, II, 270 cum nota. De actis a Bto. Fabro in Germania hoc tempore praeter MEMORIALE cf. epistolas editas in *Fabri Monum.*, 44-119.

10 di, gratias agendi Domino, petendi diversas gratias et tibi, et vivis, et mortuis; orationes etiam quae suggerebantur tibi a Spiritu Sancto pro Germanis. Hoc anno instituta est et confirmata Bulla nostrae Societatis Iesu Christi D. N.⁵⁰.

21. Anno 1541 in Ianuario profecti sumus Ratisbonam,
 15 ubi facta est dieta imperialis⁵¹. In itinere habuisti magnas consolationes in variis orationibus et contemplationibus, offerebanturque tibi multi novique modi et materiae orandi in itinere, verbi gratia, accedendo ad locum aliquem, videndo vel audiendo de ipso, accepisti modum orandi, petendique a Dominino gratiam ut Archangelus talis regionis dominatus, nobis foret propilius cum omnibus Angelis custodibus talium habitatorum, utque verus custos et pastor Jesus Christus, qui erat in ecclesia eiusdem loci, nos iuvaret, provideretque omnibus necessitatibus personarum illius loci, verbi gratia, peccato-
 20 rum existentium in articulo mortis, animarum defunctorum, desolatorum, et quovis alio modo tribulatorum. Cum etiam transirem montes, agros, aut vineas, offerebantur mihi multi modi orandi pro multiplicatione talium bonorum, agendique gratias vice possessorum, aut postulandi veniam pro ipsis, qui
 25 nesciunt in spiritu recognoscere ea bona, neque illum a quo procedunt. Invocabam similiter sanctos, quibus curae sunt talia loca, orans ut facerent id quod nesciunt facere tales habitatores, postulantes veniam scilicet pro ipsis, gratias agentes et necessaria ipsis petentes.

22. Hoc eodem anno Ratisbonae recepi alias innumera-
 biles gratias; primam quidem, quod mihi Dominus dedit ope-

⁵⁰ gratias agendi, a Domino petendi *B Fou*; sed in *B* a est supra lin. || 12 pro Germania *Fou*; pro Germanis *R Hi*; lect. *dub.* in *B*; constituta *I* || 13 nostrae *om.* *M* || 15 est *om.* *B Fou* || 16 afferebanturque *B* || 17 tibi *om.* *B Fou*; multi *om.* *M* || 19 [que *om.* *M* || 20 regionis dominans *M*; regionis habens dominatum *B post correct.* *Fou* || 21 habitationum *B Fou* *M* || 22 verus *B Fou T*; verdadero *Hi*; vere *M R Fa* || 23 provideretque] in particulari add. in *marg.* *I* || 24 verbi gratia] videlicet *M* || 25 animorum *Fou*; defunctorum illius loci *I* in *marg.* || 27 multi *om.* *B Fou* || 28 pro conservatione et multiplicatione *M* || 29 possessoris *B*; possessoris... illis *Fou* || 32 orans ut *Fou M*; ut supra lin. in *B*; ut *om.* *R*; id *om.* *B Fou*; habitatores] omnium illorum locorum add. in *marg.* *I* || 33 postulantes gratiam, sanctitatem pro *Fou* || 36 primum *Fou*.

⁵¹ Innuit bullam Pauli III « Regimini militantis Ecclesiae » datam die 27 Septembris 1540, qua Societatem Iesu confirmavit. Haec bulla habetur in omnibus editionibus Bullarii Romani, et Instituti Soc. Iesu. Cf. in *MI.*, Constitut. I, 24 sqq.

⁵² Ex urbe Ratisbona scribit iam Faber die 26 Februarii 1541. Cf. *Fabri Monum.*, 73 sqq.

rari in suo servitio magna, maxime in confessionibus nobilium curiae imperatoris principisque mei ducis Sabaudiae⁵², qui me in suum confessorem elegit, in quibus confessionibus et factus est multus fructus, et iactum est semen in alia maiora,⁴⁰ quae inde sunt orta. In exercitiis etiam magnatum hispanorum, italorum et germanorum, ex quibus fere totum bonum secutum est, quod est postea factum in Germania.

Suscepi etiam de manu Spiritus Sancti alia notabilia beneficia ad proprium meum spirituale augmentum circa novos modos orandi, aut contemplandi in posterum, aut in confirmatione (cum clariori cognitione et sentimento) consuetorum, v. g. in litaniis, mysteriis Christi et doctrina christiana, petendo diversas gratias, conformiter scilicet ad horum quodlibet, aut veniam, aut gratias agendo Domino illis tribus viis;⁵⁰ idem etiam faciendo, disquirendo per tres potentias, quinque sensus, perque praecipuas corporis partes, per bona etiam temporalia recepta; et sicut id possum facere pro me, sic etiam pro aliqua persona viva, aut mortua, applicando deinde missam ut omnia praedicta melius effectum sortiantur. Inveneram etiam librum quandam Ratisbonae beatae Gertrudis virginis⁵⁵; in quo scribuntur aliquae speciales devotiones, quas ipsa, dum viveret, crescere in dies senserat, unde accepi varios modos orandi, multumque ad id iuvamen.

23. Hoc eodem anno mihi Dominus contulit memorabile⁶⁰ beneficium, ut facerem scilicet in octava Visitationis Domini

37 servitio magnam messem Fou; aliqua notatu digna T; algunas cosas señaladas Hi || 39 confessarium Fou T || 40 et factum est semen M || 42 et om. Fa || 47 et sensu Fou; sentimento reliqui cod.; consuetarum B || 48 ut, verbi gratia Fou || 49 quolibet, aut petendo M; quamlibet I || 50 Domino- om. M || 51 discurrendo Fou || 54 applicando inde ... praemissa M || 55 in T post sortiantur seq. del. scilicet ad horum quolibet || 57 alias spirituales B Fou M; Hi T ut in textu || 58-59 varios om. M || 60 intulit M; memorabile om. Fou.

⁵² Carolus II, qui obiit nocte 16-17 Augusti 1553. Ducatum Sabaudia occupaverat Franciscus I, Galliae rex, anno 1536. Unde intelligitur cur eius dux fuerit apud Carolum V, imperatorem. Cf. EMANUELE FILIBERTO. IV Centenario di Emanuele Filiberto (Torino 1928) pp. 99-100).

⁵³ Probabiliter agitur de opusculo quod vocant «Exercitia», vel «Exercitia spiritualia» Stae. Gertrudis Magnae, quod simul cum eius Revelationibus editum iam erat. Parisiis anno 1513 et Coloniae anno 1536. Cf. ZIEGELBAUER, Magnoaldus et LEGIPONTIUS, Oliverius, *Historia rei litterariae Ordinis S. Benedicti in IV partes distributa*. Pars tertia, p. 511 (Augustae Vind. et Herbipoli, MDCCCLIV). Cf. etiam VERNET in *Dictionnaire de Théologie Catholique*, voce *Gertrude la Grande* (Sainte); G. LEBOIS, *Ste. Gertrude* (Paris, 1919); *Lexikon für Theologie und Kirche*, IV, 443-444.

nae nostrae solemnia vota meae professionis, mitteremque eam ad Magistrum Ignatium, qui erat electus praepositus. Feci autem hanc professionem Ratisbonae in altare maiori eccl^sesiae Dominae nostrae, quae dicitur Capellae veteris, cum multa consolatione spirituali, et fortificatione animae meae in abnegatione bonorum iam abnegatorum voluptatumque carnis iam relictarum, et humilitatis in subiectione et abnegatione omnimoda propriae voluntatis ad omnia. Recepit, inquam, novam fortitudinem et novam cognitionem, sentimentaque magna bonae voluntatis. Sunt autem vota de castitate, paupertate, et obedientia praeposito Societatis. Aliud etiam votum obedientiae, quod promittimus omnes summo pontifici quantum ad missiones. Feci autem professionem hanc coram Smo. Sacramento, dum vellem communicare, cuius forma est sequens ⁵⁴.

« Ego Petrus Faber promitto et voveo Domino Deo nostro, et nostrae Dominae, et omnibus sanctis coelestibus, servare perpetuam castitatem (cum corum auxilio), et perpetuam paupertatem, et perpetuam obedientiam, praeposito Societatis Iesu Christi. Item servare perpetuam obedientiam summo pontifici in missionibus. Et totum hoc promitto servare conformiter ad constitutiones et regulam dictae Societatis. Hanc professionem sic feci; et quia verum est, denuo facio Domino nostro et Dominae nostrae, et tibi Magistro Ignatio de Loyola sicut locum tenenti Iesu Christi in dicta Societate, et praeposito. Ego subsignavi mea manu, nono iulii 1541. — PETRUS FABER ».

62-63 mitteremque ea M || 64 in altari B post correct., M Fou || 66-67 et confortatione ... cum abnegatione Fou || 68-69 cum humilitate in abnegatione et subjectione omnimoda Fou || 69-71 ad omnia — bonae voluntatis om. M || 70-71 incrementaque magna Fou || 73 est votum M; quod R, del. quam; quo Fa; quo promittimus obedientiam summo Fou; obedientiae quam promisimus I; omnes om. B || 74 circa missiones ... promissionem Fou || 75 volens communicare I; communicaturus essem Fou; queriendo comulgar Hi; ante communione T || 75-76 in forma sequenti I || 77 promitto et facio votum I; Deo ... et om. Fou || 78 caelestibus] qui sunt in caelo I; servare Fou; servandi R Fa (et in lin. 81); custodire I || 79 cum illius I; ... eorum auxilio ac M || 81 Item servandi propriam (!) obedientiam M || 82 Et haec omnia I; servare R; servari Fa; facere Fou; conformiter ad] iuxta I || 83 et regulas M; ego feci I || 84 denuo Fou R; de nouo M Fa; quia vere ita est, quin etiam tamquam denuo ipsam facio I || 85 et vobis Magister Ignati de Loyola I; de Loyola B || 86 proposito. Ego subsignavi M; et ... Ego om. B Fou; et in dicta Societate praeposito. Et hoc firmo mea manu I.

⁵⁴ Formula professionis, quae sequitur, exscripta est ad sensum, non ad verbum. Vera formula ex autographo edita est in *Fabri Monum.* 117, estque omnino similis illi qua alii socii usi sunt Romae die 22 Aprilis 1541 ad Sti. Pauli. Vide sis supra, *Monum.* 3.

24. Eodem anno, 27 iulii, profecti sumus Ratisbona dominus doctor Ortis et ego cum tota eius familia, transivimusque per patr.am meam⁵⁵, et Galliam, ubi fuimus detenti et incarcerati septem dies⁵⁶. Quam ob rem noli unquam obliisci magna beneficia Domini nostri, qui nos liberavit sua gratia a detinentibus nos, deditque gratiam conversandi cum illis, et fructificandi in illorum animabus, ita ut etiam dux mihi conficeretur. Factumque est ut bona viscera nostra a Domino data erga totum mundum non fuerint captivata, ofuscata aut perturbata ad ipsos.

Habui nihilominus ipse aliquas tentationes dissidentiae et timoris non exituros nos inde tam cito, nec sine magnis expensis doctoris; in quibus etiam recepi ab eo contrariam et medicinalem consolationem in omni bona spe omnium fere quae contigerunt in nostra liberatione.

25. Die Stae. Elizabeth, reginae Hungariae⁵⁷, habui magnam devotionem, oblatis mihi octo personis cum desiderio habendi eas in memoria mea ad orandum pro ipsis, non respiciendo ad earum defectus. Erant autem summus pontifex, imperator, rex Franciae, rex Angliae, Lutherus, Turca, Bucerus, Philippus Melanchton⁵⁸. Fuit autem occasio quia senseram in anima mea iudicari praedictos a multis, unde orie-

⁵⁵ xxi Julii M; 17 Julii T; Ratisbonae Fou || 89-90 d. Doctor Ortiz M; D. Ortizius B Fou || 92 Qua de re nolo unquam M; Quare noli obliisci B Fou; unquam om. I || 95 in eorum M; cum illorum animabus, B Fou || 1 viscera del., opera add. B; bona opera Fou; buenas entrañas Hi; bonus animus T || 2 erga] contra I || 3 ab ipsis M; circa ipsos Fou || 4 B Fou transp. tria prima vv.; ipse deest in M || 5 vel sine M || 6 D. Ortizii Fou; recepi contrariam a Deo medicinalem Fou; contrariam ab eo B; doctoris) rectoris (?) M; recepi a Deo M || 8 libera liberatione R || 9 Helisabet ... Hungariae R Fa || 10 octo etiam Hi I T; septem Fou; in B prius octo, quo deleto, script. suprat. 7 || 12 eorum B; eorum...; erat autem Fou || 13 rex Franciae om. B Fou || 14 Melanton R Fa; Melanchton Fou Hi; occasio autem fuit Fou || 15 mea om. B Fou; mi alma Hi.

⁵⁶ De transitu Bti. Petri Fabri per suam patriam in itinere hispanico aliqua memoriae mandata sunt in declarationibus testium anno 1596 et 1626. Cf. *Fabri Monum.* 762, 763, 767, 769 sqq.; sed ea magna cautela accipienda videntur, tum ob longitudinem temporis, tum praesertim ob memoriae imbecillitatem in testibus.

⁵⁷ Prope oppidum Nantua, ut paulo inferius in numero 28 dicitur. Quod oppidum situm est in hodierno « Département » AIN, in finibus Sabaudiae et Galliae.

⁵⁸ Dies 19 Novembris.

⁵⁹ Illae octo personae erant: Paulus III, Carolus V, Franciscus I, Henricus VIII, Martinus Lutherus, Solimanus II, Martinus Bucerus et Philippus Melanchton.

batur mihi quaedam sancta compassio proveniens cum bono spiritu.

26. Eodem die promisi Christo fecique votum non accipiendi unquam aliquid pro confessionibus, missis aut praedicationibus, nec vivendi ex reditu, nisi offerretur aliquo modo cui non possem resistere cum bona conscientia; et huius voti multum oportet recordari, tanquam insignis beneficij Christi Domini nostri, qui me adiuvat hoc modo ad melius servandum paupertatis votum ⁵⁹.

27. Die Praesentationis ⁶⁰ cum auxilio spiritus totius sanctimoniae et perfectae castitatis, et ad melius servandum votum castitatis, mihi dedit Dominus quoddam sentimentum cuiusdam specialis reverentiae ad illam purissimam infantem Dominam nostram, pro cuius reverentiae testimonio et memoria proposui abstinere in aeternum cavereque ne unquam iungerem meam faciem cuvis parvulo aut parvulae (quamlibet etiam licita intentione), tantum abest ut id mihi debeat contingere cum personis grandioribus.

16 ex bono *Fou*; con buen spiritu *Hi*; ex instinctu boni spiritus *T*; cum bono spiritu *I* || 20 non vivendi ... nisi *Fou*; etiam si *I B R Fa*; aunque *Hi*; *T* habet etiam lect. valde obscuram || 25-26 et perfectionis castitatis *B Fou* || 27 dedit Deus *B Fou* || 28 spiritualis reverentiae erga *B Fou*; special reverentia *Hi* || 31 ingeram faciem meam *B Fou*; allegar mi rostro *Hi*; iungerem meam faciem *I* || 31-32 quamlibet *R*; qualibet *Fa B Fou*.

⁵⁹ In Constitutionibus anni 1541 (quas forte non conoscebat B. Faber) iam statuta erat gratuitas ministeriorum spiritualium Soc. Iesu; sed non sub voti obligatione. *MI.*, Constit. I, 38, nn. 9-10. Lectionem *nisi*, etsi singularem, admisimus, quia est unica quae rectum sensum referre videtur.

⁶⁰ Dies 21 Novembris.

5

**NARRATIO S. IGNATII DE PROCESSIBUS
ET CARCERIBUS QUOS PASSUS EST**

1545

Praefatio

Narrat P. Tellez in sua *Chronica* voluisse S. Ignatium anno 1545 munus Generalis deponere, atque in eum finem primos Patres Romam convocasse. Sed cum P. Simonem Rodriguez sine Ioannis III, Lusitaniae Regis, venia arcessere neque posset neque vellet, decrevit id a Rege propriis litteris petere. Quo autem facilius Regis animum sibi conciliaret, obsecundavit in ea epistola antiquis potentissimi Principis votis vitam fundatoris ex ordine cognoscere exoptantis. Haec esset causa cur S. Ignatius processus et carceres magno animi candore et humilitate Ioanni III in epistola 15 Martii 1545 narraverit¹.

Sed in his assertis complura nutare videntur. Primo, nullibi (quantum scimus) constat, Ignatium tentasse serio anno 1545 generalatum deponere, ut conatus est annis 1550-1551². Optavit quidem vehementer primos socios anno 1545 ad se convocare, « siendo mucha necesidad de proveer en algunas cosas que a la Compañía mucho tocan », ut in hac epistola ait; vel, ut in alia die 6 Maii 1545 addit: « tenemos mucha necesidad de proveer en los principios de esta Compañía, naciendo cada dia nuevas cosas y oportunidades, para más servir a Nuestro Señor; y demás que maestro Pascasio estando cerca, y maestro Laínez enviando a llamar, hemos hecho hablar a Su Santidad para que tenga por buena vuestra venida »³. Attamen haec ipsa verba pluralitatem novorum negotiorum quotidie exorientium designant, non tamen voluntatem ea et munus ipsum gubernii a se separandi. Et re quidem vera, erat tunc Ignatius non modo Societati regendae, sed etiam eius primis Constitutionibus conscribendis plene intentus, ut ex aliis documentis sciimus⁴. Ratio igitur cur Ignatius Simonem et alios tunc arcessere voluerit, in ipsa negotiorum tractandorum mole et gravitate reponenda videtur, quorum aliqua Lusitaniam attigisse valde verisimile censemus⁵.

¹ TELLEZ, *Chronica* ... lib. II cap. V, 245 n. 5.

² Cf. supra *Chronologiam* ad annum 1551, mense ianuario.

³ MI., Epist. I, 302-303.

⁴ Cf. supra *Chronologiam* ad annos 1544-1545.

⁵ Alia autem Romam respiciebant, quia ait Ignatius: « las [necesidades] de acá que no se pueden bien entender si no fuese ore ad os » ... MI., Epist. I, 314-315.

Verum assertiones P. Tellez apparent etiam alia ex parte cum epistola ipsa parum conformes. Ignatius enim non integrum suam vitam refert, sed solum processus et carceres. Neque id ut Regis petitioni satisfaciat, sed quia eorum rumor vel ad eum fortasse iam pervenerat vel cito per venturus credebatur⁶. Eius igitur consilium videtur illud ipsum fuisse quo anno 1538 hos processus Paulo III eum narrasse Tusculi scimus: « a fin que ninguno le pudiése informar más de lo que yo le he informado »⁷. Quantum vero id illis annis in Lusitania necessarium esset, ex recenti narratione historici illius Provinciae plene constat⁸.

Quod cessit in bonum historiae. Eminet enim haec epistola tum rerum gestarum accurata narratione, tum internis animi S. Ignatii sensibus. Nec mirum quod regi piissimo multum placuerit. Qua in re P. Tellez id asserenti plene consentimus⁹.

Hanc epistolam denuo edimus ob rationes expositas in introductione MONUMENTI 2.

Originale exemplar epistolae non est hucusque repertum. Exstant autem tria apographa: aliud (A) in codice *Epist. NN. 52 (Vitelleschi)* n. 61, et duo (B C) in *codicibus Eborensibus I* fol. 33-34 et *II* fol. 37-38. Haec duo scatent lusitanismis, maxime in modo scribendi, v. gr. scribunt *se pro si* condicionali, sentença pro sentencia.

Textus

IGNATIUS IOANNI III REGI LUSITANIAE
ROMA 15 MARTII 1545

1-3. *Ad praecavenda mala, quae ex falsis rumoribus, ad regem delatis, oriri possint, summa animi sinceritate Ignatius refert persecutio-nes accusationesque apud iudices, quas diversis in locis hactenus passus est; — 4. Tum quoniam socii in Urbe sunt congregandi, iisque Patrem Rodericum videndi desiderio flagrant, postulat ut per regem liceat Romam illum accedere.*

1. La suma gracia y amor eterno de Cristo nuestro Señor a V. A.¹ saludé y visite. Amén.

⁶ « Me persuado que, si no han llegado, llegarán a oídos de V. A. algunas cosas por mí pasadas » ...

⁷ Cf. supra MONUM. 2 p. 10.

⁸ RODRIGUES, *História I/1*, 328 ss., ubi de tribulationibus Provinciae Lusitaniae exordientis sermo est. Praesertim n. 1: « Desconfianças e murmurações (p. 328-330) et n. 2: Iluminados ou ortodoxos? » (p. 330-333).

⁹ « Muito festejou o benignissimo Rey esta carta, mostrando grande satisfaçam de quem escrevia, et notavel gosto de materias que nella se referiam », *Op. cit.* p. 245.

¹ Ioannes III rex Lusitaniae natus est 6º iunii 1502, filius Emmanuelis I et Mariae, regum Catholicoqum Ferdinandi et Elisabeth Hispan-

No con pocas conyepturas y señales, el Señor nuestro lo sabe, me persuado que, si no han llegado, llegarán a oídos de V. A. algunas cosas por mí pasadas, siendo más de mi Señor ⁵ que mías, a quien sea gloria para siempre; en las quales, de-scando siempre gloriarme, no en mí, mas en mi criador y se-ñor, me pareció primero o postrero a V. A., tanto cristianís-mo, siéndole nosotros para siempre obligatísimos, de todas ellas, aunque en breve avisar ².

2. Volviendo de Ierusalén, en Alcalá de Enares, después que mis superiores hicieron tres veces proceso contra mí ³, fui preso y puesto en cárcere por quarenta y dos días ⁴. En Salamanca, haciendo otro ⁵, fui puesto no sólo en cárcere, mas en cadenas, donde estuve veinte y dos días ⁶. En París, donde ¹⁵ después fui siguiendo el estudio, hicieron otro ⁷. Y en todos estos cinco procesos y dos prisiones, por gracia de Dios, nun-ca quise tomar ni tomé otro solicitador, ni procurador, ni abo-gado ⁸ [sino a Dios], en quien toda mi esperança presente y porvenir, mediante su divina gracia y favor, tengo puesta. ²⁰ Después del proceso de París, dende a siete años, en la misma universidad hicieron otro ⁹; en Venecia otro ¹⁰; en Roma el último contra toda la Compañía ¹¹. En estos tres postreros, por ser yo ayuntado con los que son de la Compañía, más de V. A. que nuestra, porque no se siguiese ofensa a Dios N. S. en di-famar a todos los della, procuramos que la justicia tuviese ²⁵ lugar. Y así, al dar de la última sentença se hallaron en Roma

¹⁰ avisar omitt C || 14 sólo] suelo A || 24 los] os B.

niae filiae. Mortuo patre, regnum obtinuit an. 1521. An. 1524 uxorem duxit Catharinam, Caroli V Imperatoris sororem. Obiit mense iunio 1557. Cf. ALFREDO PIMENTA, *D. João III*. Porto, 1936.

² Cf. supra *Praefat.* annot. 6-8.

³ De his tribus processibus complutensis, primo ab Inquisitoribus sine sententia, duobus a Vicario Archiepiscopi Toletani Rodriguez de Figueroa, vide infra ACTA ad nn. 58, 59, 60.

⁴ Ita etiam in ACTIS n. 62. Et cf. *ibid.* annot. ad hunc numerum.

⁵ Textus huius processus non cognoscitur, sed de eo loquuntur sa-tis accurate ACTA nn. 67-68.

⁶ Ita etiam in ACTIS n. 70.

⁷ Factus est processus ob Inquisitore Ori, et quidem mense Septem-bri 1529. Cf. ACTA n. 81, et annot. Cf. etiam *Chronologiam ad hoc tempus*.

⁸ Consentient ACTA n. 60, 67.

⁹ Cf. ACTA n. 86 et eius annot.

¹⁰ Ibid. n. 93 et annot.

¹¹ Cf. supra MONUM. 2, p. 6 sqq.

tres jueces que hicieron proceso contra mí: el uno de Alcalá, el otro de París, el otro de Venecia ¹². Y en todos estos ocho procesos, por sola gracia y misericordia divina, nunca fui reprobado de una sola proposición, ni de silaba alguna, ni dende arriba, ni fui penitenciado, ni desterrado. Y se V. A. quisiese ser enformado por qué era tanta la indagación y inquisición sobre mí, sepa que no por cosa alguna de cismáticos, de luteranos ni de alumbrados, que a estos ¹³ nunca los conversé ni los conocí; mas porque yo, no teniendo letras, mayormente en España, se maravillaban que yo hablase y conversase tan largo en cosas espirituales. Es verdad, que el Señor que me crió y ha de juzgar, para siempre me es testigo, que por cuanta potencia y riquezas temporales hay debajo del cielo, yo no quisiera que todo lo dicho no fuera pasado por mí, con deseo que mucho más adelante pasara, a mayor gloria de su divina majestad.

3. Así que, mi señor en el Señor nuestro, se algunas cosas destas allá llegaren, con aquella inmensa misericordia y suma gracia, que su divina majestad ha dado a V. A. para más servirle y alabarle, se pare a reconocer sus gracias, y sepa distinguir lo bueno de lo malo, aprovechándose de todo; que quanto mayor deseo alcansaremos de nuestra parte, sin ofensa de próximos, de vestirnos de la librea de Cristo nuestro Señor ¹⁴, que es de oprobrios, falsos testimonios y de todas otras injurias, tanto más nos iremos aprovechando en espíritu ganando riquezas espirituales de las cuales, si en espíritu vivimos, desea nuestra ánima en todo ser arraiada ¹⁵.

4. Viendo el deseo grande que los nuestros de acá tienen de ver a Mro. Simón, y siendo mucha necesidad de prover en algunas cosas que a la Compañía mucho toquen ¹⁶, húmilmén-

¹² Paris y A C || 33 indagación A, indignación B C || 39 por cuanta *omitt.* B C || 48 de todo] de *omitt.* B C || 54 arraizada A, arraida C; arraizada y viendo A, arraida y viendo C.

¹³ Cf. supra MONUM. 2, p. 11-12.

¹⁴ « A estos », videlicet « a los alumbrados ». Ita sensus obvius videntur. Scimus aliunde ex POLANI SUMM. HISP. n. 50, non paucos haereticos fuisse ab Ignatio Parisiis ad Inquisitorem adductos ut apud eum cum Ecclesia reconciliarentur. Egit igitur cum haereticis.

¹⁵ Eandem imaginem et verba « librea de Nuestro Señor » adhibuit Ignatius in *Examine* (*Constitutiones*) cap. 4 n. 44.

¹⁶ *Arraizada*. Lusitanismus pro arreada, adornada.

¹⁶ Cf. de hac re *Praefat.* ad hoc MONUM., annot. 2-4.

te suplicamos a V. A. por gloria divina le quiera dar grata y amorosa licencia, así como S. S. le ha dado; porque de su venida acá, y de otros algunos que esperamos ayuntarnos¹⁷, espero que la divina majestad sea servida, y V. A., de quien esta Compañía es más propia que nuestra. Y la serenísima reina, ésta recibiendo por suya, en la su mucha gracia y oraciones humilmente me encomiendo en el Señor nuestro; que El, por su infinita bondad nos quiera dar su gracia complida,¹⁸ para que su santísima voluntad sintamos y aquella interamente cumplamos.

De Roma 15 de Março de 1545.

De V. A. humíssimo e perpetuo servo en el Señor nuestro.

IGNACIO

70

Titulus. Carta que N. P. Ignacio escrivió ao sereníssimo rey de Portugal dom João o 3º, de Roma 15 de Mayo de 1545.

6

EPISTOLA PATRIS LAYNEZ DE P. IGNATIO

BONONIA 16 IUNII 1547.

Praefatio

P. Ioannes Alfonso de Polanco, hispanus burgensis, cui haec epistola data est, ingressus Societatem Iesu aestate anni 1541 (excultus spiritualibus Exercitiis a P. Iacobo Laynez), anno 1542 Patavium ut studia perficeret missus; peragratiss post medium annum 1546 Bononia, Pistoria, Senis, Florentia, Romam rediit ineunte anno 1547, et paulo post munus secretarii Societatis ab Ignatio patre accepit; quod munus iam ei gratulabatur Lainius litteris ad Ignatium datis Bononia 27 aprilis 1547¹.

Epistolae occasio.

Verisimile nobis videtur occasione novi muneris (nisi forte iam antea), voluisse Polancum de initiis Societatis deque

¹⁶ Março¹ Mayo C.

¹⁷ Conventus autem hic locum tandem non habuit.

¹⁸ Cf. *Pol. Compl.* I. pp. VII, 1, 2, 5, 34; *Lainii Monum.*, I, 60.

eius fundatore intimius, quae posset, cognoscere; eaque a P^atre Lainio petiisse. Litterae de hac re vicissim datae nos latent; sed ex his quae Polancus Lainio scribebat die 21 Maii 1547² videtur constare iam tunc Lainium Polanco aliquam narrationem promisisse: « El Sumario prometido para quando affloren las ocupaciones, que por el común bien se toman, esperaré con deseo, y en él recibiré mucha caridad ». Quod summarium nihil aliud esse videtur, nisi haec nostra epistola. Deperditae etiam sunt litterae Polanci ad Lainium diei 11 Junii 1547 ad quas Lainius in fine epistolae alludit.

Traditio manuscripta.

Epistola originalis (quae sine dubio hispanice scripta fuit, sicut aliae epistolae patris Laynez ad Polancum) nunc deperdita est, aut in aliquo angulo ignota latet. Annis 1593 et 1606 erat Matriti, ut ex testimoniosis post adducendis constat. Eo fortasse a patre Pedro de Ribadeneira anno 1574 asportata est.

Manuscripta antiqua hispana.

Quinque nobis nota sunt saeculo XVI scripta:

C = Complutense, ex antiquo archivio collegii complutensis (seu de *Alcalá de Henares*) S. I. procedens, Pris. Christophori de Castro (1551-1615) manu exaratum; simul cum multis aliis documentis saec. XVI ligatum in primo vol. ex tribus dictis *Varia Historia*; nunc in archivio Provinciae Toletanae S. I. Est in ff. 6-17. In indice habet epistola Lainii hunc titulum: « El P. Lainez, de vistas y oídas, describe la vida de Nro. P. San Ignacio, en los verdes años de su vocación con algunos prodigiosos milagros y otras particularidades. Bolonia 17 de Junio 1547 »³.

E = eborense. Invenitur initio codicis (ff. 1-11) signati *Jesuitas CVIII 2-1* Bibliothecae publicae urbis eborense in Lusitania. Epistola nostra habet titulum: « Breue enformação da conversão e vida de N. P. Ignacio de gloriosa memoria, e de como se instituiu a nossa Companhia dada pello R^{do}. P. M^{te}. Diogo Laynez segundo General que foi da mesma Companhia e hum dos primeiros instituidores della ». Textus est omnino similis complutensi⁴.

² Cf. *MI.*, Epist. I, 519 sqq.

³ Editum in *MI.*, Scripta, I, 98-129. De his codicibus *Varia Historia* a P. Christophoro de Castro, qui collegii Complutensis historiam ad annum 1600 scripsit, efformatis ex documentis in archivio collegii inventis non semel actum est in MHSI. Cf. *MI.*, Epist. I, 48-50 (Codex 46). Vide etiam *URIARTE-LECINA, Biblioteca*, II, 186.

⁴ Optimas potuimus habere imagines photographicas. Hoc apogra-

R = romanum. Fasciculus 16 ff. a tribus vel quatuor ignotis amanuensibus scriptus. Incipit: « Jhs. Carta del P.^e M.^o Laynez al M.^o Polanco de 16 de Junio de 1547 ». — Aliquis parum caute cancellavit verbum *Polanco* et scripsit supra *Salmerone*. — In margine dextro habetur haec nota: « Haec relatio latine reddita exstat in Chron. antiquo pag. 70 in fol. in caps. 32 ». In *MI.*, Scripta, I, 98 sqq. aliquae lectiones variantes huius codicis indicatae sunt; sed premium codicis pauci aestimatum est, ut post videbimus⁵.

Ve = Romae in bibliotheca Vittorio Emanuele, *Ms. gesuit.* n° 1372 ff. 71-87. Pluribus manibus scriptus. Textus est omnino similis praecedenti. Ignotus fuit primis huius epistolae editoribus⁶.

X = Exemplar scriptum a P. Iacobo Ximénez S. I. (1530-1596) 16 foliis. Incipit: « Jhus. Copia de una carta del R.^{do} Pre. M.^o Laynez al R.^{do} Pre. M.^o Salmeron (*sic*) de Bolonia a 16 de Junio 1547 ». Sequuntur signa collocationis in antiquo archivo Romano S. J. « G. XXXIX. 4: »⁷.

Horum miss. collatio et inter se dependentia.

Haec exempla videntur scripta saeculo XVI. Mire tamen inter se, non rebus, sed verbis et verborum dispositione differunt, ut nobis videatur hoc non posse explicari secundum regulas communes quibus variatio manuscriptorum fieri solet; sed admittendam esse voluntariam mutationem volentis stilum corrigere. Quinque illa exempla tres redactiones inter se diversas habent. *R Ve* unam, *X alteram*; *C E* tertiam. Ut res clare appareat alias paragraphos exscribemus:

phum indicatum est in *MI.*, Scripta, I, 98, annot. 1; sed nullibi apparet illud usurpatum esse.

⁵ Usque ad annum 1904 solitus erat (cf. *MI.*, Scripta, I, 98, annot. 1: « Aliud hispanicum » etc.; et p. 100 annot. a « 3 hisp. »). Nunc cum aliis opusculis ligatus est in cod. *Vitae 60*, Archivi S. I. Rom. Est in ff. 15-30.

⁶ *Ms. gesuit.* 1372 est codex miscellaneus, multa continens monumenta ad primaeva tempora Societatis. Fortasse aliquandiu ad usum Ptris. Petri de Ribadeneira fuit, quia in eo inveniuntur aliqua eius autographa ad primam editionem latinam Vitae Pris. Ignatii parandam, de quibus alibi nobis agendum erit.

⁷ Ad annum 1899 erat fasciculus separatus, ut constat ex epistola Pris. Astráin ad Prem. Gómez Rodeles data Romae 9 aprilis 1899 in qua accuratissime fasciculum describit. (In nostris mss.) Anno 1904 iam cum aliis opusculis ligatum erat hoc exemplar in codice « Collecta per Patrem Natalem », seu *Instit.* 221, ff. 177-191 in marg. infer.; 222-236 in marg. super. Nullum tamen indicium est hoc exemplar hispanum usurpatum esse a Pre. Nadal. Editum est in *MI.*, Scripta, I, 129-152. Textus magis accedit ad *C* quam ad *R Ve*.

Initium epist in RVe

En quanto la memoria *nos sirviere*, fiel y senzillamente *diremos* en pocas palabras lo que *ocurríere en lo que toca* a las cosas de nuestro P.^e Ms. Ignatio, refiriendo *lo que por edificación nuestra o de otros presentes a tiempo y lugar le habremos oydo dezir* y de sus palabras *colegido*. En lo demás que toca a los principios de la Compañía, hablando como *testigos*, parte de oydas, parte de vista, y en *lo uno y en lo otro refiriéndome a la verdad*, y al buen juicio que *speramos* en nuestro Señor *le dará para tomar o dejar según a gloria de su Magestad y edificación del próximo le parecerá más conveniente*.

Initium in X

En quanto *me servirá* la memoria, fiel y simplemente *diré* en pocas palabras lo que *me ocurre cerca de las cosas de nuestro P. Mtro. Ignatio*, refiriendo *lo que para edificación nuestra o de otros en ciertos tiempos y lugares auré yo oydo dél, y cogido* de sus palabras. Y quanto a los demás que toca los principios de la Compañía, hablando como *testigo*, parte de vista, y parte también de oyda, *me remitto en todo a la verdad y al buen juzcio*, que spero seará dado a V. R. de nuestro Señor, para tomar o dexar, según que a gloria de su divina magestad y edificación del próximo *juzgará ser más expediente*.

Initium in C et E

Quanto la memoria *me sirve, diré em pocas palabras fiel y simplemente lo que me ocurre acerca de las cosas de N. P. Mtro. Ignatio*, refiriendo *aquello que, por edificación nuestra o de otros presentes, en ciertos tiempos y lugares hemos sentido dél, o collegido* de sus palabras. Y quanto a lo demás que toca a los principios de la Compañía, hablando como *testigos*, parte de oyda y parte de vista; *remitiéndome en todo a la verdad y al buen juicio, que esperamos os será dado de nuestro Señor para tomar y dexar de lo escrito según que, a la gloria de su divina magestad y a edificación del próximo más conviene le parecerá*.

In hac paragrapho apparet quomodo res sit eadem in tribus re-dactionibus, et quantum hae differant verbis. In C E auctor indiferenter loquitur in singulari vel in plurali: *me sirve, diré, me ocurre, hemos sentido, como testigos, remitiéndome, esperamos*; illum vero cui scribit, in secunda vel tertia persona alloquitur: *os será dado, le parecerá*. In X auctor semper loquitur in prima persona: *me servirá, diré etc; lectorem vero alloquitur V. R.* In R Ve auctor loquitur in prima persona plurali: *nos sirviere, diremos etc., excepto refiriéndome; lectorem vero alloquitur in tertia persona: le dará, le parecerá ...*

Adiungamus aliqua alia exempla, v. g. cum loquitur de lumine accepto ab Ignatio Minorissae:

R Ve

... « De suerte que en obra de un año que estuvo en Manresa tuvo tanto lum-

X

... « De manera que por espacio de un año que estuvo en Manresa, alcanzó tanta

C E

... « De manera que en espacio de un año en Manresa alcanzó tanta lumbre del Se-

*bre del Señor, que en casi todos los misterios de la fe fué especialmente *illustrado* y consolado del Señor, y singularmente en el misterio de la Trinidad, en la qual tanto se *deleitaua* su espíritu, que con ser hombre simple, y no saber sino leer y screvir en romance, se puso a screuir della un libro ».*

*luz del Señor, que casi en todos los misterios de la fe fué especialmente *alumbrado* y consolado del Señor, y singularmente en el sanctissimo misterio de la Trinidad, en la qual tanto meditaua y se *deleytaua* su espíritu, que siendo hombre simple que no sabla sino leer y escreuir en romance, con todo esso comenzó a escreuir un libro.*

*ñor, que casi en todos los misterios de la fe fué especialmente *illustrado* y consolado del Señor, singularmente en el misterio sanctissimo de la Trinidad, en la cual tanto meditaba y se *deleitava* su spíritu, que siendo hombre simple, que no sabía sino leer y escribir, con todo emperçó á escribir un libro ».*

Denique post victoriam temptationis, quae illi progressum in studiis grammaticae impediebat Barcinone, ita dicitur in tribus redactionibus:

Y con esta obligación humilde y fuertemente hecha a nuestro Señor en aquel su maestro, se quietó por todo el tiempo del estudio de la gramática, hasta que en el studio de las artes de París, donde tenía más ocasiones, por sentir más las enfermedades y tener más pobreza, vino a las mismas dificultades y tentaciones; las cuales por la misma vía dicha venció, y fue de los buenos estudiantes, y el más diligente, supuestas todas las dificultades, de todo su curso, y creo de muchos otros ».

Y con esta obligación, assi humilde y de ánimo esforzado, hecha a nuestro Señor, acabó el estudio de gramática, hasta tanto que fué a estudiar las artes en París, donde tuvo mayor ocasión de las mismas dificultades y tentaciones, por sentir más las enfermedades con mayor pobreza; mas con todo esso, por la misma vía ya dicha venció todas aquellas molestias, y fué uno de los buenos estudiantes y más diligentes (no obstante todas estas dificultades ya dichas y otras) de quantos hubo en su curso ».

Y con esta obligación, assi humilde y de ánimo grande, hecha a nuestro Señor, acabó el estudio de gramática, hasta tanto que fué a estudiar las artes a París, donde tuvo mayor ocasión de las mismas dificultades y tentaciones, por sentir más las enfermedades con mayor pobreza; mas con todo esso, por la misma vía sobredicha venció todas aquellas molestias, y fué uno de los buenos estudiantes, y más diligente, no obstante todas las dificultades, de todo su curso con otras muchas.

In paragraphis exscriptis apparet multo maior affinitas *CE* cum *X*, quam cum *R Ve*. Praeterea in ultimo paragrapgo sensus clarius est in *R Ve*, quam in reliquis, in quibus est valde obscurus.

Ex his tribus redactionibus estne aliqua quae originalem deperditam fideliter repreäsentet; vel saltem quaenam magis ad ori-

ginalem accedit? Directe non valemus quæstionem solvere, cum tres sint fere eiusdem temporis, nec appareat utra ab alia pendeat.

Fortasse indirecte quaestio solvi queat, sive ex citationibus a Polanco factis anno 1548, sive ex versionibus latinis. Polancus cui hanc epistolam dedit Lainez anno 1547, scripsit hispanice anno sequenti 1548 summarium de vita fundatoris Societatis Iesu et de initiis et prima propagatione Societatis. In hoc Summario multa sunt desumpta ex Lainii epistola, ut statim comparanti apparebit. Hoc Summarium nunc primum integrum edemus post Lainii epistolam⁸. Cum in trina redactione hispana de qua locuti sumus, facta eadem sint, nec Polancus semper ad verbum Lainium citet, saepe non erit possibile ostendere ex qua redactione narratio polanciana orta sit. Sunt tamen loci aliqui in quibus redactio Codd. R Ve aliquid speciale habet. Hoc vero invenitur in Polanco; unde iure concludimus codices R Ve magis ad originale accedere, quo certe utebatur 1548 Polancus.

Indicabimus aliqua exempla: nº 8 *estando en un hospital*, Pol. Sum. nº 15 « *estando en el hospital* »; C E omittunt haec verba. — Nº 9 « *le vino una tentación intrínseca* ». Iisdem verbis Pol. n.^o 15. Verbum *intrínseca* non habent C E X. — Nº 13 « *y no saber sino leer y escribir en romance* ». Verba *en romance* habet Polanco nº 21; habet etiam X; non habent C E. — Nº 19 « *regido de otro más alto médico* ». *Regido* ... Pol. Sum. n. 20; *siguiendo* ... C E X. — Nº 23 « *Y con esta oblación humilde y fuertemente hecha ...* »; « *y con esta oblación humilde ...* », Pol. Sum. n. 33; y con esta *obligación*, así humilde ... C E X. — Nº 29 ... « *y dellos algunos han tornado atrás* ». Pol. Sum. nº 54: « *de los cuales algunos han tornado atrás* ». Haec verba desunt in C E X. — Nº 31 ... « *Pedro Fabro, como hermano mayor de todos ...* » [*ita etiam X*]. Pol. n.^o 57 « ... *Fabro, como mayor hermano dellos ...* »; como *hermano menor* C E. — Nº 42 ... « *comencamos a exercitarnos en predicar con poco o ningún estudio* ». Pol. n.^o 71 ... « *con poco o ningún studio* »; con poco o ningún *auditorio* C E.; con *pocos oyentes o ningunos* X. — Nº 54 « *M.^r Jayo primero en Faencia* ». Pol. n.^o 119 ... de Roma fue a *Faenza*; a *Francia* C E X. Possent alia loca adduci ex quibus appareat exemplum quod codd. R Ve supponunt, multo magis accedere ad originale a Polanco adhibitum, quam codd. C E X. De argumento quod e versionibus antiquis latinis erui potest, agemus post earum descriptionem.

Visiones latinae.

Quinque visiones antiquas vidimus valde inter se verbis et stilo diversas.

Prima, et fortasse antiquior, invenitur in codice *Instit.* 221

⁸ Vide inferius MONUM. 7.

(Collecta per P. Nataleim), ff. 192-204 in marg. inferiore, (239-251 in marg. super.) Incipit: « IHS. Exemplum epistolae R. P. Mtri. Lainis ad R. P. Mtrum. Salmeron. Bononiae 16 ca. Iulii 1547 ». In margine dextro sunt duae hae notae ad titulum corrigendum circa P. Salmeronem et datam: « Exemplum hispanum habet: Polancum. 16 Iunii ». « Dictata Salmeroni est, non missa ». — Semel (f. 197v) apparet manus patris Nadal aliqua corrigentis. Textus hispanus a quo procedit, vel X, vel huic omnino similis erat.

Altera invenitur nunc in cod. *Histor. Soc. 67*, ff. 85-94v, ubi est pars Chronicorum Polanci. Textum hispanum mixtum sequitur, qui aliquando concordat cum C E, alias cum X. Ut diversus stilus harum versionum appareat, exscribemus narrationem vulneris Sti. Ignatii:

Inst. 221, f. 192r

« Cum is forte Pamplonae ades-set eo tempore quo a Gallis obsi-dione premebatur, fuissetque magna ex parte causa, ne illud castel-lum in ditionem veniret; mos-chetis (ita vulgo appellatur) glan-de graviter est vulneratus; qua perf[r]actis in plures partes unius cruris ossibus, alterum quoque traiectum est. Ibidem ergo, cum ita graviter affectus in lecto iace-ret, recepto a Gallis in ditionem oppido, perhumaniter ab iisdem est tractatus, suamque in domum de-latus » ...

Histor. Soc. 67, f. 85r

« Cum esset Pamplonae in castro a Gallis obsesso, quod ne in manus hostium se daret magna ex parte ipse in causa fuerat; ictu machinac bellicae (quam artille-riam vocant) percussus in crure fuit, ita ut alterum crus in multas partes una cum ossibus con-fractum esset; alterum vero non parum laederetur, in carne saltem. Itaque aegrotantem, oppido inter-rim in manus Gallorum se traden-te, inter alia beneficia domum us-que advehi curarunt » ...

Tertia (M) exstat in fasciculo qui in parte exteriore habet: « Testimonium PP. Lainez, Salmeron et Polanci de sanctitate et miraculis B. P. N. Ignatii », et intus ita incipit: « *Exemplum testi-monii authentici scriptorum P. Lainez, Salmeron et Polanci, ut intelligatur quid isti Patres senserint de Patre Nostro Ignatio et de aliquibus eius miraculis* ». Huius fasciculi sunt tria exempla Romae in Archivo Postulationis generalis Societatis Iesu: duo in cod. *Pro-cess. beatif. VIII* [nunc habet n. 10] descripto in *MI.*, Scripta, II, xix, codex 37, ff. 46 sqq.; 123 sqq.; tertium in eodem archivio: causa Sti. Ignatii, n. 16. Est quartum exemplum in *Biblioth. Vatic. Latin. 657* (initio cod).

Quarta invenitur in eodem cod. *Process. beatif. VIII*, ff. 39r-43v. Similis est praecedenti. Multas correctiones et lituras habet. Non tamen ex ea procedit tertia.

Quinta denique (Vi) est in versione latina processus remisso-rialis Matritensis anni 1606, facta a Ioanne Viseto, f. 228v sqq.

De tertia (*M*) et quinta (*Vi*) quia existimamus eas valde utiles ad textum originalem cognoscendum, plura nobis sunt dicenda.

(*M*). Initio fasciculi antea citati est petitio praesentata die 25 Iunii [1593] domino doctori Ioanni Btae. Neroni, Vicario generali archiepiscopi Toletani, in urbe Matriti, a patre Gaspare de Pedrosa, procuratore generali Societatis Iesu pro Provinciis Hispaniae, in qua dicit esse in archivio collegii Matritensis Soc. Iesu aliqua scripta originalia patrum Lainez, Salmeron et Polanco, sibiique necessariam esse transcriptionem authenticam talium scriptorum, ut eam Romam vel quo oportuerit, mittere possit. Petit praeterea ut iuridice examinentur testes ab illo praesentandi circa authenticitatem et auctores horum scriptorum. Vicarius generalis praedictus huic petitioni annuit. Sequitur immediate transcriptione epistolae patris Lainez, quae incipit: « In quantum memoria me adiuvaverit, fideliter, sincere, ac paucis verbis ... », et finit: ... « et daemonis invidia, qui mediis haereticis seditiones excitavit » etc. Post epistolae transcriptionem sequuntur depositiones testium examinatiorum eodem die 25 Iunii 1593. Fuerunt hi PP. Petrus de Ribadeneira, Ludovicus de Mendoza, Bartholomaeus Perez Nueros, Aegidius Gonzalez de Avila (Dávila). Tandem Franciscus Ortiz notarius die 28 Iunii 1593 testatur sibi iniunctum fuisse a praedicto vicario generali, ut unum vel plura exemplaria faceret praedictorum scriptorum, quibus sigillatis, reddantur scripturae originales. Quod ita factum testatur.

Testes omnes affirmant epistolam originalem illis exhibitam scriptam esse manu patris Salmeronis et subscriptam a patre Iacobo Lainez, Bononiae 16 Iunii 1547, habere in marginibus aliqua exarata manu patris Polanco, quorum litterarum characteres illis bene noti erant⁹.

Quamvis expresse nullibi dicatur, tamen ex eo quod versio epistolae sit immediate post exhibitionem originalis, et depositiones testium continuo post eam sequantur, possumus secure (ni multum fallimur) assumere versionem hanc epistolae patris Lainii factam esse ex apographo authentico quod P. Pedrosa fieri iussit. Facta videtur Romae paulo post 1593; a quo, non constat.

Nunc vero si hanc versionem conferimus cum exemplis hispanis de quibus superius egimus, appareat eam multo maiorem affinitatem habere cum redactione *R Ve*, quam cum *C* et *X*. Vide loca citata paulo inferius cum de quinta versione agemus. Quo con-

⁹ Exhibutum est etiam testibus citatis aliud scriptum manu patris Polanco, quod incipiebat: « Aliquot notata de P.^e nostro Ignatio sanctae memoriae » et finiebat: « domus Lovaniae etc. » Erat tamen lingua italia exaratum. Hoc scriptum ignotum nobis est. In fasciculo praedicto sequuntur alia circa varia miracula quae dicebantur facta Romae, Toleti, Burgis etc. intercessione patris Ignatii, de quibus nunc nobis nihil dicendum.

firmitur quod iam supra ex comparatione cum Summario hispano patris Polanco diximus de praestantia redactionis hispanae *R Ve.*

Quinta versio latina (*Vi*) Epistolae patris Laynez, ab aliis diversa, invenitur in Processu remissoriali Matritensi anni 1606, facta aliquanto post Romae a Ioanne Viseto¹⁰. In hoc Processu iterum inter alia scripta exhibita est Epistola originalis, quae adhuc erat Matriti in archivo collegii Societatis Iesu; et iterum complures testes interrogati, inter quos ipse P. Petrus Ribadeneira, asserunt esse totam scriptam manu Patris Salmeron et subscriptam a Patre Laynez, ut alii dixerant anno 1593. Facta igitur est versio secundum apographum authenticum Matrito Romanum missum; unde assumere possumus eam in genere repraesentare satis fideliter originale hispanum. Eo vel magis quod versio appetit litteralis, sine ullo ornato additio. Si vero comparetur cum redactionibus hispanis, multo affinior invenitur redactioni *R Ve* quam *C E* vel *X*.

En aliqua exempla: *a*) In cap. III, n. 29 habet haec verba, quae desunt in *C* et *X* [Cf. *MI.*, Scripta I, 110, 139] « y dellos algunos han tornado atrás, pero todavía les quedan algunos buenos vestigios del Señor y viven cristianamente »; versio *Vi*: « quorum aliqui retrogressi sunt, nihilominus tamen eis remanserunt vestigia Domini et christiana vitae ». Idem *M* ad sensum.

b) Ibid. n. 30 [pp. 111, 140] *C* et *X* omittunt verba: « en las cuales hicimos mediano provecho ». *Vi* habet: « in quibus mediocriter profecimus ». *M* « in qua [re litteraria] mediocres fecimus progressus ».

c) In cap. IV, n. 35, cum loquitur de Sto. Francisco Xaverio, verbis valde diversis utuntur *C X* et *Ve*. *C* habet: « vino hasta lamer y chupar la materia de las buvas de uno que las tenía »; *X* « vino hasta lamber y chupar la podre de las ronchas y sarna de uno que tenía las bubes » [*MI.*, ibid. 114, 142]; *R Ve* « hasta

¹⁰ Originale hispanum huius Processus et apographum authenticum Romanum missum nos latent; est tamen versio latina totius Processus in codice ms. 593 in bibliotheca Innocentiana (Pamphiliana) annexa collegio sacerdotum qui curam habent templi sanctae Agnetis Romae in circa Agonalis (Piazza Navona). Epistola patris Lainez est in ff. 228-273v. Testium depositiones de epistolae authenticitate et de auctore ff. 743v-749v; 756v-768v. In f. 799r-v est sequens attestatio: « Et quia ego Joannes Visetus, clericus Leodiensis, suprascriptum processum compulsoriam e suo vulgari Hispanico sermone in latinum retuli et sum fideliter interpretatus, ideo me hic subscripsi in fidem. Jo. VISETUS ». « Presens copia asculata et collationata fuit cum originali Processu interpretatum (sic) de sermone Hispano in latinum per D. Joannem Visetum interpretem et concordare inveni. In fidem me subscripsi hac die 3^a 8bris anni millesimi sexcentesimi undecimi. PAULUS BLANCUS Curiae auditoris camerae Apostolicae notarius ».

lamer o tragarse la sarna de uno que tenía *mal francés* ». *Vi* « *lin-gens etiam plagas unius qui morbo gallico laborabat* ». *M* « *sani-
sa vulnera ex morbo gallico contracta interdum lingebat* ».

d) In eodem cap. n. 42, cum describitur habitatio PP. Ignatii, Fabri et Lainez Vicentiae, *C* dicit: « ... estando sin cámara que tuviese puerta o cerradura, y dividida con un poco de paja »; *X* « estando sin cámara que tuviese puerta ni ventana atajada, con un poco de paja [MI., l. c., 117, 144]; *R Ve* y estando sin *cama* ni puerta ni ventana, sobre un poco de paja »; *Vi* vero: « et iacendo sine *lecto* nec ianua nec fenestra, supra certam quantitatem straminis ». Idem *M* ad sensum.

e) In cap. V, n. 53, de initio persecutionis Romanae anni 1538 dicit *C*: « Antes de la expedición [de la Bula] dió ocasión a ser contra los nuestros y contradecir a ellos un cierto fraile de sanet Agustín; *X* « Antes desta expedición dió ocasión la contradicción de un cierto frayle de la orden de sanct agustín » [l. c. 123, 148]; *R Ve* « Antes de la expedición, por ocasión de haber contradicho a un cierto fray Agustín de Piamenti »; *Vi* autem: « Ante expeditionem, quia contradictum fuerat cuidam fratri augustiniano pedemontano ». Idem *M* ad sensum.

f) In eodem cap. V, n. 54, cum loquitur de sociorum divisione post Societatis approbationem, *C* habet: « Mtro. Claudio fue a Francia donde hizo buen fruto, con Mtro. Fabro y Bobadilla, y después a Alemania, donde hizo asaz con los dichos »; *X* « Mtro. Claudio el primero a Francia, donde hizo buen fruto, con Mtro. Fabro y Mtro. Bobadilla, después en Alemania » [ibid. 123-124, 148]; *Ve* « M^o. Jayo primero en Faencia donde hizo buen fruto, después junto con M^o. Fabro y Bovadilla en Alemania »; *Vi* vero « Magister Jaio primo versus Faventiam, ubi non exiguum fructum fecit, deinde coniunctus cum Magistro Fabro et Boadilla versus Germaniam ». *M* in hoc casu sequutus est falsam lectionem *Francia pro Faencia* et vertit: *Galliam*.

g) In cap. VI, n. 57, post Stephano *Ve* habet: « que ahora está en Bassan »; quae verba omittunt *C X* (ibid. 125, 149); *Vi* habet « qui nunc est in Bassan ». Idem *M*.

h) In eodem cap. VI, n. 58, in fine, *C* et *X* omittunt verba, quae sunt in *Ve*: « creo a don Diego y a mi, y no sé si a M^o. Fabro »; *Vi*: « credo Don Didaco et mihi et dubito an etiam Magistro Fabro ». Idem *M* aliis verbis.

i) Denique ad finem epistolae, n. 62, post: « que os escriba », *C* et *X* non habent verba: « por esta última 11 de Junio » [ibid., 129, 152]; *Vi* « per hanc ultimam sub undecima Iunii ». *M* « in hac ultima epistola scripta 11 Iunii ».

Comparatio versionum M et Viseti inter se et cum textu hispano.

Auctor versionis **M** conatus est suam interpretationem vere latinam reddere, et nonnumquam explicare, sive additis particulis, sive aliquibus verbis vel epithetis, unde non raro paraphastica videri potest. Visetus vero magis adhaeret litterae, nihil de stilo curans. Neuter tamen in aliquibus locis sensum textus hispani bene reddit, sive quia in eorum apographis erat iam lectio corrupta, sive quia vim verborum hispanorum non intellexerunt, sive quia apographum, quod ad nos pervenit, imperfectum est. Et Viseti quidem unicum novimus, unde ex aliis corrigi non potest, ut aliquando fieri potuit in versione **M** cuius aliqua extant apographa. Loci in quibus **M** minus bene sensum hispanum reddit, sunt in numeris 1, 16, 25, 32, 54, 55, 61. Visetus vero in pluribus locis non assecutus est verum sensum originalis, v. e. in nn. 1, 2, 3, 4, 5, 7, 8, 9, 10, 16, 17, 18, 19, 20, 22, 24, 28, 29, 30, 33, 35, 37, 38, 39, 40, 41, 42, 44, 47, 48, 52, 53, 54, 55, 58, 61, 62. Ad finem nobis praefixum in edenda versione latina, non videtur necessarium, nec fortasse utile, omnia loca in quibus Visetus erravit, transcribere. Sufficient pauca exempla.

In n. 1 ubi textus hispanus habet « refiriéndome a la verdad, y al buen juicio que esperamos en nuestro Señor le dará para tomar o dexar » ...; Visetus vertit: « referendo nos ad veritatem, et rectum iudicium quod speramus a Domino nostro consequi ad accipiendum vel omitendum » ... In n. 2 « y dejando el castillo de darse en gran parte por parecer suyo »; Visetus « et castrum illius uollet seditionem facere partim ex suo instinctu et sententia ». In n. 33 « y aunque nos llovió quasi cada día por toda la Francia, y venimos sobre la nieve por todo el camino de Alemania ». --- Visetus vertit: « licet nos duxerit quasi quotidie per totam Galliam, et venerimus super navim toto itinere Germaniae ». Videtur legis se llevó pro llovió et nave pro nieve.

Notae vel additiones marginales.

P. Petrus de Ribadeneira et alii testes, qui ut superius diximus, in processibus matritensibus annorum 1593 et 1606, asserunt Epistolam originalem esse Matriti, affirmant in marginibus contineri aliqua manu patris Polanco exarata. Codices hispani **R** et **V** e habent in marg. complura compendia eorum quae in textu dicuntur¹¹. Versio **M** non servavit has additiones, nisi forte unam,

¹¹ Sunt sequentia, eadem in duobus codicibus, nisi aliud moneamus, neglectis variationibus ortographicis. N. 27. Compañeros de París. N. 29. Vuelve Ignacio de París a España. N. 31. Los compañeros vienen de París a Venecia. N. 35. Llegan a Venecia. — Ve addit Po Fabro —

verbum scilicet « Venetiis » introductum in textu in fine numeri 32, post « Stun. Nicolaum », ubi revera sensum perturbat. In versione Viseti haec tantum compendia habentur (non in marg., sed ita scripta in media pagina, ut appareat ea non esse partem textus epistolae). N. 2. Causa conversionis Magistri Ignatii. N. 5 Votum castitatis et donum. N. 7. Quomodo excubaverit sua arma in Monteserrato et incooperit poenitentiam. N. 8. Fortitudo et constantia. N. 10. Quomodo incepit sentire interiores res Dei. N. 52. De confirmatione Societatis.

In N. 17 post verbum Paduae, exstant in textu inclusa intra parenthesim verba: « Credo quod hoc fuit in civitate Ferrariensi post redditum a Hierusalem », quae omnino videntur procedere ex nota marginali Polanci.

Tam in versione *M* quam in *Vi*, in n. 33, est sententia aliqua satis notabilis, quae abest ab omnibus textibus hispanis. Dum describitur iter sociorum Parisiis Venetiam, habet *M* « In rebus decernendis, praemissa oratione, plurium sententiis stabatur; et hic modus decernendi duravit donec superiorem instituimus »; *Viselus* vero: « Et in eo in quo resolutionem capere debebamus, post factam orationem quiete nos resolvevamus in eo in quo maior pars inclinabat. Et hunc modum observavimus usquequo creavimus Superiorem ». Cum in aliis codicibus desit haec sententia, posset quis suspicari eam provenire ex additione marginali patris Polanci. Contrarium tamen suadet modus loquendi in secunda persona plurali « instituimus », « observavimus ». Ideo sententiam in textu latino retinemus; eam tamén versam hispanice, et in textum hispanum inducere non audemus. P. Polanco in *Summario hispano*, n. 63, dicit: « En lo que había que resolver, después de haber hecho oración quietamente lo resolvían, tomando la parte a que inclinaban los más; y este modo guardaron hasta que hicieron superior ».

Versio itala.

Tria apographa versionis antiquae italicae invenimus: Primum in cod. *Histor. Soc.* 5 b (prius *Memorie varie circa S. Ignazio*) in parvo codicillo sine ullo titulo; signatum solo numero 32; nunc vero stilo lapideo ff. 46-57^r (in parte superiori); alterum in parvo codice *Vitae 4a* (prius *Notizie di S. Francesco Borgia, di S. Ignazio etc.*) ff. (recenter scriptis) stilo lapideo in parte supe-

Mo Francisco. N. 37. Parten de Venecia a Roma. N. 40. Llegan a Roma [los compañeros add. Ve] y hablan al Papa. N. 41. Tornan de Roma a Venecia. NN. 42-43. En Venecia [*Deest in R.*] N. 44. Otra vez se parten. N. 45. En Ferrara. N. 46. En Bolonia. N. 47. En Siena. N. 48. En Roma. N. 49. Todos [juntos add. Ve] en Roma. Obras pías introducidas en Roma. N. 51. Cómo se deliberaron hazer Companya [*Deest in R.*].

riori) 55-76, hunc titulum habet: *Vita del Rdo P. Mro Ignatio de Loyola, fundator de la nra. Comp^a di Gesù*; tertium in cod. *Instit. 114*, ff. 19-22, valde incompletum; pervenit tantum usque ad commemorationem Ignatii Barcinone; atque ita finit: ... « che vedendosi trauagliato, per vincere più la tentatione et acquietarsi andò a trovar il maestro ». Versio eadem est in tribus apographis; transcriptio tamen (quamvis erratis non careat) accurior est in *Vitae 4a*, quam in *Histor. Soc. 5 b*. Haec versio itala sequitur textum hispanum satis similem X. Nihil ad textum originalem stabilendum confert; quia locos difficiliores vel omittit, vel non intellexit.

Epiſtolae diſfuſio et inſluxus in hiſtoricos S. Ignatii.

Quamvis haec nostra epistola typis edita non sit usque ad annum 1904 apud MHSI: *ML. Scripta*, I, 98-129; 129-152, secundum apographa C et X; tamen, ex apographis mss. hispanis, quae adhuc manent, et ex versionibus, quas recensuimus, appareat in primaeva Societate fuisse satis nota. Stus. Franciscus Borgia litteris datis ad Prem. Nadal 8 Ianuarii 1567¹² petebat ab eo ut Romanum mitteret scripta quae habebat de Patre Ignatio, ad eius vitam, quae tunc parabatur, perficiendam; cui Nadal respondit: « Non penso hauer altra cosa, se non quello della vita del P. Mro. Ignatio che scrisse il P. Ludovico Gonzalez, che la P. V. dice hauerne, et certe cose che ha notate il medesimo Padre, essendo ministro in Roma; il che so che ha il P. Sebastiano [Romei], et una lettera del P. Mro. Laynez che è comune a tutti »¹³. In his qui primum aliqua ediderunt de P. Ignatio et de Societatis Iesu initiosis, v. g. Widmastadio (1556)¹⁴ et Didaco Payva de Andrade (1564)¹⁵ non clare appetat influxus aliquis specialis epistolae Lainii; utique in *Vita Ignatii Loiolae, Societatis Iesu fundatoris* a P. Petro de Ribadeneira anno 1572 edita; qui et ipse de operis fontibus in praefatione (anni 1569; pp. 7-8) dicit: « Postremo [dicemus] quae a R. P. Iacobo Laine, Societatis nostrae preeposito generali, vel sermone, vel scripto accepimus; qui propter arctissimam coniunctionem, et summam ipsi illis primis initiosis laborandi patiendique cum Ignatio societatem, cum esset tempore ex sociis fere primus ex decem, amore omnium carissimus filius, multa vidit, multa notavit, eaque in quotidiano sermone, optanti mihi saepe narravit ». Polancus, ut supra diximus, et infra in Summarii hispanicici editione notabimus, multa ex Lainii Epistola in suum Summarium transtulit; unde in Vitam latinam Pris. Ignatii ante

¹² Cf. *Nadal*, III, 365, n° 7.

¹³ *Ibid.* 423, n° 2.

¹⁴ *De Societatis Iesu initiosis*, etc. Vide infer. MONUM. 19.

¹⁵ *Orthodoxarum Explicationum libri decem* ... Venetiis MDLXIII. -- *De origine Societatis Iesu*, Lib. I.

Chronicon editam transiere. P. Petrus Maffei, qui post Ribadeneiram vitam Ignatii edidit (1585) multa etiam profert ex Lainii epistola, sive directe attincta, sive probabilius ex Polanci scriptis. Orlandini, Sacchini, Bartoli etiam Lainii narratione nituntur; et recentiores nobilioresque Sti. Ignatii historici, ut (aliis multis omissionis) H. Böhmer, Astráin, Tacchi Venturi, Dudon.

Mirum videtur quod Pinus in AA. SS. Iulii, VII, Commentario praevio, fere numquam hanc Lainii epistolam citet; cum tam saepe, non solum Ludovicum González de Câmara, sed et Ribadeneiram et Maffeum testes afferat. Fortasse quia Lainii epistola typis adhuc non erat edita, nec ad manum apographum illi praestato erat.

Epistolae Lainii auctoritas.

Ex his quae e Ribadeneira paulo ante exscripsimus, et ex dictis a Lainio initio epistolae, intelligi potest quanta sit epistolae Lainii auctoritas; hominis scilicet qui diu et intime cum Ignatio vixit; qui pars fuit et actor multorum quae narrat; qui parum a narratis eventis distat; qui in florenti aetate, viriumque et corporis et animi splendore est. Notanda praeterea Lainii aequanimitas, qui nec virtus celat, nec virtutes exaggerat. Digna etiam laude eius modestia, qui non mordicus dictis adhaeret, sed veritati cuncta submittit. Ideo nobis licitum visum est aliqua notare, quae minus accurate dicta videbantur. Harum imperfectionum causa ex parte fuit praecipue epistolae scriptio ob alias graviores occupationes; et veniam faciliorem merentur eo quod epistola scripta fuit non ut in publicam lucem edereretur, sed ut Polancum in Summario parando iuvaret. Initio epistolae loquitur auctor numero plurali, vel quia indeterminate loquitur, vel quia (ut aliqui intellexerunt) loquitur etiam nomine Patris Salmeronis, cui epistolam dictavit. Prima ratio sufficere videtur; quamvis non negandum est aliquid auctoritatis accedere ex tacito Salmeronis consensu, qui recte potest admitti. Iudices Rotae Romanae in Relatione oblata anno 1617 summo Pontifici Paulo V ad obtinendam Ignatii canonizationem¹⁶ saepè hanc Lainii epistolam citant sub nomine Vitae Patris Ignatii a Lainio scriptae¹⁷.

De hac nostra editione.

Ut superius diximus, haec Epistola Patris Lainii primum typis edita est anno 1904 (et quidem bis) in *MI.*, Scripta, I, 98-129; 129-152. Nec postea, quod sciamus, edita est. Editio illa accurate facta est, secundum codices *C* et *X*, et in codicis *C* reproductione.

¹⁶ Cf. *MI.*, Scripta, II, 983 sqq.

¹⁷ Ibid. 989, 992, 996 etc.

non paucae lectiones variantes aliorum codicum et versionum sunt indicatae, et annotationes illustrativa (non multae quidem) additae. Dolendum quod editores meliorem codicum familiam non recognoverint; quamvis fatendum in rebus praecipuis omnes codices convenire. Nostra editio sequitur codices *R* et *Ve*, qui, ut superius ostendimus, tum ex comparatione cum *Summario hisp.* Polanci, tum cum versionibus latinis ex originali provenientibus, ad originale proprius accedunt.

Hi duo codices fere semper et rebus et verbis inter se consentiunt. In locis in quibus dissentunt, *Ve* solet cum versionibus latinis *M* et *Vi* concordare: ideo eum sequimur, et lectiones *R* in apparatum reicimus. Aliquando etiam *Ve*, sive inscritia, sive oscillantia amanuensis, manifesta errata habet, quae vel ex *R* vel ex aliis codicibus correxiimus, fontes indicantes.

Multas lectiones variantes codicum *C E X*, quae sunt orthographicae, aut stili, et nihil videntur ad genuinam textus intelligentiam conferre, ut inutiles et lectoribus fastidiosas omittimus. Si quis tamen velit omnes lectiones variantes illorum codicum cognoscere, adeat *MI.*, Scripta, I, ubi codices *C* et *X* transcripti sunt. *E* negligi potest, quia fere semper cum *C* convenit¹⁸.

In codd. mss. nulla est epistolae divisio. Retinuimus divisionem primae editionis in sex capita; et praeposuimus numeros ante paragraphos, ut facilius citari possint.

Versio latina.

Ut aliquorum indicationi morem gereremus¹⁹, et his qui lingua hispanam difficuler intelligunt, faciliori usui nostra editio esset; decrevimus etiam in lucem dare versionem latinam antiquam; et ex quinque, quas supra recensuimus, seligimus *M*, quia facta videtur secundum epistolam originalem hispanam et cum nostro textu hispano (licet nonnumquam aliquantulum paraphrastica dici possit), concordat, ut non fuerit necesse (nisi raro) an-

¹⁸ Primi editores huius Epistolae elegerunt ut meliorem textum ab illis vocatum « hisp. 1 », a nobis *C*, ex codice *Varia historia*, duabus inducti rationibus (cf. *MI.*, Scripta, I, 98, annot. 1): prima quia cum ad finem saeculi XVI et initio XVII epistola originalis esset Matriti, existimandum est patrem Christophorum de Castro cuius manu scriptum est exemplar, illud ex originali transcripsisse; altera, quia versio latina, quae est in cod. *Histor. Soc.* 67, cum illo exemplari concordat. Sed prima ratio eodem iure valeret pro exemplis Romanis *R*, *Ve*, *X*, quia antequam epistola originalis migrasset Matritum, fuit per multos annos Romae. Neque altera ratio rem evincit, cum nesciamus utrum facta sit ex originali, an ex exemplari iam emendato. Quare nos aliam viam, quam supra exposuimus, inivimus ad meliorem codicum familiam cognoscendam.

¹⁹ TACCHI VENTURI, *Storia*, II, p. XXV, nota 1.

notationibus discrepantias indicare. Ad faciliorem etiam duorum textuum comparationem, eam contra textum hispanum edimus. Viseti versio, ut superius diximus, in pluribus locis magis imperfecta est.

Quod dispositionem attinet, versio latina erit in paginis imparibus, textus originalis hispanus in paribus. Compendia capitum erunt communia utriusque textui; itemque annotationes, praeter illas quibus adiectus est asteriscus, quae sunt versioni latinae propriae.

SIGLA CODICUM HISPANORUM:

- C = Complutensis.
- E = Eborensis.
- R = Romanus.
- Ve = Biblioteca « Vittorio Emanuele II » (Roma).
- X = Exemplar Patris Iacobi Ximénez.

SIGLA CODICUM LATINORUM:

- C = versio quae est in cod. *Histor. Soc.* 67, ff. 85-94r cum Chron. Polanci.
- N = Versio in cod. *Instit.* 221 (Collecta per Prem. Natalem) ff. 192-204. (prius 239-251).
- P = Versio in Archivo Postulat. Causa Sti. Ignatii № 10, ff. 39-43.
- M = Versio ex apogr. matritensi anni 1593 eodem loco, post P; Ma, Mb, Mc, Mv. diversa apographa eiusdem versionis in Archivo Postulationis et (Mv) in Bibl. Vaticana.
- Vi = Versio Ioannis Viseti, in Processu compulsoriali Matritensi.

Textus originalis hispanus

[CAPUT I]

1. *Praefatio. Epistolae natura.* — 2. *Ignatii patria, indoles. In expugnatione arcis Pampilonensis vulneratio.* — 3. *Convalescit. Diversis agitatur spiritibus. Sanctorum vitas legit.* — 4. *Propositum vitae austerioris init. Patriam relinquit.* — 5. *In Montem serratum tendens, castitatis votum emittit.* — 6. *Equum et vestes distribuit.* — 7. *Apud Montem serratum spirituali militiae consecratur: novis armis vestitur. Asperam vitam agit Minorissae.* — 8. *Primis quatuor mensibus, quamvis rerum divinarum ignarus, a Deo adiuvatur. Tentationem inconstantiae vincit.* — 9. *Aliam graviorem*

J h s

1. En quanto la memoria nos sirviere, fiel y sencillamente diremos en pocas palabras lo que ocurrirre en lo que toca a las cosas de nuestro P.^e M.^o Ignacio, refiriendo lo que por edificación nuestra o de otros presentes, a tiempo y lugar le habremos oido decir y de sus palabras colegido. En lo demás que toca a los principios de la Compañía, hablando como testigos, parte de oídas, parte de vista; y en lo uno y en lo otro refiriéndome a la verdad y al buen juicio que esperamos en nuestro Señor le dará, para tomar o dexar, según a gloria de su Magestad y edificación del próximo le parecerá más conveniente.

2. Dexado que el P.^e M.^o Ignacio, quanto al siglo, es noble y de una de las casas principales de su provincia¹; y dexa-

Titulus in C Copia de una que escribió el P. Laynez de Boloña del concilio al padre Juan de Polanco secretario de N. P. Ignacio sobre la vida del P. M. Ignacio, y de los principios de la Compañía hasta el año 1547. *Titulus in Ve, atia manu, ut videtur:* Carta de Mo Laynez para Mo Polanco de 16 de Junio 1547; *et recentius:* De vita B. Ignatii et initio Societatis. — *In codice vero X: Jhūs.* Copia de vna carta del R.do P.re M.ro Laynez Al R.do P.re M.ro Salmeron, de Bononia a 16 de Junio 1547. [Sequuntur signa archiv.] G/ XXXIX. || 1 Maria add. in Ve || 2 seruirá X; me sirve CE || 3 diré XCE; ocurre XCE || 3-4 cerca de las cosas XC; de om. E. || 4 que para X || 5 presentes om. X || 5-6 en ciertos tiempos y lugares auré yo X; cogido X hemos sentido del CE || 8 parte de vista y parte también de oyda X || 9 remitiéndome CE; me remito X || 9-10 juicio que spero será dado a V. R. X; speramos os será dado CE. || 10 tomar o dejar de lo escrito CE. || 11 juzgará ser X; más conveniente le parescerá E; más conviene, le parescerá C.

Versio latina

[CAPUT I]

temptationem eiusdem generis superat. — 10. Post quatuor menses a Deo notabiliter illustratur. — 11. Scrupulis angitur. Ut ab illis liber fieret septem continuos dies a cibo et potu abstinuit. — 12. Spiritualia exercitia peragit. In frequenti sacramentorum participatione perseverat. Magnas a Deo illustrationes accipit. De Sma. Trinitate librum scribere incipit. — 13. Alios Minorissae ad bonam frugem pertrahit. — 14. Quid Ignatius dixerit de spiritualibus donis Minorissae a Deo acceptis. — 15. Ignatius Barcinone primum. De rebus piis colloquia.

1. In quantum memoria me adjuvaverit, fideliter, sincere, ac paucis verbis, ea omnia quae ad P. N. Magistrum Ignatium pertinent, comprehendam. Referam enim quae ad aedificationem nostram et aliorum, qui praesentes aderant, ex suo ore, loco et tempore congruente, audierimus, et ea quae ex illius verbis colligi poterant. Caeterum de iis quae ad initia ipsiusmet Societatis attinent, partim ut testes oculati, partim ut auriculares loquemur. Nihilominus utrunque et omnia hic dicenda ad veritatem, et legentis discretionem^{1*} referimus,
10 quam Deum ipsi concessurum speramus, ut vel relinquat, vel eligat ea quae ad gloriam suae Maiestatis et proximorum aedificationem magis convenientia iudicaverit.

2. Omissa seculari nobilitate patris Magistri Ignatii, erat enim nobilis ex una praecipuarum familiarum suae Provinciae¹, omissa etiam naturali indole, pollebat quidem in secu-

Titulus in N Jhs. Exemplum epistolae Rdi. Pris. Mtri. Lainis ad Rdum. Prem. Mtrum. Salmeronem. Bononiae 16 Ca. Iuli 1547. Et in marg. manu archiv.: Exemplar hispan. habet Polancum, 16 Junii. Dictata Salmeroni est non missa. || 3 comprehendemus P; exponam N; dicam C || 8 loquemur Mc Mv; loquendo Ma || 10 speramus] quod speramus a Domino nostro consequi Vi; mihi concessurum tri confido C || 14 Provinciae C P; civitatis N.

^{1*} Non accurate vertitur textus hispanus, qui non refertur ad lectorem in genere, sed ad Polancum ad quem epistola data est.

¹ Familia de Loyola una erat ex viginti quatuor familiis, quae in provincia Guipúzea dicebantur «parentum maiorum» (*de parientes mayores*). Hae familiae divisae fuerant in duos coetus rivales: *de Oñati*

do que, quanto a la natura, era, aun en el mundo, ingenioso ¹⁵ y prudente y animoso y ardiente y inclinado a armas y a otras travesuras ²: la ocasión de su conversión y principio de servir a nuestro Señor fué que, hallándose en Pamplona, siendo ella cercada de franceses, y dexando el castillo de darse en gran parte por parecer suyo ³, un tiro de artillería lo hirió ²⁰ y quebró una pierna ⁴ rompiendo el hueso en muchas partes, y la otra también no quedó sin daño, a lo menos en la carne.

3. Y así enfermo, y dada la tierra a los franceses, usando con él cortesía, lo llevaron a su tierra y casa, donde sufrió diversos trabajos de la enfermedad y cura de la pierna por algunos meses ⁵; y entre estos se veía diversas veces combatido y movido de diversos espíritus; algunas veces era inclinado y tirado a cosas grandes y grandemente vanas en el mundo; otras se sintía animar de nuestro Señor a dedicarse totalmente a su servicio. Y no siendo práctico en estos movimientos, ²⁵ ³⁰

¹⁶ ardiente y] y om. R || y a otras] a om. R || ¹⁷ travesuras] R Ve; cosas arduas XCE || ¹⁹ cercada] que estaba cercada entonces R; al tiempo que aquella ciudad estaba cercada X; darse] darse Ve; Dayfe R. *Primus error explicatur ex confusione litterae s' longae cum f;* secundus ex eadem causa, et præterea ex eo quod forma antiqua r facile potest sumi pro y; ut videri potest in epistolis Pris. Salmeronis anni 1547. Cf. Epp. NN. 61, ff. 9, 14, 19 (lin. penult. Pietro), 32 (lin. penult. Loreto). || ²⁰ parecer suyo] auiendo él sido en gran parte causa de que el castillo no se dijese X; que la fortaleza CE; lo hirió] fue herido de un mosquete X; ... de un golpe de artillería C E. || ²² carne] pasándole también la otra X; maltrató la otra mucho CE || ²³ dada ya la tierra R; dándose la tierra a X; y la tierra rendida CE; usaron XCE || ²⁴ hasta hacerlo llevar a su casa X; ... poner en su CE; padesció XCE || ²⁶ y entre estos] en este tiempo R; y en este medio tiempo XCE. || ²⁸ y tirado om. CE || ²⁹ otras veces R; animado CE || ³⁰ plástico R; plástico ni exercitado X; plástico CE

*cinos, quorum dux in Guipúzcoa erat dominus de Lazcano, et gamboinos, quorum caput dominus de Olaso in oppido Elgoibar. Quasi patriarchae primitus in suis praediis, et postea quasi reguli in suis castris, Ignatii tempore paucis iam privilegiis gaudebant. Iuramentum filiellitatis regi separatim, post Provinciam, praestare solebant; tempore belli imminentis a regibus invitari solebant ut copias suis expensis levarent, easque ducerent. Loyolaea familia insuper (praeter non paucas possessiones) patronatum ecclesiasticum in oppido Azpeitia exercebat, ex quo non parva ei auctoritas oriebatur. De origine patronatus Loyolae cf. LETURIA, *El Gentilhombre Iñigo López de Loyola*. 16-24. — Circa familias «de parientes mayores» cf. LOPE DE ISASTI, *Compendio historial de Guipúzcoa* 73-80; GOROSABEL, *Noticia de las cosas memorables de Guipúzcoa*, I, lib. II, cap. I, pp. 279-288.*

² De virtutibus naturalibus Ignatii vide inferius MONUM. 7: SUMM.

lo ingenii acrimonia, prudentiae praestantia et ferventi animo, propensus denique erat ad arma et quaelibet secularia facinora aggredienda², principium et occasio suae conversionis et vitae in melius mutandae haec extitit. Cum esset in
 20 Pompeiopolitana arce, tunc a Gallis obsessa et oppugnata, duces ipsi, re desperata, deditio[n]em cogitabant; sed eius potissimum opera factum est ut res differretur et acrius resistetur ab Hispanis³. Interim, dum haec agebantur, aenea pila bombardae ab hostibus emissā unum eius crus penitus con-
 25 fregit⁴, alterum vero non remansit absque gravi vulnere.

3. Ignatio prostrato, civitas traditur Gallis, et Galli cum eo usi maxima humanitate in suam patriam ac domum propriam detulerunt. Ubi per aliquot menses⁵ plurimos et varios labores perpassus est, quos et infirmitas ipsa et curatio etiam
 30 solent parere. Interim varie et saepius a variis spiritibus sentiebat se oppugnari et exagitari, modo eius animus ad grandia et magnifica, sed vanitate plena, accendebatur, modo vero

¹⁸ facinora] versutias *Vi*; et alia huiusmodi *P*; belli rerumque omnium maximarum *N*; ad arma coeteraque ardua *C* || 20 oppugnata] eamque deinde occupasset add. *Vi* || 24 bombardae] tormenti globus *P*; moschetis (ita vulgo appellatur) glande *N*; ietu machine bellicae quam artilleriam vocant *C* || 24 confregit] atque comminuit add. *Mc Mv* || 25 vulnere] alteram etiam non parum saitem in carne laesit *Vi*; altera ... aliquantulum in carne laesa *P*; laederetur in carne saltem *C* || 30 varie *Mc Mv*; variae *Ma*

Hisp. Polanci nn. 3-6. Illius animi intrepidi recordabatur commotus anno 1560 D. Franciscus Manrique de Lara, frater ducis de Nájera cui Ignatius servierat, et tunc episcopus salmantinus, qui illum bene in iuventute noverat. Cf. *MI.*, Scripta I, 566; *Fabri Monum.*, p. 111.

³ Cf. POL. SUMM. HISP. nn. 4, 8; MONUM. 12 ACTA, 1, 2. De bello inter Gallos et Hispanos pro Navarræ possessione anno 1521 et de Pompeonis impugnatione et expugnatione multi auctores tum galli tum hispani scripserunt; quos inter consuli possunt: ALESON, *Anales de Navarra*, V; BOISSONADE, *Histoire de la Réunion de la Navarre à la Castille*; BORDE-NAVE, *Histoire de Béarn et Navarre*; DANVILA, MANUEL, *Historia crítica y documentada de las Comunidades de Castilla* (tomos 35-40 del «Memorial histórico español»); SANDOVAL, *Historia del Emperador Carlos V, Rey de España*; SALAZAR Y CASTRO, *Historia genealógica de la Casa de Lara*, II, 168 sqq.

⁴ Polanco in Vita latina Pris. Ignatii ait ... «pila quaedam ... crus eius dexterum in plures partes comminuit; sinistrum etiam laesum fuit, ut probabile est, a saxis bombardæ disiectis» *Chron.* I, 12. Dies vero quo Ignatius laesus est iam ab Orlandino (*Historia Soc. Iesu*, I, lib. I, n° 10) dicitur dies 20 maii, feria altera Pentecostes; quod confirmatur recentioribus auctoribus.

⁵ Cf. POLANCO, SUMM. HISP. n. 8; ACTA, nn. 2-5.

al fin cayó en que estos movimientos del Señor, allende de ser buenos, le dexaban la mente consolada y harta; y los otros, así como eran vanos, la dexaban al fin vacía y desconsolada; y así, con la gracia del Señor, el qual le daba entonces más una sencilla intención y buena voluntad, que lumbre de entendimiento de las cosas divinas, poco a poco en su convalecencia se iba resolviendo. Y juntamente con esto, iba leyendo las vidas de los santos en lengua vulgar, y sacando dellas lo que le parecía para su propósito, teniendo más ojo a los exteriores exercicios y penitencias, que a otras cosas interiores, las cuales aun no entendía⁶.

4. Y así entonces con buena intención le parecía que la sanctidad se había de medir por la austerdad, de manera que aquel que más austera penitencia hiciese, sería delante de Dios nuestro Señor más sancto; y esto le hacía tomar propósito de hacer vida muy austera; y así, sin otro maestro exterior, ni comunicar su deliberación a otros, se determinó, con pretexto de ir a la corte del Duque de Nájara⁷, de salirse de su casa y totalmente renunciar su tierra y los suyos y a su mismo cuerpo, y entrar en la vía de la penitencia.

5. Y para seguir este su propósito, determinó de irse en Catalumnia a nuestra Señora de Monserrate⁸; y porque tenía más miedo de ser vencido en lo que toca a la castidad que en

31 cayó en qué entendió que R; cayó en qué Pol.; todavía conocía X; entendió CE || 31 estos del. in R, et supra lin. los; estos Pol. || 31-32 como santos y buenos X; como son buenos CE || 32 repleta X; satisfecha CE || 33 al fin om. XCE. || 35 simple intención XCE || 36 convalescentia] cobrando la sanitad XCE || 37 resolviendo en lo que había de hacer R || 38 vulgar española R; en romance X || 39 propósito] conveniente add. CE; más vueltos los ojos CE || 42 con su buena intención le parecía entonces R || 43 debía de medirse R; se había de medir Pol.; austerdad exterior XCE || 44 áspera penitencia XCE || 44-45 delante del Señor R || 45-46 esto le movía a seguir la vida áspera R; el qual parecer XCE; áspera XCE || 47 determinación, deliberó X; || 48 so color de que se yva a casa del X; con pretexto que yva a la corte con el duque C; salir R; salirse de su casa om. CE || 49 suyos] parientes y amigos XCE.

6 De affectibus et motibus internis quos in sua convalescentia Ignatius expertus est, loquutus est ipse longius anno 1553. Vide inferius Acta, nn. 6-12. Libri vero quos legebat fuerunt Vita Christi a Ludolpho de Saxonie cartusiano († 1377), et Flos Sanctorum (Legenda aurea, Vitae Sanctorum) a Iacobo de Voragine (Varazze, † circa 1298), O. P.

[4]. Fué desta manera *su despedida a hacer penitencia*: ⁶⁰ que pensando entre sí, cómo se armaría como caballero de Cristo, compró un saco y una cuerda y un palo ⁹, y confesándose *generalmente* y comulgando un día de la Anunciación de nuestra Señora 1522 ¹⁰ se fué así a hacer penitencia.

[5]. En este tiempo, guiándole N. S., comenzó a tratar ⁶⁵ del interior de su alma y de la variedad de los espíritus, dán-

⁵⁴ tres veces add. in marg. || 55 y 7 — oración add. in marg. || 58 por — scrúpulos add. in marg. || 60 Fué] del. su sentimiento (su cancellare omisit); su — penitencia add. in marg. || 63 generalmente in marg. || 64 1522 add. sup. lin.; post hunc numerum delet Natalis (por lo cual hice yo aquel día profesión).

⁴ Verba haec sunt S. Ioannis Bapt., *Maith.* 3, 1.

⁵ Triplex flagellatio deest in EPISTOLA LAINII (n. 11), adest autem in SUMM. HISP. Polanci (n. 14).

⁶ EP. LAIN., n. 12.

⁷ EP. LAIN., n. 11.

⁸ Vide MEMORIALE P. L. GONZÁLEZ, n. 305.

⁹ EP. LAIN., n. 7.

¹⁰ Nec Lain. nec. Pol. referunt hanc vigiliam incidisse in diem ANNUNCIATIONIS B. M. Virginis, neque anno 1522, quod postea ACTA notarunt, (n. 18). Ignatium Sacram Communionem recepisse, solus Nadal expresse notat.

dole el Señor en esto grande conocimiento y sentimientos muy vivos de los misterios divinos y de la iglesia; y aunque comenzó a escribir, pero no perseveró¹¹.

70 [6]. Aquí le comunicó N. S. los exercicios, guiándole desta manera para que todo se emplease en el servicio suyo y salud de las almas, lo qual le mostró *con devoción* specialmente en dos exercicios, scilicet, del Rey y de las Banderas¹². Aquí entendió su fin y aquello a que todo se debía aplicar y tener por escopo en todas sus obras, que es el que tiene 80 ahora la Compañía¹³. Y pensando que para este fin le convenía estudiar, lo hizo en España, y después en París estudiando philosophia y theología y juntando 9 compañeros en París etc.; 85 [f. 105] los cuales

Abiit P. Ignatius Hierosolymam, alii autem cum vellent impediti sunt. In quo nobis signatum est, eundum quidem nobis Hierosolymam, non tamen corporaliter, sed spiritualiter, quod facimus in meditationibus vi- tae Christi. 95 mo entonces solamente hubiese licencia para hasta 60, tamen los ha multiplicado N. S., como veemos, dando aumento a su obra que había comenzado¹⁴.

⁷⁴ con devoción *sup. lin.*, *prius* y dió a sentir || 1 60 *prius* 70.

¹¹ Scribere incepit librum de Trinitate. EP. LAIN., n. 12, SUMM. HISP., n. 21, sup., pp. 82, 162.

¹² Hoc textu probatur exercitia Regni Xti. et Vexillorum facta esse ab Ignatio Minorisae. Imaginem phototypicam eius v. post p. 304. Cf. Oliverii Manarei EXHORTATIONES (edit. Loschaert, Bruxellis 1912), p. 344. CODINA, *Los orígenes de los ejercicios espirituales* (Barcelona, 1926) p. 9, 14.

¹³ Vide Natalis in Examen annotationes. Nadal, IV, 649.

¹⁴ Haec et sequens nota marginalis dextera, abscissa charta, integre legi nequeunt.

¹⁵ Limitatio ad numerum 60 sociorum, quam prima Bulla confir-

Coepit eo tempore P. Ignatius scribere librum de Trinitate, in cuius notitia prae- cipue et die quadam specialissime fuerat illustratus. Ubi no- tandum quod chris- tiani proprium (in quo ab aliis distin- guitur, qui licet Deo alia tribuant, ut uni- tatem, infinitatem, etc.) est credere Tri- nitatem personarum, et Deum hominem.

Hi quo melius D[eum?] ¹⁴ quere- rent, iuncti primo omnibus votum pa[upertatis] et ca- stitatis De[o] [ot-] ferunt.

[7] Visto ya algo de la institución y fundación de la Compañía, veamos ahora de las Constituciones cómo fueron hechas; para lo cual se ha de notar primero que, así como Dios N. S. fundó la Iglesia por muchos y grandes trabajos que dió a su Hijo y a la Iglesia, que es su cuerpo, y por esta vía también la augmentó, así, por su misericordia infinita, nos ha hecho esta gracia de ser semejantes a Christo en alguna manera, y fundarse la Compañía a esta similitud por persecuciones, como se ve en las muchas y graves que tuvo el P. M. Ignacio en Alcalá, Salamanca, París etc.; no solamente de los hombres, sed etiam de pobreza grandísima que tuvo en París. Praecipue vero, inter alia, le fatigaban dos cosas, scilicet, la enfermedad continua y grave que tenía, y la oración; la aflicción que tenía en dexar el gusto de la oración por el estudio, como era necesario; y sabiendo què era aquella la voluntad de Dios, se venció estudiando con mucha diligencia¹⁶, y dándonos exemplo de lo que nos conviene hacer los que estudiamos en la Compañía, scilicet de no descuidarnos en el estudio por el gusto de la oración. Estas y semejantes persecuciones tuvo el P. M. Ignacio en su persona, ad Christi similitudinem.

[8]. [fol. 105v] Tuvo también la Compañía persecuciones, y grandes, de las cuales solamente diré dos: la primera fué en Roma de tres españoles, de los cuales los dos son ya muertos (a), y el uno está en la In-

adonde vino p - -, y estaba en el [hospital?], ni hallaba [amo a quien?] servir. En este [medio?] vino una pro[visión de] Spaña y ye[ndo otro] año a Flandes.

(a) Pascual¹⁷

30

mationis induxerat (1540), Bulla tertia Pauli III (14 martii 1544) sublata est. *MI.*, Constit., I, 84.

¹⁶ Cf. EPIST. LAIN., n. 22.

¹⁷ Agitur de doctore *Matthaeo Pascual*, cuius partes in hac persecuzione, a Ribadeneira ut videtur non notas, meminit Faber litteris ad Ignatium datis Barcinone, 22 martii 1542. Cf. *MI.*, Epist. I, 188 in annot.: *Fabri Mon.* 157. Natalis videtur etiam alias ad illum alludere. Cf. *Nadal*, IV, 706. -- Dr. Pascual, gente aragonensis, qui anno 1528-1529 Rector Collegii Maioris Sti. Ildefonsi in Universitate Complutensi, et anno 1533 Vicarius Generalis Archidioecesis Caesaraugustanae fuit, pertinebat ad coetum erasmianum complutensem (Ioan. de Vergara, Ioan. Valdés, Mich. de Eguia etc.) quèm Inquisitio hispana dissolvit. Etiam ipse detentus fuit carceribus Inquisitionis Toletanae inde ab anno 1533. Anno 1537 eum invenimus a carcere liberatum in Regno Aragonensi, et dein per totam suam vitam Romae, ubi anno 1553 obiit. Sepultus est in Laterano. Cf. BATAILLON, *Erasme et l'Espagne*, pp. 371, 515-517.

quisición (b) ahora en Roma. Fué la persecución desta manera; que como la Compañía entre otras cosas tenga gran cuenta de observar si hay en las partes a donde está algún lutherano, o de doctrina sospechosa (y esto tienen de instituto, y así se lo encomienda mucho y manda el Papa), y predicase entonces uno en Roma lutherano y amigo destos 3 *españoles*, y predicasen los nuestros contra él: ésta fué la causa porque nos comenzaron a perseguir y acusar in moribus etc.; y no había quien nos ayudase praeter Deum, y decían estos, entre otras cosas, que de España y París y Venecia nos habían echado, y huídos habíamos ido a Roma²⁰.

[9]. Quiso N. S. que se hallaron en este medio en Roma tres personas²¹, que habiendo sido jueces uno en Salamanca²², otro en París, otro en Venecia *de las cosas del P. Ignacio*; los cuales dieron *tal* relación *dél y de los compañeros al gobernador*, que los otros tuvieron miedo y pusieron intercesores, que no fuese la cosa adelante. Y aunque a los otros padres *y al D.^r Ortiz* les parecía que no se debiese curar más dello, tamen el P. M. Ignacio fué siempre de contrario parecer, scilicet que se debía averiguar la cosa y determinarse públicamente la verdad, pues que habían sido infamados; y así se fué al Papa Paulo y le contó todo lo que pasaba, pidiéndole mandase su Santidad dar la sentencia; y el Papa se lo concedió (y esto ha tenido siempre el [f. 106] P. M. Ignacio que no ha pedido cosa

³⁷ 3 *españoles in marg.* || ⁴⁴ *supra Salamanca, París, Venetia adduntur nomina*: Figueroa, Doctor Ori, Veralo. || ⁴⁵ *de las cosas del P. Ignacio in marg.* || ⁴⁶ *tal ... dél y sup. lin.* || ⁴⁸⁻⁴⁹ y al D. Ortiz *in marg.*

¹⁸ Parum de hoc scimus. Teste Ribadeneira, e suo errore resipuit et paulo post persecutionem, mortuus est. *MI.*, Scripta I, 751. Anno tamen 1539 exeunte, videtur adhuc vixisse. Cf. *Fabri Mon.* 18.

¹⁹ Franciscus Mudarra ab Inquisitione eo tempore retentus ex aliis fontibus non videtur. Potius apparet eum Roma fugisse, etsi non extra Italiam. (L. González in *MEMORIALI*, n. 314). Ipse Mudarra, mense octobri 1554, eo fere tempore quo Natalis suas exhortationes habebat, scribit se Florentiam venisse. *Epp. Mixtae*, IV, 843. In eius punitionem bona ipsi erupta sunt et imago eius igni tradita. Cf. *MI.*, Scripta, I, 307, 374, 746, 751. Pro eo Ignatius intercessit, *MI.*, Epist., VIII, 366, 367, 648, 672, 674; X, 482. De eius exitu ulteriore notitiam frustra quæsivit Böhmer, op. cit. 233¹.

²⁰ De tota hac persecutione vide *EP. LAIN.*, n. 53; *SUMM. HISP.*, n. 84-85. *Supra*, pp. 6-12; 132, 201-203.

²¹ Vide p. 11 et *SUMM. HISP.* Polanci, n. 85.

²² Potius Compluti, nempe R. de Figueroa. Vid. *SUMM. HISP.*, n. 85.

Barrera¹⁸

(b) Mudarra¹⁹

al Papa que no se la concediese) ²³; y así se dió la sentencia en favor del P. y Compañeros, de la qual dió en un breve el gobernador sentencia ²⁴.

Después de ser confirmada, es a saber, de Mathia de la Posta, de la 60 Roser ²⁵, de Barberán ²⁶, de Mº Johan del Mercado ²⁷.

quod nos vocamus primam Societatis approbationem.

[10]. Novissime etiam in Lusitania passa est Societas persecutionem ab his qui fuerant in ipsa, sed [f. 106v] ex qua (sic providente Deo) eius et purgatio et augmentum maximum secuta sunt; fueratque fere sic necessarium, ut solida in ea provincia Societatis fundamenta iacerentur, expulsis nimirum iis et de aedificio sublatis, qui id quamdiu mansissent facerent ruinosum ²⁸. Ex quibus omnibus patet similes nos

57 del P. y compañeros sup. lin., prius de la Compañía. || 57-58 de la cual — sententia] prius de la cual en un breve dió el Papa testimonio bueno. || 59-62 Después de ser — del Mercado] scriptum in marg., loco sequentis paragrapfi transversa linea deleti: «Otra persecución tuvo en Roma desta manera. Un Mo. Juan del Mercado, que antes había sido muy amigo y familiar nuestro, no sé cómo, se alienó de tal manera, que hizo una minuta al Papa del P. Ignacio, acusándole y a los nuestros in moribus et fide. Y, perdiéndola, quiso N. S. que uno de los nuestros la halló, y así se vino a conocer el autor. Y como en nuestra casa no se curasen de proceder contra él, el P. Poncio, a quien, siendo ya la cosa pública, le perseguían y mofaban en Roma, instó que se hiciese sobre ello alguna diligencia y se declarase la verdad. Remitiólo el P. M. Ignacio al Cardenal de Santiago y al Vicario del Papa, a los cuales pareció se determinase. Acaeció que estaba entonces en nuestra casa un hermano del Cardenal Montepulchano, (in marg. absiso: qui illuc se c — uxore mortu[a] Patre Ignatio co-) al cual fué remitida la causa, haciéndole juez y comisario, de lo cual se admiraron mucho todos, por estar en nuestra casa. Y, habiéndose de proceder contra la Compañía, se hizo al contrario, que procedieron contra aquél, y le hallaron muchos males y le dieron tratos y le condenaron; contra Societatem autem, ne verbum quidem. Y, porque él nos había acusado en fide, quisieron los inquisidores saber dél, y hallóse que tenía libros luteranos. Hunc ergo exitum habuit gravissima illa persecutio.

²³ Idem repetit Natalis in scripto *Acta quaedam P. Ignatii, MI., Scripta, I*, 472.

²⁴ Textus sententiae apud MI., Scripta, I, 627-629.

²⁵ De causa Mathiae delle Poste, vide MI., Scripta, I, 659-666; de Elisabeth Roser, *ibid.*, 645-658.

²⁶ F. Barberán O. F. M., ex oppido Onteniente, in Hispania, oriundus, dicitur introduxisse primos Patres ad Paulum III cum primum Romanum venerunt ut benedictionem peterent ad peregrinationem Hierosolymitanam. Sic auctor ignotus censurae in vitam Pis. Laynez a Ribadeleira conscriptam. *Lainii Mon.*, VIII, 856. Testes tamen magis immediati dicunt eos introductos esse a Doctore Ortiz. *EPIST. LAIN.*, n. 39. Postea Societati infensus fuit. *Mon. Ign.*, Epist. I, 408, 447; *Nadal*, II, 2, 3; IV, 706.

²⁷ Vide in apparatu cancellata a Natali et infra, *MEMORIALE L. González*, n. 240.

²⁸ In gravi perturbatione quae annis 1552 et 1553 provinciam Lusi-

⁷⁰ quodammodo esse, Dei gratia, illis in quibus primo Ecclesia Christi fundata est, passionibus scilicet multis et persecutionibus. Nec defuerunt aut desunt in Hispania qui nos persequantur, praesertim monachi, sed adiuvat nos Dominus et non praevalebit homo ²⁹.

⁷⁵ [11]. Est et alia nobis cum *apostolis et discipulis Domini* similitudo, ut sicut illi ante scriptum Evangelium traditione vivebant, ita et nos ante scriptas Constitutiones. Accidebatque nobis quod et illis cum ad praedicandum mitterentur, ut sicut B. Petrus eos, sic suos P. Ignatius alloquens dicebat: Scitis ⁸⁰ fratres modum et ordinem nostis vivendi, sic ergo euntes facite. At vero ut tunc, crescente Ecclesia, oportuit in scripta redigi christianaee religionis modum et rationes, ita quod in principio Societatis facile fuerat, traditione scilicet vivere, crescente tamen et maiora in dies incrementa sumente, factum ⁸⁵ est difficile, oportuitque scribere quod solo verbo tradebatur, praesertim cum per id tempus multa Patrem Ignatium experientia docuerit circa ingenia hominum et alia, quae nisi hoc modo, minime potuerint debite gubernari. Haec ergo fuit scribendarum Constitutionum causa ³⁰.

Sequuntur tituli: De constitutionum auctoritate. — De Constitutionum partibus. — Deinde [ff. 108-109]:

DE EXAMINE

[12]. In prim^o capite breviter agitur de Societatis partibus et essentialibus.

Esta mínima Compañía ³¹. Circa id notandum quod *sic Societatem appellare* solet P. Ignatius in rebus maximi momenti ³², et cum ad principem aliquem scribit; et sic nos om-

²⁵ apostolis — Domini] prius illis qui in principio fuerunt Ecclesiae || 4-5 sic — appellare in marg. || 5 Ignatius] del. loqui.

taniae exagitavit, religiosi non pauci e vocatione sua defecerunt. Vide *Chron.*, III, 390.

²⁹ De persecutionibus in Hispania vide ASTRÁIN, I, cc. VIII-X.

³⁰ Vide Prooemium Constitutionum, *MI.*, *Constit.*, II, 260-261.

³¹ Primum caput Examinis incipit his verbis: « Esta mínima congregación ... » *MI.*, *Constit.*, II, 4-5.

³² Vide Prooemium Constitutionum, *MI.*, *Constit.*, II, 261; Partem VII, c. 4, n. 3, *ibid.* 597. Cf. Natalis apologiam pro exercitiis, infra Monum. 11.

nes sentire oportet, scilicet quod sumus omnium religiosorum minimi et servi, et omnes tamquam superiores suspicere et venerari, quod etiam nos maxime debet consolari. *Cum his est coniunctum quod P. Ignatius* 10 etsi religiosissimus, Societasque ipsa religio, non tamen utitur nomine religionis, sed congregationis et societatis ex humilitate.

[13]. Notandum Societatis institutionem esse a solo Deo, approbationem autem a Pontifice sine cuius authoritate nulla potest esse religio. Sedes autem Apostolica in talibus, sequens 15 usitatum formam iudicandi, errare non potest.

[14]. Notandum etiam ad Dei gloriam quod, offerentibus Patre Ignatio et aliis Patribus formam eam vivendi, quae est in Bulla, confirmandam, dixit Paulus tertius: *Spiritus Dei est hic*³³. Erat hic vir prudentissimus, praeter quam quod in tali loco constituto divina gratia assistebat. Neque leve in Societatis favorem [f. 109] argumentum id existimandum; hoc praesertim tempore, cum tam male audiunt religiones, frigescente nimis pristino illo calore, et non admodum propensis iam hominibus ad votorum obligationes; id vero maxime permovit quemdam ad Societatis ingressum, quod videbat hoc tempore approbatam novam hanc religionem; existimabat enim nisi esset haec a Deo, non posse tam multis probari. Accedit ad haec, quod etiam valde notandum, quod cum fuisset ea res commissa Cardinali Guidachoni, *iureconsulto* 30 doctissimo et pluralitati religionum, contra quam librum scriperat³⁴, inimicissimo, licet in principio parvi facere videretur, imo et irridere³⁵, causamque repellere, orantibus tamen pro eo patribus nostris, et Deo pro ipso sacrificia offerentibus, sic est repente mutatus et totus noster effectus, ut diceret in sola 35 hac debere omnes religiosos militare et Deo vivere. Huius itaque patrocinio approbata est a Paulo 3º et confirmata Societas.

9-10 cum his — Ignatius; *in marg.* || 30 iureconsulto sup. lin., prius viro.

³³ Primus est textus in quo haec sententia a Paulo III prolata affirmatur. Idem repetiverunt Ribadeneira in vita, (edit. lat. 1572, 1586), Maffei, Orlandini, et quidem eadem forma ac Natalis, videlicet *Spiritus Dei* est hic. Ribadeneira tamen in editione prima hispana anni 1583, novam formulam invexit: *Digitus Dei* est hic. Quae, fortasse ob originem eius biblicam (*Exod.* 8, 19), in posterum invaluit.

³⁴ Cf. *SUMM. HISP.*, n. 90.

³⁵ Conferatur hic modus loquendi cum alio adhuc duriore ipsius Natalis in *Dialogis de Instituto S. I.*, (Cod. *Instit.* 98, f. 322): « nisi imperium intercederet Sanctissimi Domini nostri, nec conspectum vestrum sustinerem, vel essem responso dignatus ».

SED QUARE DICITUR SOCIETAS IESU?

[15]. Notandum quod modus noster vivendi in Bulla dicitur militia³⁶ propter illud quod Patri Ignatio ostensum est in illis meditationibus, de bello scilicet quod Christus mundo indixit, carni et daemoni, cuius vexillum sequi totis Societas viribus contendit; sed circa id quod quaeritur, duo dicam, alterum quod audivi a P. Laynez, alterum vero quod a P. Ignatio.

[16] — 1. [f. 109v]. Eo tempore quo de Societatis confirmatione tractabatur, cum Romam veniret cum patribus Fabro et Laynez, oranti Patri Ignatio, per visum Christus apparuit cum cruce, *cui, cum Deus patrem Ignatium adiunxit set contra in servitatem, dixit: Ego vobiscum ero, quo mani feste significabat Deum nos in socios Iesu elegisse*³⁷. Et haec

48-49 *cui — servitatem] in marg.: prius qui ei se adiungens || 50 Deum elegisse] prius se nos in socios elegisse.*

³⁶ Vide Bullam *Regimini militantis*, *MI.*, Constit., I, p. 26, lin. 46, p. 30, lin. 80.

³⁷ Hic textus Patris Nadal est antiquissimum testimonium huius celebri visionis, post brevissimam allusionem ipsius S. Ignatii in sua Ephemeride (vide *MI.*, Constitutiones, I, 104). Vide inferius quomodo eam referant Acta, n. 96. — Verba quae in ea visione Ignatius audivit, diversimode a scriptoribus traduntur. Nadal hoc loco scribit: *Ego vobiscum ero*. Eadem verba refert in adhortatione facta Conimbricae anno 1561 (in sequenti vol. a nobis edenda), in qua asserit rem sibi confirmatam ab ipso Ignatio. Item in Dialogis de Instituto S. I., a nobis etiam partim edendis. In annotationibus ad EXAMEN (vide *Nadal*, IV, 649) scribit: *Ego vobis ero propitus*. P. Laínez in exhortatione facta in collegio Romano, anno 1559, haec verba (secundum testimonium anonymi cuiusdam, qui compendium huius exhortationis scripsit), ita expressit: *Ego ero vobis Romae propitus*. (Cf. *MI.*, Scripta, II, 75). Secundum P. Ribadeneira, qui dicit se hinc adhortationi affuisse, verba fuerunt: *Ego vobis Romae propitus ero*. (Ribadeneira, *Vita*, I, II, c. XI). In scripto *De Actis*, n. 83, ante primam vitae editionem composito, retinuerat formulam: *Ego vobis ero propitus*. (Cf. *MI.*, Scripta, I, 378). S. P. Canisius, in censura Vitae a P. Ribadeneira scriptae, commemorat verba italice: *Io sarò con voi*, quae respondent formulae «*Ego vobiscum ero*», quibus asserit multo plura significari quam alia formula. (Vide *MI.*, Scripta, I, 715). — Utrum haec verba prolata fuerint a Deo Patre, an a Domino Iesu, discrepant scriptores. Nadal in praesenti adhortatione ea tamquam a Filio prolata referre videtur; vide apparatus. In textibus autem supra commemoratis, clare ea Patri attribuit. Ribadeneira ea Filio assignat; Laínez vero, ea in ore Patris ponit. Vide imaginem phot. huius textus ad p. 304.

est quaedam specialis gratia Societati a Deo concessa. Pro quo notandum quod Christus, qui resurgens ex mortuis iam non moritur³⁸, in suis adhuc membris et continuo *crucem* patitur, unde et Paulo dixit: Quid me persequeris? In id igitur nos vocat *Deus*, ut in hac militia *Iesum* sequamur, tollentes³⁹ crucem quisque suam et pro Christo patientes; et in hoc debemus animari et confortari, quod scilicet Christum sequi-nur, eius socii effecti per crucem. Quid enim aliud aut voluit aut habuit Christus in mundo quam labores, persecutio-nes et crucem ad Dei Patris gloriam nostramque omnium salutem.⁴⁰ Id ergo velimus et nos, exponentes, si opus sit, pro fratribus salute animas nostras.

[17] — 2. Confirmat proxime adnotata quod semel cui-dam P. Ignatius respondit, quaerenti quare non aliter Socie-tas vocaretur: Solus, inquit, Deus nomen hoc quod habet et⁴¹ appellationem mutare poterit³⁹.

[18]. Anno 1540 primo confirmata est Societas, sed in numero⁴² 60; 1543⁴³ approbata est indefinito numero. Novissi-me a Iulio 3, anno 1550, plenius confirmata.

11

EXCERPTA EX APOLOGIA P. HIERONYMI NADAL PRO EXERCITIIS SANCTI IGNATII

1554/1556

Praefatio

Haec apologia integra edita est in nostris *MHSI*, partim in *Chron.*, III, 503-524, partim in *Nadal*, IV, 820-873. Ex ea nonnulla fragmenta denuo hic exhibemus, quae de vita S. Ignatii et Societatis institutione verba faciunt.

Textus manuscripti huius controversiae de S. Ignatii Exerci-tiis hi sunt:

38 crucem *sup. lin.* || 55 Deus ... Iesum, *sup. lin.* || poterit] *del.* ex quo etiam manifeste neg. pot (*imperf.*) aliud potuisse facere. || 68 sed — 60] *pro del.* [70] || 68 approbata — numero] *in marg.*, *prius* et tunc dilatata et ad plures extensa || 69 plenius confirmata *prius* distincta in varlos status, scilicet, professi, conduatores etc.

39 Rom. 6, 9.

40 SUMM. HISP. n. 86. Vide etiam *MI.*, Epistolac, XII, 616.

41 1543 ab Incarnatione, seu anno vulgari 1544.

1. — *Censura Fr. Thomae de Pedroche O. P.* exstat in duobus codicibus: a) in cod. *Varia historia*, Archivi Prov. Toletanae S. I., volumine I, ff. 284-287. Est textus adhibitus in editione *MHSI*, *Chron.* III, 503-524. b) In Cod. *Instit.* 218 (prius *Vatic.* 2), in Arch. S. I. Romano, ff. 45-50v. Habet titulum et conclusionem autographam a P. Nadal scriptam.

2. — *Apologiae Patris Nadal* servantur exemplar originale autographum et unum apographum incompletum. a) Originale autographum separatum habetur in duas partes. Initium est in Codice *Instit.* 217 (prius *Vatic.* 4), ff. 1-5; continuatio in Codice *Instit.* 218 (prius *Vatic.* 2), ff. 73-222. b) Apographum est in Codice *Instit.* 92, ff. 1-123. Hoc apographum est transcriptio continuationis autographi, incipiens scilicet ab eo loco ubi codex *Instit.* 218 exorditur. Transcriptio autem incompleta est, complectens solummodo quae in Cod. *Instit.* 218 habentur a fol. 73 ad 142r¹.

De tempore quo haec apologia scripta est, haec dici possunt. Liber exercitiorum anno 1553 impugnatus est in Archidioecesi toletana². Archiepiscopus Ioannes Martínez Siliceo (Guijarro, Guijeno) Exercitia quibusdam doctis viris examinanda tradidit, inter quos erat Fr. Thomas de Pedroche O. P., qui censuram quandam exercitiis contrariam scripsit³. P. Hieronymus Natalis, eo tempore munere Commissarii generalis in Hispania fungens, litteris P.

¹ Editio apologiae in *MHSI* sic se habet. Anno 1895 editores *MHSI* cognoscabant tantum exemplar apographum incompletum, codicem nempe *Instit.* 92, illudque ediderunt integrum in vol. III *Chronici* a P. Polanco, pp. 527-573. Labente autem tempore exemplar autographum eis notum fuit, illudque ediderunt anno 1905 in volumine *Epistolae P. Nadal.* IV, 820-873, hoc pacto: primum ediderunt initium apologiae prout est in Cod. *Instit.* 217. Deinde, ne repeterent quae in *Chron.* III edita fuerant, ex autographo codicis *Instit.* 218 ea solum ediderunt quae in apographo *Instit.* 92 desunt. Incepérunt scilicet a folio 142r numerationis modernae, vel 165r in ipsorum numeratione, nunc obsoleta. Codices de quibus agimus ita correspondent codicibus descriptis in *MHSI*: Codex *Instit.* 217 constat ex 17 foliis quae olim inserta erant, non ligata, in codice *Instit.* 218 (*Vatic.* 2) de quibus agitur in *Nadal*, I, XLIII, 6). Quando factum est volumen *Nadal* IV separata iam erant et constituebant codicem *Vatic.* 4. Vide ibi p. 39. Codex *Instit.* 218 (*Vatic.* 2) describitur in *Nadal* I, XL-XLIV. Codex *Instit.* 92 est codex descriptus in *Chron.*

² De his impugnationibus agit Polancus, *Chron.*, III, 335, ASTRAIN, *Historia*, I, I, II, c. X. Hac occasione nonnullae apologiae libri exercitiorum prodierunt de quibus vide MI, *Exercitia*, 573-578. Textus earum *ibidem*, pp. 649-700.

³ F. Thomas de Pedroche O. P., lector Theologiae Toleti in Collegio Sancti Petri martyris. CRISTOBAL DE CASTRO, *Historia del Colegio de la Compañía de Jesús de Alcalá de Henares*. (Op. manuscr. in Arch. Prov. Tolet.) lib. IV, c. XV. — Vide QUETIF-ECHARD, II, 21 a.

Araoz admonitus⁴, Exercitia defendere proposuit⁵. An eo ipso anno 1554 suam apologiam scribere incepit, nobis non plane constat. Valde probabile existimamus opus eius, sat magnae molis, non uno tempore factum esse, sed inter multas visitationum variorumque negotiorum curas haud semel interruptum. Ex ipsius auctoris testimonio scimus, eum dum anno 1556 secundam suam visitationem in Hispania perageret, adhuc in apologiam contra Pedroche exarandam incubuisse⁶. Tandem labor eius nec absolutus nec in omnibus partibus emendatus ab auctore relictus est.

F. Thomas de Pedroche potissimum in librum Exercitiorum invehebatur. Sed praeterea impugnabat Ignatium quod litteras contempsisset et haereticus habitus esset, et quod Ordini religioso a se condito nomen Societatis Iesu imposuisset. De hac duplice accusatione agunt textus quos nunc iterum edimus, utpote qui cum S. Ignatii vita intime connectuntur.

Textus

I

CENSURA FR. THOMAE DE PEDROCHE (Chron. III, 504-505):

Este Ignacio o Iñigo de Loyola, según es fama, fué notado en la Inquisición por hereje, uno de los dejados y alumbrados¹. El cual Iñigo o Ignacio se fué huyendo a Roma para escaparse de la Inquisición e inquisidores ... Este Ignacio o Iñigo de Loyola fué español, y fué de tan pocas letras, que no supo ni fué bastante para escribir estos ejercicios y documentos en latín, sino en romance y lengua española. Item más, se ha de notar y ponderar que más de la experiencia interior de su pecho y de la interior unción del Espíritu Santo que no de los libros, sacó y compuso el dicho Ignacio o Iñigo estos ejercicios y documentos espirituales. Lo qual sabe, y no poco, a la fuente de los dejados y alumbrados.

⁴ Litterae datae sunt Compluti, 25 dec. 1553. Textus in *Nadal*, I, 212-215. Est etiam alia epistola ad *Nadal* anonyma, quae in *MI.* Exercitia, 650-653, Patri Emmanuel López tribuitur.

⁵ Responsio Natalis ad Araoz, Corduba mense ianuario 1554. Textus in *MI.* Exercitia, 649-650. Vide *Natalis* ephemerides, *Nadal*, II, 21.

⁶ *Natalis* ephemerides, 1556, *Nadal*, II, 42.

¹ Impugnat hoc loco Pedroche initium praefationis primae vulgaris versionis Exercitiorum. Textus huius praefationis in *MI.* Exercitia, 218-219.

APOLOGIA PATRIS NADAL (*Nadal*, IV, p. 284, lin. 12-27).

Noluimus hactenus quidem virtutes Patris Ignatii praedicare; sed exemplo Pauli id nunc necessario, quasi in insipientia², faciemus. Summa eius vitae exponenda, et quod iam a principio litteras quaeasierit, totumque institutum suum ordinasse contra lutheranos³, et simul duos hominum errores: tum eorum, qui solam devotionem, neglectis scripturis, etc., sectantur; tum illorum etiam, qui litteras sine devotione amplexantur et amant⁴. Duo haec censuit semper coniungenda, etc.

Aperte de persecutionibus dicendum, quod nunquam ab inquisitoribus notatus ac ne vocatus quidem, sed ab provisoribus episcoporum⁵; et ne ab his quidem notatus de minimo quidem errore⁶. Acta extant Compluti et Salmanticae⁷.

² 2 Cor. 11, 17.

³ Finis Societatis continetur in Bullis approbationis Pauli III (1540), et Iulii III (1550). In prima dicitur Societas Iesu ad hoc potissimum instituta « ut ad profectum animarum in vita et doctrina christiana, et ad fidei propagationem per publicas praedicationes... praecepue intendat ». In altera, « ut ad fidei defensionem et propagationem, et profectum animarum in vita et doctrina christiana... praecepue intendat ». *MI.*, Constit., I, 16, 376.

⁴ Cf. Natalis Exhortationes anni 1554, supra, MONUM. 10, n. [1], ubi eadem idea repetitur.

⁵ Inquisidores toletani Michael Carrasco et Alonso Mexia incepérunt inquisitionem et processum de vita Ignatii et sociorum eius. Cf. ACTA, n. 58 et textum processus in *MI.*, Scripta, I, 598-607. Tamen Ignatium sociosque ne vocarunt quidem, et rem inceptam reliquerunt Ioanni Rodriguez de Figueroa, Archiepiscopi toletani Vicario Generali, qui processum prosecutus est sententiamque pronuntiavit. Hoc sensu affirmare licet processum complutensem contra Ignatium non fuisse processum inquisitoriale proprie dictum, ut agnoscat LLORCA, *Die spanische Inquisition und die « alumbrados »* (Berlin 1934), p. 35 et cum eo Gotheim et Lea, ibi citati. Salmanticae Ignatius iudicatus est ab Episcopi Vicario et a tribus aliis doctoribus. Cf. ACTA, nn. 67-70, *Chron.*, I, 38-39.

⁶ EP. LAIN., n. 25; SUM. HISP., nn. 42-43; ACTA, n. 70. Ignatius ipse expresse scripsit regi Ioanni III se numquam cum illuminatis (alumbrados) commercium habuisse. Vide sup., p. 53.

⁷ Acta processuum complutensium edita sunt in *MI.*, Scripta, I, pp. 528-623. Prius edita fuerant a M. Serrano Sanz in opere *San Ignacio de Loyola en Alcalá de Henares*, Madrid, 1895, et postea a P. Fidele Fita S. I. ex perfectiore exemplari in *Boletín de la Real Academia de la Historia*, 33 (1898) 422-461. Acta processus Salmanticensis frustra a nobis quaesita sunt.

Ex fama impingis atrocissimum crimen, vide quam consulte, quam theologe, quam christiane.

Ex eadem fama vide quid contigerit Romae illis 4^s. Vide Magistro Ioanni a Mercato⁹.

(*Nadal*, IV, pp. 825 lin. 26-826)

Sed videamus nunc quid dicas. « Fuit Ignatius hispanus », quasi vere non sit. At ita potius dicendum tibi erat: « Est Ignatius hispanus, e prima nobilitate totius provinciae hipuscuanae in Cantabria¹⁰, in qua Provincia adeo incontaminata fides catholica conservatur, antiquissime ea fidei constantia ac zelo sunt homines, ut nullum admittant neophytum, qui inter eos habitare possit, nullus post christianorum memoriam ex illis hominibus de minima haeresis suspicione sit notatus¹¹. Hinc fuit consequens nullam debuisse surripere suspicionis opinionem de Ignatio. At vero sine litteris fuit. Ubi primum bonam exercitiorum partem scripsit, nondum litteras attigerat; nam postquam de terra egressus sua, de cognitione sua ac domo, ut primum se comparabat ad eluenda per contritionem et confessionem peccata, quae meditationes illam vehementius iuabant, illas in libello describebat. Tum, ubi meditabatur in Iesu Christi vita, idem factitabat; sed ita tamen ut non illa solum, quae tunc scribebat, sed cogitationes omnes, quae spiritus viserentur, suo confessario, viro et pio et docto, summa diligentia ac fide manifestaret, necubi propter litterarum ignorantiam periclitaretur¹². Hactenus nihil nocet ignorantia humilis a catholicis ac litterato iudicio gubernata atque probata. Nocuitne postea? Nihil minus.

Iam enim inde postquam devotionem animi per exercitia

⁸ Significat probabiliter fautores concionatoris Augustini Pedemontani. Vide supra, MONUM. 10, n. [8].

⁹ Cf. Ibidem n. [9].

¹⁰ Vide supra, pp. 71-72.

¹¹ Cf. LETURIA, *El Gentilhombre...* pp. 34-35, 44, et dictum Araozii Ribadeneiram emendare volentis, *MI.*, Scripta, I, 727.

¹² De genesi exercitiorum agunt auctores citati in MONUM. 6, sup. pp. 82-83. Natalis hunc punctum attigit etiam in Exhort. 1554, supra, MONUM. 10 n. [6], et in *Dialogis de Instituto*, ff. 300v-301. Hunc textum Apologiae diversimode interpretati sunt CODINA, *Los orígenes de los ejercicios*, c. IV; TACCHI VENTURI, *Storia*, II, 272; ALBAREDA, *S. Ignasi a Montserrat*, p. 120; LETURIA, *El Gentilhombre...* pp. 243, 246; AHSI, 10 (1941), 31, 34, 55.

illa concepit, totus propendere incepit ac ferri ad proximorum salutem procurandam; simul, ut hoc commodius ac liberius ficeret, incredibili studio in litteras incumbere coepit in Hispania, deinde in celeberrima orbis christiani academia parisiensi, primum artes liberales, tum theologiam multos annos audivit summa animi contentione ac constantia singulari, exercitio et fructu¹³. Post consummata studia, congesit delibationes illas exercitiorum primas, addidit multa, digessit omnia, dedit examinanda et iudicanda sedi apostolicae¹⁴.

(*Chron.* III, p. 529, lin. 1-3) ... at Derelicti [*los Dejados*] ¹⁵ tui nihil curant libros, nulli summittunt quae dicunt sibi a spiritu revelari; Ignatius omnia multis doctis ac piis viris, tandem sedi apostolicae¹⁶ ...

(lin. 31, p. 530 lin. 3) ... Ignatius libros adhibuit totamque rationem theologiae consuluit, saltem ubi illa edere constituit exercitia, ut quae exceperat ex divina potius inspiratione quam e libris¹⁷, libri omnes, theologi, sacrae omnes litterae confirmarent.

(p. 530 lin. 16-18) At non probavit spiritum Ignatius? Non potuit accuratius quam per Scripturam, per Ecclesiam, per bonos ac doctos viros.

II

• CENSURA F. THOMAE PEDROCHE (*Chron.* III, 506):

Desta letra y contexto¹⁸ consta que el título y apellido de esta hermandad y Compañía es *Societas Iesu*. Ciertamente este título

¹³ Vide supra, pp. 100-101.

¹⁴ Cf. ACTA, n. 99; SUM. HISP., n. 24.

¹⁵ Derelicti (*dexados*) profitebantur se Deo totaliter committi, et in eo statu incapaces esse peccati. Bona opera esse innecessaria et inefficia. Vide uberiorem expositionem doctrinae eorum apud MENENDEZ PELAYO, *Hist. de los Heterodoxos Españoles*, tomo V (Madrid) 1928, pp. 211-212; BÖHMER, *Francisca Hernández und Frai Francisco Ortiz*. Leipzig, 1865, pp. 17 ss.

¹⁶ Approbationem exercitiorum a Sede Apostolica procuravit S. Franciscus Borgia. Vide *S. F. Borgia*, II, 514-515, 537. Paulus III eius votis satis fecit litteris *Pastoralis officii cura* in forma Brevis, datis 31 iulii 1548. Textus earum in *MI.*, Exercitia, 215-218.

¹⁷ Similis locutio legitur in praefatiuncula ad primam exercitiorum editionem: ... «quae non tam e libris quam ab unctione Sancti Spiritus». *MI.*, Exercitia, 218.

¹⁸ Vide annotat. 1.

y apellido es soberbio y cismático y no poco injurioso a todo el pueblo cristiano, nam cum, evangelio teste, non sint, sed neque possint esse, nisi duae societates, altera societas Iesu, altera societas diaboli, si isti et tantum isti nominantur et sunt de societate Iesu, superest reliquos omnes et esse et nominari de societate diaboli.

RESPONSIO NATALIS (*Chron. III*, p. 536, lin 12 - p. 537 lin. 13):

Verum, obsecro te, quid est cur ita tibi non respondes ubi subest scrupulus de nostrae Societatis nomine? Est una quidem societas Christi in universum, sub qua particularis quae-dam societas Iesu instituta est, quae non sectatur solum quae alii socii Iesu, hoc est christiani, servare tenentur communis obligatione, sed votis religiose praeterea susceptis, probante ac consecrante Ecclesia, perfectionem evangelicam profitetur, sequi Christi vestigia atque Apostolorum desiderat quam fieri poterit proxime ex Dei benignitate singulari ac gratia. Itaque Societas Iesu gaudet ex devotione cognominari.

Nam cum constet primum quidem religionem institui et esse quam nomen habeat, unde ab aliis discernatur, accidit enim quemadmodum vocetur religio ut religio sit, modo enim gratiam accipiat a Deo specialem ad certum vitae institutum, vota edat evangelicorum consiliorum, ab Ecclesia omnia haec probentur ac confirmentur. Haec scilicet faciunt specialem religionem. Et alii quidem ut internoscantur, nomen accipiunt ab institutore ut Augustinienses, alii a loco ut Carthusiani, nonnulli ab officio ut Praedicatorum, aliqui ab humilitate ut Minores ac Minimi; haec congregatio, haec societas ab Iesu voluit ex animi devoto affectu appellari; et tamen alioqui, ut quum vocat omnes Christus generali quadam vocatione ut tollant crucem suam et ipsum sequantur¹⁹ sociique eius sint, selecte tamen vocat adolescentem ut, venditis rebus omnibus, quas haberet, et in pauperes erogatis, se sequeretur²⁰; cum item unicuique praeceperit Deus de proximo suo, misit tamen Iesus Apostolos selectos ad oves, quae perierant domus Israel²¹, ad omnem praeterea creaturam ut illi lucififerent animae eius sanguine divino redemptae; quid esset novi si quis diceret vo-

¹⁹ Marc. 8, 34.

²⁰ Matt. 19, 21.

²¹ Matt. 10, 6.

care quidem Christum omnes ad suam societatem, nos tamen peculiariter? hinc factum esse ut nostram haberemus rationem congregationis ac si velis religionis illa animi devotione ducti, sive velis hac etiam persuasione, desideravimus ut societas nostra, quae hoc esset instituto, his ministeriis, hoc fine, Iesu Christo consecraretur ac dedicaretur, quem toto animo, toto pectore desideraremus sequi. Dedit nomini auctoritatem Summus Pontifex; nos cum gratiarum actione suscepimus ...

(p. 538, lin. 3-13): ... Patri Ignatio est illud familiare, ut quoties Societatem nominat, in re praesertim gravi, nunquam omittat minimam dicere Societatem²². Itaque hoc tempore, quo nulla religio monastica appellatur Societas Iesu²³, satis eo nomine internoscimur, sive velint isto nomine appellari, habemus nomen minimae Societatis Iesu quo discernamur. At si scires, vir religiose, unde hanc appellationem appetiit haec minima congregatio, nihil dubito quin pro tui ordinis singulari spiritu ac charitate, pro tui animi devotione ac candore illam esses summa cordis tui ac spiritus alacritate deosculaturus. Ex animi enim scientia et affectu loquor ... (p. 539 lin. 2-9): Habuit Ignatius singularem quamdam spiritus significationem, unde, concepta excellenti quadam animi devotione, totus fuit ut congregatio nostra Societas Iesu appellaretur, qua in re ita erat constanti animo, ut illam appellationem nunquam mutatum iri praedicaret ac semper speraret, non solum per apostolicam sedem, sed per concilium oecumenicum, si quod foret, recipiendam atque confirmandam illam Societatis appellationem²⁴.

[*Scopus quem Societas Iesu intendit*]

(p. 567-568, lin. 23-11): Caeterum totum Societatis institutum in hoc versatur, atque pro virili cum Iesu Christi gratia

²² Cf. Natalis Exhortationes anni 1554, supra, MONUM. 10, n. [12].

²³ Nomen non adeo absonum esse probatur v. gr. ex eo quod paulo post Societatis confirmationem, Paulus III approbaverit Consociationem parvensem cuius nomen fuit *Compagnia del Santissimo Nome di Gesù*. TACCHI VENTURI, *Storia*, II, 276-279. Die 5 aprilis 1540 iustituta est Viterbii (Viterbo) Societas nuncupata pariter *Compagnia del Nome di Gesù*, cum scopo subveniendi orphanis. Id comperimus ex ephemeride « VITERBO, *Rassegna di attività cittadine* ». I (1936) 83. De hac appellatione vide etiam MI., Epist. XII, 614-616.

²⁴ Cf. Exhortationes anni 1554, supra, MONUM. 10, n. [16-17].

in hoc incumbit ut prodat atque extirpet, quoad eius fieri ab ipsa possit, haereticos homines atque infideles, et in primis qui nostra aetate oblatrant Ecclesiae lutheranos, tum etiam derelictos hispanos, illos vera spiritus luce atque efficacia sincera ac firma unione ad Ecclesiam romanam cum veris disciplinis coniuncta, hos vero etiam si obscure sunt haeretici, si qui tamen residui sint, veritate orationis ac sincero usu rerum spiritualium, tum rerum omnium, quae spiritum iuvare possint, quod in ultima constitutionum parte praecclare sancit Societas.

Est et aliud hominum genus, qui totos sese sic speculacioni immersunt, ut nihil devotioni, nihil spiritui, nihil spirituallibus sensibus quidquam relinquant, quo possint ad illa penetrare ubi debeant pedem ponere; quod si in aliis disciplinis tractandis spiritus desideratur, quis agnoscat theologum, qui speculative tantum theologus sit, et non corde ac sensu spiritus intelligat quae intelligit omnia? At hoc rarum est; fuit tamen in Ecclesia frequentissimum, et debet quidem esse usitatissimum quod ubique loquitur scriptura, quod sancti praedicant, hanc rationem theologandi etiam si nos qui in Societate vivimus non assequamur, nostrum tamen illud est institutum, eo aspiramus, illuc contendimus; non nihil nobis per Iesu Christi gratiam lucis ad hanc rationem studiorum incipit interlucere, in aliis vero religionibus non dubium quin permulti sint qui devotionem ac spiritus sensum cum speculatione coniungant. Nostrum hoc est desiderium, haec studiorum ratio.

12

ACTA PATRIS IGNATII
SCRIPTA A P. LUD. GONZALEZ DE CAMARA
1553/1555

Praefatio

Huius monumenti accuratae editioni iuvat quaedam praemittere: *primo* de ACTIS ipsis; *dein* de eorum manuscriptis; *tertio* de additionibus marginalibus quae in praecipuis apographis reperiuntur; *quarto* de ACTORUM vicissitudinibus, *quinto* tandem de ACTORUM editionibus.

CAP. I. DE ACTIS IPSIS

1. *De eorum titulo et argumento*

Quae ipse Ignatius narravit hispanice de sua vita annis 1553 et 1555 Patri Ludovico González¹; quaeque is paulo post audita litteris consignavit, vocata sunt a Patre Hieronymo Nadal (a quo

¹ P. Ludovicus González natus circa annum 1519, filius fuit gubernatoris insulae « Madeira ». Utrum natus in illa insula an in Lusitania, non satis constat. Anno 1535 venit Parisios ubi per aliquot annos studiis artium et linguarum operam dedit. Reversus in Lusitaniam, ingressus est Societatem Iesu die 27 aprilis 1545. Romam venit, ut ipse in Praefatione MEMORIALIS (seu DIARII no 7) dicit, 23 Maii 1553, ubi fuit ad 23 mensis octobris 1555, quo in Lusitaniam remissus est. Iterum Romanum venit anno 1558, mense maio, ad primam congregationem generalem Societatis Iesu, in qua electus est Assistens seu consiliarius Praepositi generalis pro Lusitania. Ob curiae lusitanicae instantiam munus praceptoris iuvenis regis Sebastiani obire debuit, quare in patriam rediit anno 1559, urbem relinquens die 3 Iulii. Cf. Lainii Mon., IV, 434; AHSI. 6 (1937) 97-106. Obiit Ulisipone die 15 martii 1575. Cf. FRANCISCO RODRIGUES, S. I. História I, part. I, 447; II, part. 2, 353-357. Ejus nomen a lusitanis scribitur *Luis Gonçalves da Câmara*, ab hispanis sui temporis (Polanco, Nadal etc.) *Luis Gonzalez*, latine saepe vocatur *Ludovicus Consalvius*; ipse in scripturis, quas vidimus, nomen in compendio scribit: *Luis Glz*. Nos scribemus more hispano et ab auctoribus exteris magis communiter usurpato: *González*, aut *González de Câmara*. Imaginem scripturae eius et obsignationis vide phototypice expressam ad finem MEMORIALIS.

codex praecipuus in quo continentur, aliquo modo procedit) nomine latino ACTA QUAEDAM RDI. P. IGNATII; et hoc nomine, vel simili, ACTA ANTIQUISSIMA, quo a Bollandianis versio latina P. Hannibalis Coudreti vulgata est, cognosci solent. Tituli quibus in variis apographis indicantur, videri possunt in mss. descriptione.

ACTA haec continent vitam Ignatii a tempore quo graviter vulneratus est in defensione arcis Pompilonensis a Gallis expugnatae anno 1521 ad exeuntem fere annum 1538, quo sententia in favorem Ignatii et sociorum a Vicario summi Pontificis et Urbis gubernatore data est; adjunctis brevissimis notis de piis operibus ab Ignatio eiusque sociis fundatis vel fotis; et de modo quo Exercitia spiritualia et Constitutiones Societatis Iesu scriptae sunt. Desiderantur ergo in his ACTIS quae pertinent ad pueritiam et adolescenciam Ignatii, et ad Societatis foundationem, ut ordinis religiosi, eiusque gubernationem ad Ignatii mortem anno 1556. Pars tamen vitae Ignatii, quae hic continetur, maximi est momenti ad cognoscendum tum internam Ignatii evolutionem, tum Societatis præparationem.

2. *Actorum scriptio atque auctoritas*

Quibus precibus sociorum exoratus Ignatius Acta suae vitae dictarit, et quo modo ea Ludovicus González scripserit, ab ipso Ludovico in sua præfatione dicuntur; et aliquibus variatis etiam a P. Nadal in sua præfatione.

Duo præcipue nobis consideranda videntur in modo quo Ignatius sua facta dictabat, et P. Ludovicus González ea scribebat; quae si non bene perpendantur, facile lector in errorem induci potest.

In primis verbum *dictare* non debet sumi eo sensu quo hodie in linguis vulgaribus generatim sumitur; id est dicere rem alicui eam inmediate scribenti prout ab illo profertur; sed simpliciter, rem narrare sive auditor eam scribat, sive non; ut adhibetur ab auctoribus latinis. P. Lud. González hispanice dicit: « me llamó y me empezó a decir toda su vida » (n. 2*); et « El modo que el Padre tiene de narrar, es el que usa en todas las cosas » (n. 3*); sine ulla allusione ad id quod hodie diceretur *dictatum*.

Alterum est quo modo P. Lud. González res narratas scribebat. « Yo, ait ille, venía luego *immediatamente a escrebillo*, sin que dijese al Padre nada, *primero en puntos de mi mano, y después más largo, como está escrito* » (n. 3*). « He trabajado de ninguna palabra poner sino las que he oido del Padre; y en cuanto a las cosas que temo haber faltado, es que por no desviarme de las palabras del Padre, no he podido explicar bien la fuerza de algunas dellas ».

Ubi animadverte illud « *yo venía, ex contextu hispano non si-*

gnificare: « ego accedebam ad Patrem », ut aliqui existimarunt², sed « ego post Patris narrationem veniebam, seu ibam in cubiculum », ut res auditas scribebam.

Nulla ratio probabilis nobis videtur cur Böhmer³ dicat paragraphos 79b-98 scriptas, non ut reliquas, sed sub immediata Patris Ignatii directione (« direkt nach Loyola Diktat »).

Hinc oritur quaestio de fide his Actibus adhibenda. De sinceritate tam Ignatii sua facta narrantis, quam Ludovici González ea scribentis, nulla videtur esse posse dubitatio. Adversus ACTORUM narrationem posset adduci vel defectus accuratae indaginis, vel defectus memoriae. Neuter in illa locum habuisse existimandus est; quia Ignatius, ut ex praefationibus patris Ludovici González et patris Nadal apparet, non praeceps in rebus suis narrandis fuit, sed multum eas cogitavit antequam dictaret; Ludovicus vero González asserit se conatum fuisse Patris sermones quam fideliter scripto reddere. Neque probabile videtur in tam brevi temporis spatio inter colloquia cum Patre et scriptionem, memoriae defectum intersuisse. Hoc valet praecipue de prima scriptione per puncta breviora. De extensione, quam nunc habemus, facta post aliquos dies, difficilius affirmari posset, si quis vellet ipsissima verba Patris Ignatii habere; tamen ad Patris Ludovici González conatum servandi Ignati verba attendendum est. Ceterum in ipsa narratione apparet candor auctoris tam res sibi faventes, quam adversantes dictantis sine ulla exaggeratione vel nimia affectione; tamquam si de alio loqueretur. In exterioribus eventis, quae ex aliis documentis comprobari possunt (v. g. in itinere palaestinensi, in processibus complutensibus etc.) nihil contra Ignatii narrationem serio adductum est. Etiam temporis indicatio, etsi rara, exacta comprobata est.

Ribadeneira noster in epistola ad P. Nadal data Tusculi 24 Octobris 1567, loquens de ordine Sti. Francisci Borgiae, praepositi generalis, subducendi ACTA et alia scripta circa Patrem Ignatium e manibus sociorum, inter alia dicit: « el qual [Ignatius], aunque en la substancia fue fidelísimo, en los particulares de algunas cosas es corto; y en la relación de los tiempos ya a la poste de su vejez le faltaua la memoria »⁴. Editor *Epist. P. Nadal* in annotatione huic loco anno 1902 subiecta ait: « Haec verba Ribadeneirae notare juvat pro solutione aliquarum difficultatum in chronologia quorumdam Ignatii Actorum occurrentium, et speciatim in anno ejus nativitatis statuendo. Sed de his in ACTIS ignatianis a nobis

² FEDER, *Lebenserinnerungen des hl. Ignatius von Loyola*, 3, 17.

³ BÖHMER, *Studien zur Geschichte der Gesellschaft Jesu*, I, 312.

⁴ Nadal, III, 540. De patris Ignatii memoria vide quae scripsit anno 1555 P. Ludovicus González in MEMORIALI, n. 99. Infra MONUM. 13.

edendis fusius, Deo juvante, disseremus ». Frustra tamen quidquam definitum et concretum de hac re quaesivimus in editione ACTORUM anno 1904 facta; in qua solum quaedam vaga, pag. 8, dicuntur.

Böhmer⁵ dicit in n° 78 poni falso *Valencia* pro *Segorbe*; sed ibi nullum est erratum, quia *Valencia* ponitur non pro urbe, sed pro *regno Valentiae*, in quo est Segorbe; et in n° 95 *Venecia* pro *Vicenza*; sed quod Böhmer suspicatur esse erratum amanuensis, est re vera, et iam in nostra editione corrigitur ex alio apographo.

P. Feder⁶ ait unicum locum ubi memoriae defectus in Actris fortasse invenitur, esse illum in quo Ignatius insinuat se conversum et vulneratum anno aetatis 26 (initio ACTORUM) « Hasta los 26 años de su edad », cum dicere debuisse: « Hasta los 30 años », si, ut generatim creditur, natus est anno 1491. Sed hoc, potius quam defectus memoriae, dicendum error involuntarius, ut deducitur ex his quae de anno nativitatis in Praefatione huius vol. § 2º, diximus.

R. P. Fr. V. Beltrán de Heredia O. P. negat posse admitti quod dicitur in numero 57: « Y estudió [en Alcalá] términos de Soto », quia opus Dominici Soto « Summulae » adhuc non editum erat anno 1526⁷. Sed quare non potuit Ignatius aliquo apographo (vel compendio) manuscripto illius operis uti, quoniam Soto iam Artes docuerat ante annum 1526 in universitate complutensi? Ipse P. B. de Heredia ostendit Dominicum Soto docuisse Summulas Compluti ab autumno 1520, et transcribit verba eius in praefatione editionis Summularum anni 1529: « Accipite, ergo, studiosi iuvenes, annotationes quas et Parisiis et deinde Compluti publice profitendo collectas, eas nunc in lucem mittere iussus, accurati retractavi »⁸. Posset afferri in favorem obiectionis patris Beltrán de Heredia versio itala exhortationis adhuc ineditae, quam P. Nadal fecit Compluti anno 1561, in qua dicitur Ignatium studuisse Compluti *terminis de Enzinas*⁹. Sed cum agatur de testimonio satis posteriori, cum omnes praeterea Codices ACTORUM legant « términos de Soto » et cum hoc intelligi possit (ut diximus) de apographo manuscripto, nobis non videtur ab eo recedendum. Nam nisi aliqua ratio vere probans contra ACTORUM narrationem adducatur

⁵ BÖHMER, l. c., 314.

⁶ l. c., 119, annot. 16; 123, annot. 2^a.

⁷ *La Ciencia Tomista* 11 (1915) 388; 61 (1941) 349.

⁸ *Ibid.* 43 (1931) 370.

⁹ *Arch. Soc. Iesu Rom. cod. Instit.* 98, f. 141v; *Opp. NN.* 68, n. 12, f. 74v. Inter opera Ferdinandi de Enzinas citantur: *Termini perutiles et principia dialectices communia* (Toledo, 1534). Cf. NICOLAS ANTONIO, *Biblioteca hispana nova*, vo Ferdinandus Enzinas; G^a VILLOSLADA, *La Universidad de Paris ...* 392-393.

(nolumus enim nec Ignatium nec Ludovicum González infallibiles facere), eam sequendam esse existimamus¹⁰.

Quae hic dicta sunt nolumus ut de additionibus tempore posterioribus etiam intelligatur. De quibus additionibus post descriptionem manuscriptorum longius agemus.

Revisitne Pater Ignatius scripta a Patre Ludovico González, saltem quae Romae extendit, seu partem hispanam ACTORUM? Nullum positivum argumentum ad id affirmandum habemus; sed nobis res non improbabilis videtur, cum potuerit id facere, et ex declaracione Patris Ribadeneira in processu compulsoriali Matriensis anni 1606 sciamus apographa ACTORUM facta esse Romae ante discessum patris Lud. González die 23 Octobris 1555, et unum eorum datum Ribadeneirae iussu Patris Ignatii¹¹. ACTORUM sinceritatem admittunt et laudant scriptores recentes, qui de hac re egerunt. Vide sis verba Eduardi Fueter, quae in annotatione transcribimus¹².

3. *De tempore quo Acta scripta sunt*

Duas habemus narrationes antiquas de hac re; alteram ipsius patris Ludovici González, quae et antiquior, magis ad particularia descendens et maioris auctoritatis videtur, in praefatione in ACTA¹³; alteram Patris Hieronymi Nadal, in sua etiam praefatione ad versionem ACTORUM factam ab Hannibale de Coudreto.

Pater Nadal videtur non cognovisse, saltem tunc temporis, praefationem Patris Ludovici González, quae deest in apographo nobis ab illo servato. Minus existimandum est (ut aliqui iudicarunt)¹⁴

¹⁰ Non est cur ulterius quidquam dicamus de obiectionibus, quas R. mus P. Anselmus Albareda, O. S. B., attulit contra n. 18 ACTORUM, et RR. FF. Venantius Carro, Beltrán de Heredia et L. A. Getino, omnes O. P., contra nn. 64-66. Sufficiat de his videre quae P. A. Codina, S. I. scripsit apud AHSI, 7 (1938) 105-117; 4 (1935) 111-123.

¹¹ Textum, qui habetur in versione latina Processus Compulsorialis Matritensis, damus infra cum agimus de Actorum vicissitudinibus.

¹² « Loyola hat in seiner Selbstbiographie (die von einem Schüler nach seinem Diktate aufgeschrieben wurde) ein Muster anschaulicher realistischer Seelenschilderung geschaffen. Eine wunderbare Erzählung, wie sie nur aus langjähriger Selbstbeobachtung hervorgehen kann. Jede Nuance ist klar erfasst und unretuschiert wiedergegeben. Nirgends wird die Darstellung überschwänglich oder erbaulich phrasenhaft ». FUETER, *Geschichte der neuren Historiographie*³ (1936) 282.

¹³ De tempore quo Praefatio patris Ludovici González scripta est, vide paulo inferius in hac paragrapho. De tempore autem quo scripta videtur praefatio Patris Nadal, dicemus cum agemus de ACTORUM vicissitudinibus.

¹⁴ THURSTON apud NIX, *The Testament*, p. 218.

patrem Ludovicum suam praefationem scripsisse ad errata patris Nadal corrigenda. Igitur, si standum esset praefationi patris Nadal, nihil dictasset Ignatius nec scripsisset P. Lud. González ante adventum eiusdem Nadal ex Hispania medio octobri 1554. Nec de scriptionis tempore alia particulatim dicit. Pater vero Ludovicus González multo accuratius rem describit. Secundum eius praefationem, ACTA incepta sunt dictari ab Ignatio mense Septembri (Augusto)¹⁵ 1553, interrupta narratio non multo post usque ad adventum patris Nadal (n. 3^o) mense octobri 1554; resumpta die 9 Martii 1555; iterum interrupta ob varios casus (n. 4^o); tandem resumpta die 22 Septembris 1555 et finita 20 aut 22 octobris, quando P. Ludovicus González Roma discessit (n. 4^o-5^o).

Ex his interruptionibus, quae magis ingenia auctorum exercuit est prima, tum quia videtur satis determinata a P. Lud. González, tum quia ex loco in quo narratio interrupta censeatur, pendet numeratio annorum vitae, quos Ignatius existimabat se habere. Igitur P. Lud. González duabus veluti notis distinguit primam interruptionem: a) «hasta estar en Manresa algunos días, b) como se ve escrito de letra diferente».

Incipiamus ab hac secunda nota. Si manuscriptum originale P. Ludovici González haberemus, ex scripturae mutatione facile esset definire ubi primum interrupta fuerit narratio. Sed cum illud perierit, res valde difficilis evenit, quia in apographis mutatio illa manus vel non habetur vel ad conclusionem certam non ducit. Etenim in apographis C et Ve¹⁶ nullum est mutationis vestigium in tota manresana narratione; in apogr. N manus mutatur in n. 22, circa finem, post verba *mandarle su*, in media linea, relictis tribus aut quatuor lineis albis. Tum in sequenti fol. recto incipit aliis scriba verbis: «*Su confessor*»... Non videtur tamen nobis N in hoc loco imaginem originalis referre; quia nulla probabili ratione appareat cur narratio interrupta fuerit in media sententia, sine ullo sensu. Aliqui tamen, ut Susta, nullam in hoc vident difficultatem¹⁷.

Videamus nunc an nota «hasta estar en Manresa algunos días» melius conferat ad primam illam interruptionem definiendam. In ACTIS commoratio manresana fere annua Ignatii producitur a nu-

¹⁵ In praefatione (n. 2^o) dicit narrationem incepit mense septembri; sed postea in textu (n. 10) ait aliqua scribi mense augusto 1553. Videtur tenendum narrationem incoptam ad finem mensis Augusti, et patrem L. González in praefatione vago modo dixisse incoptam mense. Septembri. Vel admittendus aliquis memoriae defectus.

¹⁶ Horum apographorum accuratam descriptionem damus infra Cap. II.

¹⁷ JOSEF SUSTA, *Ignatius von Loyola's Selbstbiographie*, p. 60, annot. 3. Videsis ad finem Praefationis imaginem phototypicam ff. 9-10, ubi appetat illa interruptio.

mero 17 ad 34. Inde videtur excludi opinio Patris F e d e r , interrumpam esse narrationem ad finem n. 33¹⁸; quia, cum narratio illius commorationis finiatur n. 34, potius quam « hasta estar en Manresa algunos días », P. González in illa hypothesi dicere debuisse: « hasta casi el final de la estancia en Manresa ». Verbis patris L. González non adeo opponitur B ö h m e r qui vult narrationem primam anni 1553 pervenisse ad finem n. 31, et alteram anni 1555 incepisse n. 32 « Estando enfermo en Manresa ». Sed eius rationes¹⁹ praeter quam quod neque ipsae bene cohaerent cum locutione « algunos días en Manresa » (quia illustratio ad flumen Cardoner, de qua referunt numeri 30 et 31 accidit non post aliquot dies, sed saltem post plures menses ab adventu Ignatii Minorissam)²⁰, arbitrariae etiam et parum probare videntur. Immo excluduntur a MEMORIALI ipsius P. Ludovici González inferius edendo. Quia, (ut in Praefatione huius voluminis ostendimus)²¹, testatur ibi P. González n. 137, die 12-17 Februarii 1555 nondum Ignatium sibi narrasse illustrationem habitam iuxta flumen Cardoner de qua numeri 30 et 31 referunt. Igitur prima narratio facta ante adventum P. Nadal non pervenit ad numerum 30. Quousque autem pervenerit, deficientibus aliis inditiis, dicere non audemus.

Neque altera interruptio narrationis resumptae 9 Martii 1555 potest certo definiti. Fortasse ad numerum 79, quando incipit narratio italica; quamvis nec in hoc casu appareat ratio sufficiens intimae unionis utriusque rei; quia potuit S. Ignatius plura dictare, et P. Ludovicus González extensionem ob varias causas differre. Tandem narratio resumpta die 22 Septembris finita est die 20 Octobris, duabus diebus ante discessum P. L. González (nn. 4^o-5^o, 99), vel die 22 si nimis velis verba praefationis premere.

Potest ultimo loco quaeri quo tempore P. Ludovicus González praefationem hispanam scripserit quam ACTA anteposuit. Scripta videtur quando adhuc mors Patris Ignatii ignota erat auctori, tum quia nulla allusio ad mortem Patris in praefatiuncula est, tum quia in praesenti dicit: « el modo que el Padre tiene de narrar » (n. 3^o), « y así [nuestro Padre] ordenólo ahora para los 22 [de setiembre]

¹⁸ I. c., p. 118, annot. 6, annot. 8.

¹⁹ I. c. p. 311. Eius rationes sunt: « Denn § 31 schliesst die Bekehrungsgeschichte, § 32 beginnt in der Erzählung ein neuer Abschnitt « Estando enfermo en Manresa », und § 30 heisst es, dass Loyola zur Zeit im 62. Lebensjahr stehe ».

²⁰ Quia iam in numero 23 ACTA loquuntur de pluribus mensibus commorationis minorissanae: « siendo pasados muchos meses que le atormentaban » [los escrúulos]. Ex EP. LAINII, n. 10, et ex SUMMARIO HISPANICO Polanci n. 18, transierant iam quatuor menses ante eximiam illam illustrationem. Cf. A. CODINA, *Los orígenes de los Ejercicios espirituales*, 18-19.

²¹ Cf. supra Praefat. huius vol. Cap. II.

a la mañana » (n. 4^o); et ita opinantur Böhmer²² et Susta²³. Ig-
tur ante mensem septembrem 1556, quo tempore mortis notitia
primo in Lusitaniam pervenit ubi iam tunc P. L. González dege-
bat²⁴. Sed cum aliunde ipse P. Ludovicus González in **MEMORIALI**
n. 110 dicat se praefationis partem (« *pedaço de escritura* ») quam
in sequenti numero transcribit fecisse Romae; dicendum videtur
numeros 1^o-4^o praefationis scriptos ante diem 23 octobris 1555
quo Romam simul cum Nadal et Ribadeneira reliquit²⁵, cetera ad-
didisse sive in itinere sive in Lusitania ante praedictum mensem
Septembrem eiusdem anni, quo notitiam mortis Ignatii recepit.

His tamen probabilioribus, sed non certis, non omnino excludi
videtur sententia opinantium praefationem totam scriptam esse
Romae anno 1558, aut 1559 in altera commoratione Romana Lu-
dovici González, fortasse occasione alicuius apographi tunc facti.
Sic melius explicaretur defectus certitudinis in assignando die quo
dictare coepit Ignatius, et positio mensis Septembris pro mense
Augusto. Formae autem verbales « el modo que tiene el Padre de
narrar », *ordenólo ahora* etc. explicarentur per *praesens historicum*.

4. *De Actorum integritate*

Dubitatio orta est inter aliquos auctores²⁶, utrum textus **Ac-
TORUM**, prout ad nos pervenit sit integer, an aliqua parte mutilus.
Et dubitationis causa est quod P. Ludovicus González in sua Prae-
fatione, n. 2^o, dicit Patrem Ignatium incepisse narrare totam suam
vitam, etiam iuventutis facinora (*las travesuras de mancebo*) clare
et distincte; quorum narratio non invenitur in textibus adhuc ser-
vatis²⁷.

Inquirendum tamen esset utrum ea Ludovicus González scrip-
serit, an ob Patris reverentiam non ausus sit ea vel scribere, vel
aliis communicare. In codicibus nobis notis unicum mutilationis
vestigium esset, quod in illis finis praefationis deest, et suspicari
quis posset cum ultima praefationis parte avulsum esse initium
narrationis. Tamen Pinius, qui ineunte saeculo XVIII exemplar in-

²² BÖHMER, l. c., 311.

²³ SUSTA, l. c., 58. Hi tamen auctores non animadverterunt ad diffi-
culturam ortam ex verbis Ludovici in **MEMORIALI** (n. 110) dicentis se
scripsisse Praefationem Romae.

²⁴ *Epist. Mixtae V*, 498 sqq.

²⁵ Nadal III, 851.

²⁶ Cf. BÖHMER, l. c., 312-314.

²⁷ P. FEDER (p. 118, annot. 10) opinatur sufficere ad sententiam Lu-
dovici González explicandam, quod Ignatius dicit de sua confessione ge-
nerali trium dierum, de scrupulis, de libris ante conversionem lectis, etc.
Suspiciamus paucos lectores hac explicatione fore contentos.

tegrum praefationis invenit, nihil de textus mutilatione suspicatus esse videtur; et notandum illum, ad comparationem versionis latinae Hannibalis Coudreti cum textu hispano, semper uti nostro codice N. Deest igitur probatio ad mutilationem asserendam.

Quo posito, dicendum potius videtur, Patrem Ludovicum González facinora illa iuventutis fundatoris vel litteris non tradidisse, vel pro se tantum scripta, aliis non communicasse.

CAP. II. MANUSCRIPTORUM DESCRIPTIO

Puncta breviora vel notae, quibus primum ACTA Ludovicus González scribebat statim (ut ipse dicit) post colloquia cum Patre Ignatio habita, perierte. Secunda scriptio, vel extensio, quam fecit partim Romae hispanice, partim Genuae italice (deficiente amanuensi hispano) dum navim in Hispaniam euntem opperiretur, servatur in aliquibus manuscriptis nobis notis, quorum descriptionem hic damus, praemissis notis quibus ea distinguimus, indicantes etiam brevissime quid quodque contineat.

- N* caret praefatione patris L. González, sed continet integrum textum originalem hispanum et italicum;
- C* habet praefationem hispanam patris L. González, et solam partem hispanam **ACTORUM**, eamque incompletam;
- Ve* habet, ut *C* praefationem hispanam, et solam partem hispanam **ACTORUM** etiam incompletam;
- Co* caret praefatione ulla et continet versionem latinam totius operis;
- Co²* habet initio additam praefationem latinam patris Hier. Nadal (non eam patris L. González) et continet integrum versionem latinam;
- Post* continet versionem latinam tum Praefationis Patris L. González, tum partis hispanae **ACTORUM**, et textum originalem italicum alterius partis;
- Vi* continet versionem latinam tum praefationis patris L. González, tum reliqui operis completi.

Amplior manuscriptorum descriptio

Notandum est in his mss. nullam esse paragraphorum numerationem. Sequimur in hac nostra editione numerationem quae habetur in *MI.*, Scripta, I, 31-98, quae fere eadem est quam Bollandiani in editione latina induxerant.

N (apographum integri textus)

Invenitur in cod. *Collectanea P. Nadal*, nunc *Instit. 218*, ff. 4-17 (in marg. infer.), 5-18 (in marg. super.). Desideratur Praefa-

tio; caeterum pars hispana et itala integræ sunt. Partem hispanam ab amanuensi lusitano scriptam esse, ex modo scribendi (orthographia) apparet.

Hic codex (et textus) qui pluries de loco in locum migravit, saepe descriptus est²⁸. Liceat nobis, qui codicem quantum voluimus tractare potuimus, aliqua in eorum descriptionibus corrigere vel addere.

In fol. 9v (10v) interrupitur scriptio in media linea, verbo *su*, relictis aliis quinque lineis albis; et sequitur initio folii 10 (11) *Su confessor*. Editor *Epist. P. Nadal*²⁹, (quem sequitur Feder) dicit ff. 10 sqq. eadem manu, qua 4-9, sed minoribus litteris scripta; Pinus bollandista³⁰ dicit hoc loco novum amanuensem subintrare. Mutari scripturam dicit Böhmer³¹. Primo aspectu scriptura videtur diversa; post valde similis; sed esse alius manus videtur probari ex eo quod in praecedentibus scriba nunquam usurpat signum ç; a folio 10 semper aut fere semper scribit ç, v. g. cierto, notícias, progesión, consolación, etc.

In fol. 11r (12r), lin. 22, ultimum verbum lineae est *ayudas*, et quae sequuntur paulo grandioribus characteribus sunt scripta. Böhmer l. c. dicit mutari manum scribæ; et ita videtur intellexisse etiam Pinus p. 641. *Epist. P. Nadal*, et Feder negant manum mutari; quod nobis etiam videtur, licet in f. 14 (15) et seq. scriba (qui ceterum idem videtur) utitur j longo pro i brevi, quod prius non fecerat (le *djo*, *camjno* etc.).

Partem italicam, quae est in ff. 18-27 (19-28) scriptam esse ab uno amanuensi, et quidem a praecedentibus diverso, nemo dubitat. Aliqui, ut Pinus l. c. p. 592 et P. Thurston³² existimarent *N* esse ipsum originale; id iam negarunt (alius alia de causa) Böhmer (p. 310) et Feder (p. 8). Alia ratio addi potest, quae id certo evincent; scribam scilicet reliquise aliquando lineas textus breviores (ff. 15v, 16v, 25v) ut posset transcribere additiones marginales; quod fieri non potuisset nisi præ oculis habuisset exemplar in quo illæ additiones iam erant. De his additionibus plura dicemus in cap. III.

C (apographum solius partis hispanæ)

Est in foliis 18r-29v voluminis primi codicis *Varia Historia antiqui collegii Complutensis S. I.* (nunc in Archivo Provinciae

²⁸ Cf. E. M. Rix, *The Testament*, 217 annot. 1; *Nadal*, I, XL (codex 12); *MI.*, Scripta I, 24 (codex 15); BÖHMER, l. c. 310; FEDER, l. c. 119 annot. 19. Vide inferius imaginem phototypicam initii codicis, et partis fol. 16v, 25v.

²⁹ *Nadal* I, XL (codex 12).

³⁰ A.A. SS. Iulii VII, 639.

³¹ BÖHMER l. c. 310.

³² Apud E. M. Rix, l. c., p. 37 annot. 1 et 216.

Toletanae S. I.)³³. Ms. videtur saeculi XVI. Incipit: « † Vida de Nro. P.^e Ignatio de S.^{ta} memoria, como él la dictó al P.^e Luis Glis. de Cámara ». Continet praefationem hispanicam P. Ludovici González, sed imperfectam (numeros 1^o-4^o).

Quod ad textum attinet, si cum textu *N* comparatur, *in n. 10* omittit aliquam sententiam; *in n^o 13* omitt. tres lineas de thesaurarii observatione; *in n^o 15* incepit narrare occursum Mauri, sed cito narrationem inceptam reliquit, scribens « ettc. » et omittens etiam nn. 15, 16, 17, 18; *in n^o 21* addit aliqua de peccatorum dolore; *in n^o 22* ponit in textu notam quae in *N* est in marg.; eodem modo *in n^o 30*; *n^o 38* post verba: « en cinco días con sus noches » scribit « ettc. », et omittit reliqua, nn. 38 et 39, usque ad: « llegó a Roma el domingo de Ramos »; *in n^o 56* post: « empezó a mendigar » abbreviat octo lineis commorationem complutensem et salmanticensem, omittens nn. 56, 57, 58, 59, 60, 61, 62, 63, 64, 65, 66, 67, 68, 69, 70. In fol. 28^{r-v} in compendio et hispanice scribit cominationem parisinam et venetam Ignatii (nn. 71-96). Nihil dicit de sociis Callisto, Arteaga, Cáceres, Reinalde; neque de adventu Ignatii in patriam anno 1535. Additionem marginalem *numeri 96* vertit post n. 97. Breviat ea quae sunt *in n. 98* omittens quae agunt de baccalaureo Hoces. *Numeros 99, 100, 101* satis bene convertit in linguam hispanam. Post n. 101 addit: « Quando estaua preso el peregrino en Alcalá, nació el príncipe de España, y por aquí se podrá saber, y hacer la cuenta, etiam de lo pasado », quae in *N.* sunt in marg. ad n. 73. Tandem *in ff. 30r-31* sunt aliquae considerationes de virtutibus Ignatii, et qua via nos possimus eum imitari, quae ad textum non pertinent.

Sunt in margine compendia eorum, quae dicuntur in textu, alia manu scripta, et aliquae notae scriptae post editionem latinam Bollandianam³⁴.

Additiones vero marginales, quae ad textum pertineant, solum invenimus sequentes: fol. 20^r « ser obligado, y parte a una imagen de Nra. Sra. que estaua mal adereçada para que se adereçase y ordenase muy bien » (cf. n^o 13); fol. 21^r addit in marg. verbum « veces » omissum in textu (cf. n. 24, initio); in fol. 24 addit ver-

³³ De codice *Varia Historia* cf. *MI. Epist. I, 48* (codex 46); *Nadal I, p. CIII* (codex 20); *Mon. Xav. I, xx* (codex 8); *URIARTE-LECINA, Biblioteca*, sub vo *Castro*, Cristóbal.

³⁴ Cuius generis sint notationes marginales huius apographi, en aliqua exempla: f. 18 sqq: « Remedio contra la vanagloria. — Discurso como confesión general de más de 24 años con gran claridad y circunstancias. — Comienza el discurso como confesión general. — Corresponde a lo que en esta materia scrivió el P. Lainez y añade esto de la confesión. — Graves dolores sin quejarse. — Los médicos le tuvieron por muerto. — S. Pº le confortó. — Nuevos dolores por igualar un hueso ». etc.

bum «buscaua», omissum in textu (cf. n. 37). Quae potius quam additiones marginales, sunt verba omissa ex oblivione ab amanuensi. In his quae C ad litteram transcribit sunt lectiones quae supponunt textum praecedentem optimae notae, ut in apparatu videri poterit.

Ve (apographum solius partis hispanae)

Exstat in Cod. *Manoscrit. gesuit.* 1372, Romae in Biblioth. Vittorio Emanuele, ff. 88r-112v. Ms. saeculi XVI. Hucusque ineditum et incognitum. Titulus, alia manu: « Exemplar originalis vitae B. Ignatii scriptae a P. Ludovico Consalvio, narrante ipso B. Patre ».

Praefatio hispanica P. Ludovici González est incompleta, ut in C.

Textus vero abrumpitur violenter in medio numeri 68: « después le mandaron que declarase ». Nonnumquam in primis foliis sunt correctiones alia manu factae, secundum versionem latinam Coudreti; vel secundum textum hispanum nobis ignotum, qui similissimus textui Coudreti erat.

Has correctiones notabimus in apparatu critico signo Ve².

Textus ante correctiones fere idem est qui N, nonnumquam melior. Praeter has correctiones, habet in marg. aliquas additiones ex his quae sunt in N, de quibus paulo post dicemus. De parte itala nihil dicendum, quia textus ante illam abrumpitur.

Co (apographum versionis latinae P. Coudreto)³⁵

Invenitur in cod. *Instit.* 218, ff. 28r-43v (in marg. inferiori), 30r-45v (in marg. superiori), post textum hispanicum italum N. Primitus erat quaternio constans ff. 1-16 signatis in extremo margine superiori. In omnibus foliis in parte superiori scriptum est anagramma nominis Iesu: IHS. Multis locis correctum a P. Nadal. Titulus primo erat: « Pars uitae R. di P. is Ignatii de Loyola, primarij secundum Deum institutoris Societatis IESV ». P. Nadal delevit « Pars vitae » et scripsit supra: « Acta quaedam ». Postea scripsit

³⁵ Hannibal de Coudreto natus anno 1525 in oppido Sallanches in Sabaudia, ingressus est Societatem Iesu Romae 1546; missus in Siciliam anno 1548, Romam rediit exeunte 1558; in Galliam missus medio anno 1561, multis exantlatis laboribus obiit Avenione 17 Septembris 1599. Cf. J. M. PRAT, *Recherches historiques et critiques sur la Compagnie de Jésus en France ...*, I, 436-442; SOMMERVOGEL, *Bibliographie*, v. Coudret; A. Eius nomen varie scribitur, Codret, de Coudreto, du Codré, du Coudrey, du Coudray; sed cum res sit valde incerta, iuxta SOMMERVOGEL, l. c. et FOUCERAY, *Histoire ...* I, 103, note 3, nulla videtur esse ratio recedendi a modo scribendi ipsius Hannibalis et Ludovici, fratris, qui solent suum nomen scribere de Coudreto. Cf. tamen PRAT, l. c. V, 83.

et concellavit verba: « interprete P. Annibale Coudreto, refectis nonnullis a p. Natali », ut appareat in imagine phototypica.

Caret omni praefatione. Incipit: « Ad annum uigesimum sextum fuit uanitatibus huius mundi deditus » etc.

Cum inferius hoc apographum edere statuerimus adversus tex-tum originalem, annotatis omnibus correctionibus patris Nadal, non est cur multum hic immoremur. Sufficiet animadvertere cor-rectiones generatim non esse magni momenti. Verba fuerant — *confessario* (medio n. 61 ad medium n. 64) scripta sunt in fol. 37^r cum debuissent esse in fol. 36^v, ubi sunt verba *et altero* — *eadem catena* (a medio n. 64 ad ineuntem n. 67), quae illa sequuntur. Sunt tamen in ms. signa antiqua, quae amanuensis distractionem et verum rerum ordinem indicant. Textus originalis, quem *Co*, supponit, similis fuisse videtur *N*. Habebat tamen aliqua quae desunt in *N*, nec videntur ab interprete addita, ut in n. 1 cum agit de confessione facta commilitoni, addit « ac ille vicissim ipsi »; et in n. 2 cum dicit Ignatium vulneratum mansisse Pampilone « eodem in habitaculo, quod ante habuerat, cum tamen ab optimis Francici exercitus medicis curaretur eo toto tempore », etc.

Versio facta videtur intra annos 1559-1561, quando Hannibal de Coudreto, e Sicilia reversus in collegio Romano habitavit.

Co² (aliud apographum eiusdem versionis)

Co² est apographum factum post correctiones patris Nadal in *Co*, cui praefixa est Praefatio in *Acta* a patre Nadal dictata patri Iacobo Ximénez et ab hoc scripta. Titulus est: « Acta quaedam R.^{di} P.^{nri} Ignatij de Loyola primarij secundum Deum institutoris Societatis Iesu ».

Codex, qui nihil aliud praeter hanc versionem continet, si-gnatur *Vitae* 69. Apographum non fuit magna cura factum; aliquando habet lectiones sine ullo sensu, quae in *Co* optimum sensum reddebant; v. c. in f. 4 scribit: « caluerant » pro « coaluerant », « cernerentur » pro « reponerentur » (cf. n. 2); in f. 9^{r-v} « quo in oppidum quod Manresa quoddam delatus est dicitur » pro « quo in oppidum quoddam quod Manresa dicitur, delatus est » (cf. n. 18). Sua tamen utilitate non caret, quia saepe facilior lectu est quam *Co*, ubi multae sunt correctiones et additiones.

Post (versio latina partis hispanae, et originale partis italicae)

Invenitur in magno volumine *Process. beatif.* VIII [10]³⁶, ubi collecta sunt multa documenta praeparatoria ad beatificatio-

³⁶ Vide sis descriptionem huius codicis apud *MI.*, Scripta, II, xix (codex 37). Exstat in *Archivo Postulationis generalis causarum S. I.*, Romae. Nunc in dorso habet n. 10.

nem Patris Ignatii, usque ad annum 1605, ut dicitur in primo folio. In fol. 23^r, sine ullo titulo, incipit: « + Anno quinquagessimo tertio, die Veneris, mane, quarta Augusti etc. » Praefatio haec finitur in eodem fol. 23^r verbis: « ... et ita assignavit horam ad vigessimum secundum de mane ». Continenter, parvo spatio relicto, incipit textus: « Ad vigessimum usque aetatis suae annum ... ». Versio partis hispanae finit fol. 32^r, media linea decima, verbis: « ut experiretur, an illum in illo occasionis articulo Deo lucrari posset, relicto mundo ». Cf. n. 79. Aliquantulo spatio vacuo, in eadem linea sequitur pars italica: « et per poter consseguir questo gli veniva desiderio di andar quelle vinti otto legue ... ». Finit pars itala in medio fol. 35^r, verbis: « lui non volse. » Pars latina et itala eadem manu scriptae sunt.

Versio haec latina, quamvis vulgari stilo scripta, ex multis correctionibus ab eodem scriptore factis appareat non leviter, sed accurate facta. Textus hispanus quem supponit, similis erat *N*, paucis exceptis, quae in apparatu critico notamus. In primis paragraphis accedit ad *Ve* correetum. Habet illas in primis paragraphis additiones quas in *Co* notavimus, sed nullo modo videtur a *Co* pendere. Stilus est alius omnino. De versionis auctore nihil invenire potuimus. Textus partis italae similis est textui manuscripti *N*. Nullus absolute altero perfectior. Post raro retinuit lectiones, quae meliores videntur, quas in apparatu critico notamus³⁷.

Vi (versio latina totius operis)

Exstat in Processu compulsoriali Matritensi, (ff. 129^r-228)³⁸, qui Processus factus hispanice Matrii anno 1606 et Romanam missus, versus est in latinam linguam (anno 1611) a Ioanne Viseto, clero dioecesis Leodiensis, ut ipse dicit. De eo nihil aliud scimus. Textus totus est latinus. Praefatio P. Ludovici González finitur verbis: « et ita statuit diem sequentem, nempe vigesimam secundam de mane » cf. n. 4^a). Sequitur continuo: « Usque ad vigesimum suae aetatis annum » ...; et finit verbis « sed ipse noluit ».

³⁷ Initium textus in versione latina *Post* est sequens, quod cum versione patris de Coudreto, quam infra damus conferri potest. — « Ad vigesimum usque aetatis suae annum fuit deditus vanitatibus mundi, et laetabatur praeципue in armorum exercitio, magno cum desiderio honorem adquirendi, et sic cum in Pamplonae arce esset a Gallis oppugnatae; et cum omnibus videretur quod arx, salva militum vita, traderetur (realiter enim se defendere nequibant) » ...

³⁸ Folia huius codicis quamvis sint magna, ob ampliores margines parum scripti in unoquoque habent. In fol. 129^r, in media linea 4^a, dicitur: « Sequitur id quod P. Ignatius narravit P. Ludovico Gonçalez de eius conversione et emendatione vitae scriptum manu Patris Magistri

Textus originalis quem supponit, quantum colligi potest ex versione parum accurate facta, similis erat illi quem *Co* et *Post* habebant. Stilus valde diversus ab utroque.

En aliqua exempla versionis parum accuratae, vel textus male intellecti. In Praefatione n. 1^a verba: « Y así me contó el Padre cómo *dos años* *habia sido trabajado* *deste vicio* » vertit: « et deinde mihi narravit Pater quo modo *a duobus annis elapsis illo vitio maxime vexatus fuerat* ». In fine n. 2 « hasta estar en Manresa algunos días, como se ve escrito de letra diferente », vertit: « donec mihi dolens manus per nonnullos dies convalesceret, uti appareat aliena manu esse scriptam historiam ». Fortasse interpres pro *Manresa*, legit duo verba *man* (*manus*) et *resa*, et non intellexit quid textus hispanus diceret. Ceterum grosso modo textum originalem fideliter reddi hac versione dici potest.

In apparatu critico praecipuas solum lectiones variantes indicamus³⁹.

CAP. III. DE ADDITIONIBUS MARGINALIBUS

In exemplaribus *N* et *Ve* sunt complures additiones in margine, quae omnes Patri Ludovico González tribuendae videntur, scriptae post quam iam textum amanuensibus dictarat; quae additiones tertiam redactionem certo modo constituere dici possunt. Hae additiones suis locis notatae sunt in *MI.*, Scripta I; sed lectorum attentio circa illas excitata non fuit, quare qui illa editione usi sunt, parum etiam ad illas animadverterunt.

Breviter dicemus de earum numero, natura, auctore, de tempore scriptionis et tandem de apographorum ordine qui ex illis derivari posse videtur.

Polanci ». Et in margine: « P. Gonzalez: Hic incipit Historia narrationis vitae B. P. Ignatii ». In fine autem transcriptionis, post verba numeri ultimi 101 « sed ipse noluit » (lui non volse), sequitur: « Haec sunt scripta manu Patris Ludovici Gonzalez. Finis ». — Quod initio dicitur scriptum manu Patris Polanco, posset intelligi de Praefatione. Quod vero in fine dicitur « Haec sunt scripta manu Patris Gonzalez », intelligi sine dubio debet de operis auctore, non de scriptione materiali; quia de scriptione materiali apographi aliter loquuntur testes iurati illius Processus, et nominatim Ribadeneira, transcriptionem Actorum partim Patri Romeo, partim Patri Ben. Pereira tribuentes. Hunc textum dabimus infra in capite De Actorum vicissitudinibus.

³⁹ Initium huius versionis in textu ita est: « Usque ad vigesimum suea aetatis annum iuvenis existens fuit vir mundi novitatibus deditus et praecipue in armorum exercitiis delectabatur, cum magno desiderio honorem acquirendi; et proinde, cum esset in arce Pamplonensi, quam Gallorum exercitus vi occupare conabatur, omnesque seditionem facere decrevissent, quia vere amplius se tueri non poterant » ... etc.

1. *De additionum numero et natura*

Numerus. In exemplari *N* in quo servata nobis est integra pars ACTORUM hispana et italica, sunt additiones ad paragraphos seu numeros 8, 11, 12, 13, 14, 16, 30, 57, 59, 60, 65, 73, 96. Omnes, praeter ultimam, in parte hispana. Quaenam sint in aliis exemplaribus dicemus paulo inferius.

Natura additionum. Inter has additiones aliquae magni momenti sunt, v. g. add. ad n. 8 de primo discursu de rebus divinis; ad 13 de disciplina quotidiana nocturna; ad 16 de crure tumefacto; ad 30 de quibusdam explicationibus circa magnam illustrationem Minorissae habitam; ad 73 de praeteritorum chronologia; ad 96 de narratione visionis prope Romam; aliae minoris momenti, ut ad nn. 57, 59, 60.

2. *De earum auctore*

Auctor additionum nullus alias esse videtur nisi ipse P. Ludovicus; etsi eius manus nunquam in apographis nobis notis existet. In aliquibus origo satis clara apparet, v. g. in ultima (n. 96), cum dicit: « Et io che scrivo queste cose ... » Etiam apparet satis in parvis additionibus ad nn. 57, 59: « Acordarme he del temor »; « A[cordarme he] de lo que me contó Bustamante », quae ad libri auctorem referri clarum est. In aliis nulla allusio ad auctorem inventitur; sed supponi debent, nisi aliud probetur, eiusdem esse auctoris.

Quamvis additionum auctor sit P. Ludovicus González, quaeritur ulterius potest num ab ipso Patre Ignatio procedant; id est, utrum sint res quas Ignatius dixit annis 1553, 1555, Patri Ludovico, hic vero oblitus est eas in prima redactione extensa dictare, et postea memoriae defectum supplere intendit; an e contra sint res quas Pater Ignatius Patri Ludovico non dixit (saltem quando sua facta illi narravit); sed noster Ludovicus vel ex his quae ab Ignatio audivit ratiocinando deduxit, vel aliunde novit.

Aliquae additiones, ut ad nn. 57, 59, legenti facile apparent non procedere ex voluntate supplendi memoriae defectum, sed ex voluntate complendi historiam. De aliis maior est difficultas, praeceps de duabus magni momenti ad nn. 8, 30. Potuerunt illae a Patre Ignatio Patri Ludovico narrari; potuit etiam hic ratiocinando ex aliis deducere; primam (ad n. 8) ex his quae P. Ignatius dicit (n. 99) de modo quo Exercitia fecit; alteram (ad n. 30) ex his quae iam P. Laynez scripserat in Epistola superius edita (n. 10, p. 80). Neque hoc esset contra id quod Ludovicus in Praefatione (nº 3*) asserit, curasse se nihil scribere nisi quod a P. Ignatio audierat; cum hae additiones non sint in ipso textu. Rem diudi-

candam sapientioribus reliquimus. Sed hinc etiam concludi videatur non deberi citari hae additiones, quasi essent verba Ignatii ut reliquus textus, nisi in aliquo casu id probari posset.

3. *De tempore quo scriptae videntur*

Ex hispanis exemplaribus et ex latinis versionibus duo possumus (ut nobis videtur) colligere: primum, non omnes additiones simul, sed aliquas uno tempore, alias alio scriptas; alterum, additiones omnes nobis cognitas ante annum 1562 compositas esse.

Primum colligi videtur ex eo quod aliquae additiones desiderantur in exemplaribus *C*, *Ve* et versionibus *Post* et *Vi*. In exemplo *C* desiderantur fere omnes; exstat tamen additio ad n. 14: « Tenia tanto ... » translata ad n. 21 in ipso textu, circa finem post verba: « de aparecer Jesu Christo? ». Exstat etiam additio ad n. 96 versa in sermonem hispanum, non in margine, sed in textu; et additio ad n. 73: « Quando estaua preso » traslata ad finem operis (n. 101) post verba: « lui non volse » (mas él no quiso).

In exemplo *Ve* sunt etiam in margine additiones respondentes nn. 8, 11, 12, 13, 14, 16, 65; desiderantur vero additiones ad nn. 30, 57, 59, 60⁴⁰. In versione *Post* maior pars additionum textui incorporata est; desideratur tamen quod responderet additionibus nn. 30, 57, 59, 60, 73, 96. In versione *Vi* sunt in textu fere ut in *Post*: desiderantur autem ad nn. 8, 30, 59, 60, 73, 96.

Si omnes additiones scriptae essent a P. Ludovico González eodem tempore, non apparet ratio talis varietatis in codicibus; bene autem intelligitur, si aliquae uno tempore, aliae alio scriptae, et interim apographa facta sunt.

Alterum, additiones ante annum 1562 scriptas fuisse colligi videtur ex versione latina Hannibalis Coudreto (*Co*), in qua omnes alicuius momenti (excepta illa ad n. 30) in textu inveniuntur⁴¹. Iam vero Ha. Coudretus Romam e Sicilia rediit exeunte anno 1558 vel ineunte 1559, et Roma in Galliam profectus est medio anno 1561⁴², operam datus in ministeriis spiritualibus et collegiis re-

⁴⁰ Ut in descriptione huius manuscripti diximus, textus abrumpitur in medio numeri 68. Non est igitur locus ut additiones marginales ad numeros 73 et 96 apponantur.

⁴¹ Additio ad n. 30 apposita fuit ad marginem a P. Nadal. Additiones autem ad nn. 57 et 59, quae desunt in *Co* et etiam in *Co*², consulto potenter omitti ab interprete, quia sapiunt monita pro auctore: « Acordearme he »... Additio ad n. 60: « M[ion]a uno, y era confesor » potuisse bene verti. Sed fortasse interpres illam non intellexit. Ipse Nadal, qui additionem ad n. 30 versioni *Co* ad marginem dein apposuit, omisit hanc ad n. 60, licet inveniretur in apographo N.

⁴² Cf. *Lainii Monum.* V, 590, 592, 594, 638.

gendis. Unde probabiliter concludere possumus illum versionem Actorum ante gallicam profecisse.

4. *De apographorum ordine et dependentia*


Ex his additionibus marginalibus videtur nobis posse concludi textus *N C Ve*, licet valde similes, non pendere unum ab alio; et quamvis Ms. in quo est *N* sit antiquius *Ve* et *C*, et *Ve* nunc existens sit iterum nostro *C* antiquius, tamen *C* supponere gradum antiquiorem manuscripti Patris Ludovici González nobis noti (vocabemus illum *X^c*); *Ve* novum gradum recentiorem (*X^e*); *N* gradum recentissimum (*Xⁿ*).

Difficilius est quid simile etiam de versionum manuscriptis determinare, praesertim de *Post* et *Vi*. Et, ut nobis videtur, difficultas praeципue ex eo provenit, quod non possimus certo scire utrum apographa ex quibus versiones *Post* et *Vi* procedunt facta sint secundum textum primitivum, an secundum textum iam aliquomodo ex aliis correctum et interpolatum. Quod de *Vi* suspicari merito possumus; nam secundum Processum compulsorialem Matritensem anni 1606 procedere videtur ex apographo dato patri Ribadeneira anno 1555 ante discessum patris Ludovici González ex urbe; unde videtur carere debuisse annotationibus marginalibus, praesertim illis quae ad partem anno 1555 dictatam se referunt. Quomodo tot habet, nisi quia postea interpolatae sunt? Iuvat saltem apponere paradigma progressivum additionum marginalium prout hae in apographis omnibus nobis cognitis exhibentur. Cum additiones textui sunt insertae, id littera *t* indicamus. Cum nulla annotatio apponitur, signum est eas adstare ad marginem.

<i>C</i>	<i>Ve</i>	<i>Post</i>	<i>Vi</i>	<i>Co</i>	<i>Co²</i>	<i>N</i>
—	8	8 (<i>t</i>)	—	8 (<i>t</i>)	8 (<i>t</i>)	8
—	11	11 (<i>t</i>)	11			
—	12	12 (<i>t</i>)	12			
—	13	13 (<i>t</i>)	13			
—	14	14 (<i>t</i>)	14			
—	16	16 (<i>t</i>)	6			
21 ^a (<i>t</i>)	—	—	—	—	—	—
30 (<i>t</i>)	—	—	30 (<i>t</i>)	30 (marg.)	30 (<i>t</i>)	30
—	—	—	—	—	—	57
—	—	—	—	—	—	59
—	—	—	—	—	—	60
—	65	65 (<i>t</i>)	65			
73 (<i>t</i>) (ad fin.)	—	—	—	73 (<i>t</i>)	73 (<i>t</i>) ⁷³	73
96 (<i>t</i>)	—	—	—	96 (<i>t</i>)	96 (<i>t</i>) ⁹⁶	96

a) Respondet additioni marginali ad n. 14 in *N*.

Scimus apographa *Post* et *Vi* scripta esse exeunte saeculo XVI et ineunte XVII in causa beatificationis P. Ignatii. Sunt igitur tempore posteriora omnibus aliis apographis etiam *Co* et *Co²*. Tamen, cum ex paradigmate constet *textus originales* quos supponunt caruisse aliquibus additionibus marginalibus quae sunt in *N*, *Co* et *Co²*, iure concludimus hos *textus originales* scriptos esse ante *textus rursus originales* (*XN*, *XCo*) a quibus *N*, *Co*, *Co²* dependent. Unde si una imagine repraesentare simul velimus distantiam probabilem nostrorum codicium et progenitorum eorum a communis stipite, habebimus plus minus stemma sequens:



Si tamen ad id quod paulo superius de *XVi* diximus, animadvertemus, fortasse *XVi* ante *Ve* collocandum esset.

CAP. IV. DE ACTORUM VICISSITUDINIBUS

1. P. *Ludovicus González*

Die 23 octobris anni 1553 simul profecti sunt Roma Patres Ludovicus González, P. Hieronymus Nadal et P. Petrus de Ribadeneira. Primus in Lusitaniam, Nadal in Hispaniam, Ribadeneira

in Flandriam. Hic duos alios Florentiam usque comitatus est⁴³. Huius tres Patres magnam partem in primis ACTORUM vicissitudinibus habuerunt. Unde pauca de illis dicemus. Ludovicus González et Nadal Genuae navim in Hispaniam euntem plus integrum mensem expectare debuerunt; nam cum Genuam pervenissent versus diem duodecimum novemboris⁴⁴ ibi substiterunt usque ad 22 decemboris⁴⁵.

Hoc tempore Ludovicus noster extendit italice, deficiente amanuense hispano, partem ACTORUM quam Romae extendere non potuerat⁴⁶. Non videtur improbabile aliquod apographum huius partis ab eo Romam missum antequam Genuam relinquaret. Ulisiponem pervenit Ludovicus 12 Februarii 1556. Inde in Italiam rediit anno 1558 ad primam Congregationem generalem Societatis Iesu, Romamque pervenit mense maio⁴⁷. Electus est a Congregatione Assistens seu consiliarius Praepositi Generalis; sed instantibus Curiae Lusitanæ precibus illuc magister iuvenis regis Sebastiani, redire coactus, Urbem reliquit die 3 Iulii 1559⁴⁸.

Tempore quo Romae fuit (maio 1558-Iulio 1559) potuerunt fieri aut corrigi aliqua apographa ex suo exemplo originali, quod obvium est secum portasse. Dolendum quod nunc omnino lateat, vel perditum sit; nec in Lusitania, nec Romae adhuc inveniri potuerit.

2. P. Hieronymus Nadal

Patrem Ludovicum González Hispaniam usque, ut diximus, comitatus est Pater Hieronymus Nadal. Qui cum tantopere exoptaret ut Ignatius Pater ACTA dictaret, existimandus est voluisse quam primum posset illorum exemplum habere. Utrum Genuae an in itinere illud obtinuerit, certo scire non possumus. Ex Hispania rediit anno 1556 exeunte, Romamque pervenit, ut ipse in sua Ephemeride annotavit, die 10 Decemboris⁴⁹. Hic iam anno 1557, antequam L. González in Italiam rediret, primus, quod sciamus, integro ACTORUM exemplo usus est. Nam hoc anno 1557 incepit compонere «Apologiam ad Doctores Parisienses»⁵⁰ in qua vitam Sti-

⁴³ Cf. *MI.*, Epist. X, 38; *Nadal*, II, 40; III, 851.

⁴⁴ *Chron.* V, 116.

⁴⁵ *MI.*, Epist. X, 504; *Chron.* VI, 636.

⁴⁶ Cf. Praef. in *ACTA*, n. 5*.

⁴⁷ *Lainii Monum.* III, 310.

⁴⁸ Ib. IV, 434; *AHSI*, 6 (1937) 103.

⁴⁹ *Nadal*, II, 49.

⁵⁰ Haec Apologia, adhuc inedita invenitur in cod. *Histor. Soc.* 67, ff. 95-132. Cum in proximo volumine eam in lucem edere in animo sit, non est cur hoc loco in ea describenda immoremur. Quod incepta sit scribi anno 1557 deducitur ex verbis Nadal: «Triennium agitur postquam

Ignatii enarrat, et quidem ita ut appareat illum non solum EPISTOLAM PATRIS LAINEZ de P. Ignatio, sed etiam ACTA prae oculis habuisse. Et de parte hispana Actorum manifesto appareat compluribus locis, sed praecipue in f. 107^v ubi de eximia illustratione Minorissae habita agit (ACTA, 30); in f. 108^v ubi de repulsa patroni veneti admittendi in sua navi gratis Ignatium e palaestinensi peregrinatione redeuntem (ACTA, 49); f. 111^r, ubi de colloquio Ignatii cum Patribus Ordinis Praedicatorum Salmanticae (ACTA, 65-66).

Ex parte itala ACTORUM pauca inveniuntur in Apologia; sunt tamen aliqua quae ex illa derivari videntur, ut cum in fol. 114^v loquitur de discessu Ignatii ex patria anno 1535 et de tempestate habita inter Valentiam et Genuam (ACTA, 90, 91). Et quidem in hoc loco sensus ACTORUM minus recte redditur. Nam ubi ACTA, n. 91 dicunt: « Et imbarcato in una nave grande, passò la tempesta della quale si è fatta mentione di sopra, quando si è detto che fu tre volte a punto di morte » [nn. 32-33]; in Apologia fol. 114^v dicitur: « In ea navigatione sevam passus est tempestatem, ac ter fuit in aperto mortis periculo constitutus ».

Multis aliis locis pater Nadal narratione ACTORUM usus est, ut in Adhortationibus habitis in Lusitania et Hispania anno 1561, in *Dialogis pro Societate* scriptis intra annos 1562-1565. Sed de his alibi commodius.

Illud etiam patri Nadal laudi tribuendum est, cum de Actorum vicissitudinibus agitur, quod versionem latinam ab Hannibale Coudreto factam correxerit, ut supra diximus.

3. P. Petrus de Ribadeneira

Ribadeneira Florentiam usque Patres Lud. González et Nadal comitatus, in Flandriam profectus est, unde revocatus a P. Lainez, Vicario generali, Romam pervenit die 3 Februarii 1557⁵¹; iterum in Flandriam remissus mense octobri eiusdem anni, Bruxellas die 2 Decembris pervenit; post in Angliam transiit; quam mense martio 1559 reliquit, Romamque pervenit die 10 Iunii eiusdem anni⁵². Ad 18 Iunii 1574, quo in Hispaniam remissus est, semper in Italia et Sicilia vixit⁵³. Huic Patri ex mandato Sti. Ign-

vestrum decretum edidistis» (f. 97r). Iam vero decretum facultatis theologicae parisiensis contra Societatem Iesu datum fuit primo decembris 1554. Cf. *Chron.* IV, 328-329; *MI.*, Epist. XII, 614. Quaenam scripta de Patre Ignatio haberet Nadal anno 1567, habes in *Nadal*, III, 423. Ibi etiam dicitur esse Romae exemplum Actorum, cuius vicissitudines ignoramus.

⁵¹ *Ribadeneira*, I, 65.

⁵² Ib. 67-71.

⁵³ Ib. 81.

iii datum fuerat apographum partis hispanae ACTORUM ante quam die 23 Octobris 1555 ex Urbe discederet. Quod constat ex responsis eiusdem in processu compulsoriali matritensi anni 1606. In illo enim processu interrogatus de exemplari ACTORUM, quod erat in collegio Matritensi Societatis Iesu, et de his qui illud transcripserant, respondit: « ... Et quod cognoscit P. Benedictum Pereyra eiusdem Societatis ... cuius manu et dicti P. Sebastiani Romeo appetit esse scriptam maiorem partem Vitae Patris Ignatii, quam notavit P. Ludovicus González » (f. 757v). Et iterum loquens de eadem re: « Et quod similiter cognoscit litteram Vitae Patris Ignatii, quam notavit dictus P. Ludovicus Gonçalez, cuius maior pars est dicti Patris Sebastiani Romei et Patris Benedicti Pereyra nunc viventis in collegio Romano; et quod, licet illum non viderit scribere, habet tamen optimam notitiam quod dicta littera sit scripta manu supra dictorum, quia multis aliis vicibus illos vedit scribere⁵⁴; et quod in dicta Vita existit aliqua pars in lingua italica, et non recordatur cuius sit; quodque dictam Vitam sibi testi tradiderit idem met P. Ludovicus Gonçalez de ordine Patris Ignatii; et quod quia non habebat tempus ad illam tradendam [sic pro transcribendam?], data fuit diversis personis, prout dictum est, ut illam scriberent »⁵⁵.

Qualis fuerit ille textus conici potest ex versione latina Viseti, quam supra descripsimus. Nec apographum ipsum, nec ex eo transcriptum in processu compulsoriali invenire potuimus. Ribadeneira aliqua verba transcripsit in notis ad Vitam patris Ignatii a Maffeo editam anno 1585⁵⁶; sed illa pauca verba non videntur nobis sufficere ad aliquod iudicium de natura apographi efformandum. Ad illud appellat non semel Ribadeneira annis 1595 et 1606 in processibus Matritensi et Toletano⁵⁷.

Ribadeneira usum esse continuo ACTIS in « Vita Patris Ignatii » et ipse dicit in Praefatione primae editionis anni 1572, et omnibus notum est. Imo ab eo provenisse videtur, vel saltem ab eo promotum, consilium, quod ad Nadal die 29 Iunii 1567 scribebat tanquam a P. Generali procedens, ut scilicet e manibus sociorum tolleretur « lo que escribió el P. Luis González o cualquier otro escripto de la Vida de nuestro Padre ... y no permitan que se lea ni ande en las manos de los nuestros ni de otros; pues sien-

⁵⁴ P. Sebastianus Romei (Romeo, Romaeus) italus, erat anno 1555 rector collegii Romani (*Polanci Compl.* II, 578); obiit die 13 Octobris 1574. Benedictus Pereyra (Pereira, Perera) hispanus (ca. 1535-1610) erat professor rhetorices in eodem collegio. Post, alias scientias ibidem multos annos docuit. Cf. SOMMERVOGEL, *Bibliographie*, VI, 499-512; et *MI.*, Scripta II, 804.

⁵⁵ Cf. Versionem latinam Processus Compulsorialis ff. 757v; 758v-759r; et *MI.* Scripta II, 889, 995-996.

⁵⁶ Cf. *MI.* Scripta, I, 749, 750, 757.

⁵⁷ Ib. II, 155, 157, 870, 892.

do cosa imperfecta, no conviene que estorbe o disminuya la fée de lo que más cumplidamente se escribe »⁵⁸. Evidem cum consilium eiusmodi Patri Nadal displicuisse, Ribadeneira tribuit illud consultoribus Patris Generalis: « El recoger los escriptos del P. Luis González sobre la vida de nuestro Padre, no nasció de mí, sino de estos Padres que lo acordaron a nuestro Padre, y a su Paternidad le pareció bien »⁵⁹. Haec scribebat Petrus noster die 24 Octobris 1567; sed die 13 Iulii eiusdem anni scripserat ad P. Dionysium Vázquez subsecretarium: « No querría que se hubiese olvidado V. R. con su indisposición de acordar a nuestro Padre que se dé orden a los Provinciales de recoger las vidas de nuestro Padre Ignacio que andan entre las manos de los Nuestros »⁶⁰. Ordinem de hac re missum esse ad Provinciales constat ex litteris Borgiae ad Nadal 15 Iulii 1567⁶¹, et ex responsis Patris Nadal ad Borgiam 18 Augusti 1567⁶² et Patris Salmerón 16 Augusti⁶³, et Sti. Petri Canisii 4 Octobris 1567⁶⁴; et ex litteris Ribadeneirae ad Nadal 24 Octobris 1567⁶⁵.

Probabile censemus, quamvis certi nihil dicere possimus, occasione huius ordinationis anni 1567, de scriptis circa Stum. Ignatium Romam mittendis, composuisse Patrem Nadal suam Praefationem in ACTA, quae, integra invenitur initio codicis *Vitae*⁶⁶, scripta manu Patris Iacobi Ximénez, cum correctionibus autographis ipsius Patris Nadal. Modus loquendi de P. Ludovico González, Sebastiani regis praeceptore, compositionem ad annum 1567 suadere videtur⁶⁷. P. Ximénez, in Commentario de Vita et virtutibus patris Nadal, post huius mortem scripto, reddit italicice ad sensum quae a Patre Nadal de hac re audierat, et subiungit: « Al quale, narrandomi egli questo, dissi io che lo lasciasse scritto, acciò sapesse il mondo come s'erano sapute le cose del P. Ignatio; il che fece il P. Natale, et me lo fece copiare in uno dei suoi quinterni che stanno nell'archivio, ciò al principio d'una copia dell'istesso Memoriale che fece il P. Luigi González delle cose narrategli dal P. Ignatio »⁶⁸. Tamen praefatio Natalis habetur, magna ex parte, in versione itala adhortationis secundae factae ab eodem

⁵⁸ Nadal, III, 490.

⁵⁹ Ibid. 540. Et cf. 518.

⁶⁰ Ribadeneira, I, 616.

⁶¹ Nadal, III, 505.

⁶² Ib. 518.

⁶³ Epp. P. Salmer. II, 137.

⁶⁴ BRAUNSBURGER, B. *Petri Canisii Epist.*, VI, 85. In eodem opere, V, 510 (3) videri potest ordo missus ad Canisium et alias die 17 Iulii 1567.

⁶⁵ Nadal, III, 540.

⁶⁶ Ita etiam opinatur Susta, *Ignatius von Loyola's Selbstbiographie*, 52.

⁶⁷ Nadal, II, 35-36.

Patre Nadal Compluti (Alcalá) anno 1561, probabiliter mense Octobri vel ineunte Novembri⁶⁸.

Discrimen satis magnum in eo est quod in adhortatione dicit Nadal se audivisse a Patre Ignatio anno 1555, illum consecutum tria illa dona de quibus loquitur; cum in Praefatione supponat se ea iam audivisse ante annum 1551. Invenitur etiam Praefatio quoad sensum in Vita antiqua anonyma Patris Ignatii, de qua plura in sequenti volumine⁶⁹.

- 4. P. Polanco; P. Maffei

Praeter Nadal et Ribadeneira usi sunt ACTIS illis primis temporibus Polanco in Vita latina Patris Ignatii scripta circa annum 1574⁷⁰ et Maffei in Vita Patris Ignatii edita anno 1585.

Et Polanco quidem, ACTA, graviter errando, non semel reliquit, ut cum loquitur de vigilia armorum in Monteserrato⁷¹; et de Martino García, Ignatii fratre maiore, quem dicit iam mortuum anno 1535, quando Ignatius in patriam remeavit⁷², cum adhuc vixerit ad diem 29 Novembris anni 1538⁷³. Eum tamen directe attinxisse ACTA satis probari videtur ex eo quod aliqua facta narrat, quae sunt in ACTIS, et desiderahtur apud Ribadeneiram; v. g. de curatione Ignatii in urbe Minorissa⁷⁴.

Maffei corredit certe errorem Polanci de vigilia apud Monteserratum⁷⁵; sed Polancum erronee disserentem de morte Martini García secutus est⁷⁶.

5. Aquaviva

Aliqui Auctores asseruerunt Patrem Claudium Aquaviva, praepositum generalem, denegasse anno 1584 licentiam edendi in vulnus ACTA, quod Congregatio Provinciae Castellanae postulaverat⁷⁷. Congregatio tamen non postulavit ACTORUM editionem, sed in ge-

⁶⁸ Cf. *Inst. 98*, ff. 140. Non dicitur quando haec secunda adhortatio facta fuerit, sed cum de prima dicatur facta die 26 Octobris 1561, possumus colligere secundam habitam circa finem mensis, vel non multo post.

⁶⁹ Exstat in cod. *Histor. Soc. 5b*, ff. 10-13 (*prius Memorie varie*). Cf. *MI.*, Scripta, 1, 20, cod. 6). In ea etiam dicitur Patrem Ignatium narrasse illud de tribus donis a Deo acceptis anno 1555.

⁷⁰ *Chron.* I, 9-74.

⁷¹ Ib. 18.

⁷² Ib. 50.

⁷³ Cf. ib. 515. Hoc loco positum est 19 pro 29; sed in Actis originalibus clare scriptum est 29 novembris, die veneris. Cf. supra, p. 154.

⁷⁴ Ib. 25. Cf. ACTA, n. 34; RIBADENEIRA, *Vita P. Ignatii*, I, I, cap. IX.

⁷⁵ Lib. I, cap. IV.

⁷⁶ Lib. II, cap. I.

⁷⁷ ASTRAIN, *Historia*, 12, 17; et post eum BÖHMER, *Studien*, I, 316.

nere vulgari facta et dicta Patris Ignatii; in quo certe, si quis velit rem nimis urgere, etiam ACTA comprehendendi possent. Iuvat ex postulatu Congregationis exscribere, quae ad rem pertinent, omissis aliis quae agunt de conquirendis miraculis quae dicebantur facta intercessione Patris Ignatii, et de historia Societatis continuanda: « Necnon [optat Congregatio] eiusdem P. N. Ignatii epistolas, dictaque, factaque ubique conquiri, sive quae in Italia, sive quae in Hispania invenientur, et ex eis optima quaeque et aedificationi atque consolationi nostrorum maxime profutura seligantur ». P. Aquaviva respondit: « Laudamus piam devotionem Congregationis erga P. N. Ignatium; tamen quod ad rem ipsam attinet, iam eius Vita extat, in qua quae communicanda videbantur, exponuntur »⁷⁸.

6. Nic. Lancicius.

Tempore Patris Aquavivae vixit Romae per plures annos Nicolaus Lancicius⁷⁹. Hic habuit a Patre Ludovico Maselli, qui fuerat Praepositi Generalis Assistens, apographum integrum ACTORUM, ut Lancicius in opere « Memorabilia » asserit⁸⁰. Hoc apographum quod ille anno 1634 secum habebat⁸¹, ut multa alia Lancicii manuscripta, deperditum est. Ex illo brevem periodum latine transcribit Lancicius in citato opere⁸²; et eius etiam manu transcripta est italice Praefatio P. Ludovici González, incompleta quidem in cod. *Historia Soc. 5b.* (Memorie varie), ff. 152-153, cuius variantes lectiones in apparatu critico Praefationis indicamus⁸³.

Atque hoc est fortasse postremum apographum ACTORUM cuius exstat certa notitia. Quia illud quod Pinus Romae saeculo XVIII invenit, et ex quo Praefationem integrum transcripsit, nescimus cuius temporis fuerit⁸⁴.

Nunc de Actorum editionibus agendum.

⁷⁸ Archiv. S. I. Rom. Cod. Congreg. 94, f. 89r-v. Similis responsio datur ib. in fol. seq. simili petitioni in Memoriali Procuratoris contentae; sed ibi expresse agitur de MEMORIALI seu Diario Patris Ludovici González, ut inferius, cum de hoc opere agemus clare apparebit.

⁷⁹ Nicolaus Lancicius (Lenczycky) Lithuanus (1574-1653), ingressus Societatem Iesu anno 1591, sequenti anno missus est Romam. Post studia philosophiae et theologiae in collegio Romano peracta, factus sacerdos anno 1601, ad annum 1606 usque P. Orlandinum iuvit in colligendis documentis ad historiam Societatis concinnandam. Anno 1606 remissus in patriam, iterum Romae fuit per aliquod tempus annis 1615-1616, 1626, 1645. Cf. *Collectanea Lanciciana edita a Joanne Martinov.* S. J., pp. XIII-XVI.

⁸⁰ Cf. MI. Scripta, I, 527.

⁸¹ Ib. 527, 536.

⁸² Ib. 527. Cf. ACTA, nn. 99, 100.

⁸³ Vide inferius Praefat. auctoris in ACTA.

⁸⁴ Cf. AA. SS. Iulii, VII; Comment. praev. n. 963.

CAP. V. DE ACTORUM EDITIONIBUS

1. *De editione Bollandiana (1731) eiusque versionibus.*

Ineunte saeculo XVIII, cum iam nihil obstare videretur quominus **ACTA** in publicum ederentur, Patres Bollandiani optimo consilio existimarunt « vitam illam, tot titulis venerabilem, e tenebris in quibus delituerat hactenus, in lucem proferri merito debere »⁸⁵. Usi sunt in hunc finem industria Patris Ignatii Pinii qui annis 1730-1731 Romae degebat.

Igitur Pinius detexit in Archivo Societatis apographum praecipuum **ACTORUM N**⁸⁶, et etiam exemplaria versionis Patris Coudretti *Co*⁸⁷ et *Co²*⁸⁸. In hoc altero *Co²*, praeter **ACTORUM** versionem, reperit etiam praefationem Patris Nadal ad **ACTA**. Immo, prae manibus habuit codicem nobis ignotum, qui continebat praefationem integrum Ludovici González lingua hispana⁸⁹. Adhibuit praeterea latinum apographum **ACTORUM** ex processu Matritensi. Probabiliter secundum versionem *Vi*⁹⁰.

His documentis instructi, potuissent Patres Bollandiani nobis dare editionem totius textus originalis, et praefationis hispanae; insuper notare quae additiones marginales in *N* essent. Praetulerunt potius versionem latinam Coudreti vulgare, praefationem in linguam latinam vertere, et nihil de additionibus marginalibus apographi *N* dicere. Magna tamen diligentia lectiones quasdam variantes hispanas huius apographi et aliquas Processus Matritensis ad finem capitum et in marginibus notarunt. In reddenda versione Coudreti videntur sequuti apographum *Co*, licet correctiones et adiuncta Natalis textui inserant, lectore minime monito. Si tamen sequuti sunt apographum *Co²* in quo haec sunt iam textui inserta,

⁸⁵ Ib. n. 964, p. 593.

⁸⁶ « Scriptum hoc originale prae manibus habeo, illi praefixus est manu P. Natalis hic titulus: *Acta Patris Ignatii, ut primum scripsit P. Ludovicus Gonzalez, excipiens ex ore ipsius Patris* ». Ibid. n. 962, p. 592. Hic titulus manu Natalis habetur tantum in *N*, quod ceteroqui dici nequit originale nisi in quantum textum ipsum hispanum et italicum refert, non versiones.

⁸⁷ De *Co* constat, quia Pinius ait apographum versionis Coudreti a se adhibuit castigatum esse manu Natalis, quod de solo *Co* valet. Ibid. n. 964, p. 593.

⁸⁸ Etiam de *Co²* constat, quia adhibet praefationem P. Natalis ad **ACTA** et quidem manu ipsius Natalis correctam, quod solum respondet codicui *Co²*. Ibid. n. 957, p. 592.

⁸⁹ « Verum Laudatus mox Pater [Pinius] misit huc etiam praefationem ipsius auctoris P. Ludovici Consalvi quam **ACTIS** praefixas — perisse se scribit in quodam exemplari hispanico ». Ibid. n. 963, p. 593.

⁹⁰ Cf. Ibid. p. 652-653, nn. 92 et 96 in quibus Processus Matritensis citatur.

correxerunt erroneas quasdam lectiones *Co²* ad fidem meliorum lectionum *Co* et *N*. Tandem, praefationem Patris Nadal ex *Co²* desumptam, non anteponunt ipsis *Actis*, p. 634-654, sed in *Prolegomenis*, p. 592, ad verbum transcribunt, correctionibus Patris Nadal non indicatis. Quibus non obstantibus, editio Bollandiana habenda est pro suo tempore vere critica, et multum contulit investigationibus circa S. Ignatii vitam usque ad annum 1904 promovendis. Iterum prodiit Parisiis, anno 1873, curis, ut dicitur, Patris de Guilhermy ⁹¹. Sed in parvo volumine aliqua mutantur, et omissae sunt fere omnes patris Pinii notae criticae et illustrativa. Anno 1900 in lucem venit Londinii versio anglica a E. M. Rix facta, cum notis illustrativis patris H. Thurston, S. J. ⁹². Eodem anno prodiit nova versio anglica in New York, curante P. O'Conor, S. I. ⁹³. Germanicam versionem edidit H. Böhmer, anno 1902 ⁹⁴. Nova editionem textus originalis interea Matriti vulgatam penitus ignoravit ⁹⁵. Ex editione Bollandiana procedit etiam versio hollandica vulgata ca. annum 1937 a Jan. J. P. Creyghton ⁹⁶.

2. Prima editio textus originalis in *MHSI* (1904)

Editoribus *Monumentorum ignatianorum* laudi tribuendum est quod editionem criticam textus originalis in serie quarta anno 1904 in lucem protulerint. Eorum consilium fuit unum hunc textum, non versionem latinam vulgare, licet hac versione usi sint ad lectiones quasdam variantes stabiliendas.

Igitur adhibuerunt ut fundamentum textum *N*, quem recte antiquissimum apographum, minime originale, appellant ⁹⁷. Tran-

⁹¹ [Selecta Bibliotheca Ignatiana. 1] *ACTA QUAEDAM P. N. IGNATII DE LOYOLA primarii secundum Deum institutoris Societatis Iesu a Ludovico Consalvo ex ejusdem ore Sancti excerpta*. Parisiis typis Julii Le Clerc et Soc. 1873.

⁹² THE TESTAMENT OF IGNATIUS LOYOLA. Being « Sundry Acts of Our Father Ignatius, under God, the First Founder of the Society of Jesus / taken down from the Saint's own lips by Luis GONZALEZ ». Translated by E. M. Rix. With Preface by George Tyrrell, S. J. — London, 1900.

⁹³ THE AUTOBIOGRAPHY OF ST. IGNATIUS. Edited by J. F. X. O' CONOR, S. J. / New York, Benziger Brothers, 1900.

⁹⁴ H. BÖHMER, *Die Bekenntnisse des Ignatius von Loyola*. Leipzig, 1902.

⁹⁵ *Ignatius von Loyola*. Von Dr. phil. Philipp Funk. [Die Klassiker der Religion. Herausgegeben von Lic. theol. Gustav Pfannmüller, VI. Bd.] Cf. *Stimmen aus Maria-Laach*, 86 (1913-1914) 481-485.

⁹⁶ DE LOTGEVALLEN VAN DEN ZWERVEN / door P. Louis Gonzales S. J. Nederlandsche vertaailing uit het latijn van JAN J. P. CREYGHTON met een voorwoord van Dr. L. DE JONGE S. J. 's-Hertogenbosch. (*Imprimatur*, 1937).

⁹⁷ *MI. Scripta I*, 8, 37 annot. 1.

scriptio textus *N* satis critica est dicenda, licet aliquando praeferrant textui ipsi genuino et priori correctiones quasdam minus aptas posteriore tempore inductas: ita verbi gratia ad n. 10: « Agosto del 55 », loco « Agosto del 53 » ut prius fuerat in textu. Adde quod additiones marginales non ipso in margine collocant, ut scite et consulto in apographo *N* habentur, sed aliquando relegend ad apparatum criticum, aliquando textui ipsi inserunt, euidem lectore in apparatu admonito⁹⁸. Ratio huius diversitatis non facile perspicitur, praesertim cum lectores de additionibus his marginalibus deque modo eas edendi in prolegomenis non instruantur.

Magni est momenti quod editores invenerint et primo usurparerint apographum complutense *C*, quod sub nomine « Varia Historia » adducunt, quodque nimis breviter, sed recte, p. 37 annot. 1, describunt. Ex hoc codice desumunt, praeter complures lectio-nes optimae notae quae in apparatu critico apponuntur, maiorem partem praefationis consalvianae originalis nn. 1'-4', ultimam eius partem (n. 5') ex Bollandistis mutuantes.

Praeter *N* et *C*, nullum aliud apographum textus originalis affertur. Desiderantur ergo *Ve* pro parte hispana et *Post* pro itala. Ex versionibus recensetur in descriptione codicum, p. 19, *Co*, (cuius correctiones manu Patris Nadal factas descripsérunt, ut constat ex eorum chartis, quae apud nos sunt), sed in apparatu critico potius quam apographum ipsum videtur adhiberi editio Bollandiana. Id valet etiam de praefatione Patris Nadal ad ACTA p. 35-36, quae habetur in *Co*: nihil enim de eius correctionibus autographis dicitur. Etiam apographa latina *Post* et *Vi* ignorantur.

Ad dispositionem externam quod attinet, editores retinuerunt fere semper numerationem a Bollandistis inductam, paucis paragraphis aliter divisis ad initia n. 2, 9, 72, 85, 92. Maius discrimen induxerunt in capitibus dividendis, novis summarīis latinis appositi.

Editio haec princeps ACTORUM, quam viri in arte critica periti magnis laudibus sunt prosequuti, plures versiones et adaptationes in linguis modernis promovit. Totum opus hispanice prodiit, curante Patre J. M. March, anno 1920⁹⁹. Tertia versio germanica, eaque tandem valde accurata, facta est a Patre A. Feder anno

⁹⁸ Cf. ex gr. ad n. 11 p. 43 in apparatu critico; ad n. 8 p. 41-42 in textu ipso.

⁹⁹ [Biblioteca Manual sobre la Compañía de Jesús. Serie primera: Textos. I] SAN IGNACIO DE LOYOLA. Autobiografía y Constitución canónica de la Compañía de Jesús. Edición y Traducción en parte del latín y del italiano con introducciones y notas de José Ma March Sacerdote de la misma Compañía. Barcelona, 1920.

1922¹⁰⁰. Eodem anno prodiit versio gallica Patris E. Thibaut¹⁰¹. Editio italica totius operis lucem vidi Florentiae anno 1928, currentibus aliquibus Societatis Iesu Patribus¹⁰². Est etiam versio bohemica a Patre Ovečka edita anno 1929¹⁰³.

3. De hac nostra editione.

Nostra editio differt primo a prioribus, quia non solum textum latinum ut Bollandiani, neque solum textum originalem ut editores Matritenses, sed utrumque simul recudere intendit: versionem nempe antiquissimam Coudreti contra textum originalem, ut facilius, ab his qui velint, fieri possit comparatio, et in gratiam eorum qui hispane vel italice non adeo bene sciunt. Eo vel magis quod versio Coudreti additiones et correctiones habet in *Co* manu Patris Nadal, in se non magni quidem momenti, sed quae versionem perficiunt.

In textu originali recudendo sequimur generatim apographum *N*, ita tamen ut non solum lectiones variantes codicum *C*, *Ve*, *Ve²* et *Post* in apparatu critico apponamus, verum etiam aliquando textum ipsum *N* secundum meliorem textum unius vel plurium horum apographorum corrigamus. Ad quam correctionem inducendam iuvant quandoque etiam apographa versionum latinarum in *Post*, *Co* et *Vi*. Additiones autem marginales P. Ludovici González relinquemus ad marginem ut in apographo *N*, et partim in *Ve* habentur, quo evidentius legentium oculis appareant et melius. lectores ipsi de eorum natura iudicare possint.

Editio versionis Coudreti fiet generatim ad fidem codicis *Co*. Correctiones et additiones Patris Nadal litteris diversis indicabimus, annotantes in apparatu critico quid prius scriptum fuerit. In hoc textu latino transcribendo, p[ro]ae oculis etiam habebimus lec-

¹⁰⁰ LEBENSERINNERUNGEN DES HL IGNATIUS VON LOYOLA. Nach dem spanisch-italienischen Urtext übertragen, eingeleitet und mit Anmerkungen versehen von ALFRED FEDER, S. J. Mit einem Titelbild. — Regensburg, 1922.

¹⁰¹ EUGENE THIBAUT, S. J., *Le Récit du Pèlerin*. Saint Ignace raconté par lui-même au Père L. Gonzalès de Camara. Première traduction française. Louvain, 1922. Iterum edita est in *Museum Lessianum* : Section ascétique, n. 15.

¹⁰² SANT'IGNAZIO DI LOYOLA. *Esercizi Spirituali*, preceduti dalla sua AUTOBIOGRAFIA. Prefazione di Giovanni Papini. Cronologia e Bibliografia. Firenze, 1928. Libreria Editrice Fiorentina [« I libri della fede vol. XXXV »].

¹⁰³ PAMETI SVATEHO IGNACE Z LOYOLY / ZAKLADATELE TOVARYSSTVA JEZISOVA / PRELOZIL, UVODEM A POZNAMKAMI OPATRIL / JAROSLAV OVEČKA, S. J. / U PRAZE, 1929.

tiones aliarum versionum latinarum *Post* et *Vi*, maxime cum et ipsae versiones ab originalibus diversis et inter se independentibus procedant.

Ad praefationem Patris Lud. González quod attinet, dolendum est quod textum hispanum ultimi paragraphi (5^o) reperire non potuerimus. Quare versione bollandiana contenti erimus. Praefationem Patris Nadal sumimus ex apographo *Co²*, notatis correctionibus manu ipsius auctoris factis.

Divisionem in capita et numeros primae editionis in *MI.*, Scripta, I, 31-98, paucissimis mutatis, retinemus. Tandem capitum summaria ampliora apponimus, et annotationes frequentiores et longiores.

Postremo quod ad ortographiam attinet, sequimur regulas quas initio voluminis proposuimus.

SIGLA CODICUM HISPANORUM:

C. Complutensis

Mem. Pars praefationis auctoris, transcripta in Memoriali, n. 111.

N. Cod. *Instit.* 218.

Ve. Bibl. Vittorio Eman. II (Romae), *Ms. gesuit.* 1372.

SIGLA CODICUM LATINORUM:

Co. Coudreti versio.


Co². Exemplar posterius eiusdem versionis.

Post. Versio in Archivo Postulat. causarum S. I.

Vi. Versio Viseti in processu compuls. Matritensi.

Lan. Versio itala paraphrastica praefationis scripta manu P. Lancicci in *Cod. Hist. Soc.* 5b, ff. 152-153.

MONUM. 12. — *Titulus textus originalis, scriptus a P. Nadal.
Vide p. 354; cf. p. 331*



MONUM. 12. — *Titulus versionis Coudreti, a P. Nadalemendatus.*
Vide p. 355; cf. p. 334.

hasta en tanto que vina el Señor se la abrieron poco los ojos y
se le fizo el primer impreso a mirar y así de esta diversidad en hacer reflexion
del tiempo que hizo en sus ojos de saber ella, cogiendo por experiencia de las cosas pensami-
entos, y despues que daban fructo y de otros alegres y tristes a poco recordando
que hizo los que quedaron tristes y de otros alegríes y tristes a poco recordando
que de aquella memoria aconocer la diversidad de los que comian el pan del
comunion a los que comian el pan del demonio, y el otro de dios y cobrando con pena la maldad de
que cosa lo de la comunión de demonio, y el otro de dios y cobrando con pena la maldad de
de memoria de aquella lección comenzó a pensar mas en serias en su vida
spiritual
pasada, y en quanta necesidad tenia de hacer penitencia de la
y aqui se le ofrecian los deudos de imitar a s. s. los que mirando

MONUM. 12. — Exemplum additionis marginalis.
Vide p. 372; cf. p. 338.

MONUM. 12. — Exemplum subitae interruptionis et mutationis scripturæ.
Vide p. 394; cf. p. 328.

MONUM. 12. — Exemplum additionis marginalis immissae in textu.

Vide p. 464; cf. p. 332.

Per uocando a Roma dice alli con-
fessori ch'ordina se le ueritati uanti
valore dei libri li facciano di fa-
re uolte contaduzioni. et dico
anche bategna che prima nolle sopra-
zioni, et non per pietate conserua-
zione con doni, zero foderi, il-
lustra. di poi si illumina per perfetta
di qsti sonopresso mi faccio
confessare che i doni, et la uita
tua deuota, non per perfetta
la corrispondi, in quale si puo
trovare grande, ma uolto il
disponibile e scapirsi col bruci
l'eterno fumo il maleficio. il bruci
li uenti a quei punti con una
gran fighia che d'ogni depurale et uolere.

MONUM. 12. — Additio marginalis visionis prope Romam (a. 1537).

Vide p. 498; cf. p. 338.

**ACTA PATRIS IGNATII
SCRIPTA A P. IUD. GONZALEZ DE CAMARA**

**TEXTUS ORIGINALIS
ET
LATINA VERSIO COUDRETI**

ACTA P. IGNATII
UT PRIMUM SCRIPSIT P. LUDOVICUS GONZALES
EXCIPIENS EX ORE IPSIUS PATRIS
Praefatio scriptoris¹

1^o-2^o. *Quomodo Ignatius adductus sit ut suae vitae cursum dictaret.* — **3^o-4^o.** *Modus narrandi Ignatii et scribendi Ludovici González. Narrationis interruptiones.* — **5^o.** *Narrationi et scriptioni finis imponitur.*

1^o. El año de 53, un viernes a la mañana, 4 de Agosto, víspera de nuestra Sra. de las Nieves, estando el Padre en el huerto junto a la casa o aposento que se dice del Duque², yo le empecé a dar cuenta de algunas particularidades de mi alma; y entre las otras le dije de la vanagloria. El Padre me dió por remedio que muchas veces refiriese a Dios todas mis cosas, trabajando de ofrecerle todo lo bueno que en mí ha-

¹⁻³ *Titulus desumitur e cod. N initio textus.* || 4 de om. C, del 53 Lan. || 6 yo] C add. intra parenth.: dice el P. Luis Gonzales || 8 de la Mem.; la om. CVe; Padre om. Ve.

¹ Quando haec Praefatio P. Ludovici González scripta esse videatur, diximus superius in nostra Praefatione, cap. I, paragr. 3, ad finem. Versionem latinam sumimus ex opere ACTA SANCTORUM Julii, VII, pp. 634-635.

De Praefatione P. Hieronymi Nadal, quam in infimis paginis damus, diximus etiam superius, cap. IV, paragr. 3: *P. Ribadeneira*, ad finem. Ibi etiam invenies probabile tempus scriptionis. — Quod P. Nadal in n. 2 dicit se locutum anno 1551 cum Patre Ignatio, error esse videtur pro 1552; nam ut ex vol. *Nadql*, I, 99 sqq. appareat, toto anno 1551 fuit Nadal in insula Sicilia, nec Romam venit nisi post diem 5 Ianuarii 1552. — P. Pontius Cogordanus, quem memorat, ab anno 1550, post Petri Codatii mortem, fuerat procurator vel adiutor procuratoris Domus Roma-

IHS. PRAEFATIO^a PATRIS NATALIS
IN ACTA PRIS. IGNATII.

Petit ab Ignatio Natalis velit sociis exponere quemadmodum ab initio suae conversionis illum Dominus gubernaverit. — Id tandem impetrat.

1^o *Audieram^b ego, et alii patres, a Patre nostro Ignatio, tria ipsum expetiisse a Deo consequi beneficia, antequam ex*

^a Del. Rdi. || ^b Del. et.

[p. 28r]

IHS

**ACTA QUAEDAM RDI. PIS. IGNATII DE LOYOLA, PRIMARII
SECUNDUM DEUM INSTITUTORIS SOCIETATIS IESU.**

⟨Interprete P. Annibale Coudreto,
refectis nonnullis a P. Natali⟩

Praefatio Scriptoris¹
[Interprete Ioanne Pinio S. I.]

1^o. Jesus Maria. Anno MDLIII, die quodam Veneris mane, IV. Augusti, pridie Dominae nostrae ad Nives, dum Pater esset in horto juxta domum vel cubiculum, quod dicitur Ducis², coepi ego reddere illi rationem aliquorum negotiorum singularium animae meae, interque alia dixi ei de vana gloria. Pater hoc mihi dabat pro medela, ut saepius in Deum referrem omnia mea, enitendo sedulo, ut quidquid in me inve-

1-5 *Titulus desumitur ex cod. N. initio textus || 2 Acta quedam] Del. Pars vitae || 4-5 Verba Interpretē — P. Natali cancellata sunt. Desunt in apogr. cod. Vitae 69 || 8 cubiculum] prope domum sive hospitium Vi.*

nac. De P. Lud. González et Hannibale de Coudreto vide sup. annot. 1 et 35 nostrae Praefationis.

2 Domus professa Romana S. I. paulatim crevit adiunctis, emptione vel dono, primae domui Stae. Mariae della Strada compluribus aliis parvis domibus, templis et viis, quae variis nominibus distinguebantur. Nil ex illis nunc remanet praeter pauca parva cubicula in quibus P. Ignatius ultimis annis suaे vitae habitavit, et supremum spiritum edidit. Dicuntur « *Le Cappellette de S. Ignazio* ». Pars illa de qua hic agitur, probabiliter dicebatur *del duque*, quia in ea habitaverat Stus. Franciscus Borgia, Gandiae dux, annis 1550-1551, quando Romam ad iubilaeum venit, et nondum manifestare publice voluit se iam ex Societate Iesu esse. Cf. *Chron.* II, 12.

hac vita decederet^c. Primum, ut Societatis Institutum a Sede Apostolica confirmaretur. Secundum, ut similiter^d Exercitia spiritualia. Tertium, ut conscriberet Constitutiones.

2^o *Id cum ego meminisset, et viderem eum^e esse consequulum omnia^f, verebar ne^g e nobis ad meliorem vitam vocaretur. Cum autem scirem solitos esse sanctos Patres, instituti alicuius^h monastici auctoresⁱ, posteris, vice testamenti, ea monita dare, quibus ad virtutis perfectionem iuvari posse*

^c *Emend. ex excederet || d similiter add. sup. lineam || e eum add. in marg. || f omnia add. sup. lin. || g Del. Pr. Ignatius || h alicuius add. sup. lin. || i Del. salutaria monita.*

llase, reconociéndolo por suyo y dándole gracias dello; y en esto me habló de manera que me consoló mucho, de manera que no pude detener las lágrimas. Y así me contó el Padre cómo dos años había sido trabajado deste vicio, en tanto que, cuando se embarcaba en Barcelona para Jerusalén, no osaba decir a nadie que iba a Jerusalén ³, y así en otras particulares ¹⁵ semejantes, y añadió más, cuánta paz acerca desto había sentido después en su alma. De ahí a un hora o dos nos fuimos a comer; y estando comiendo con él Maestro Polanco ⁴ y yo, nuestro Padre dijo que muchas veces le habían pedido una cosa Maestro Nadal ⁵ y otros de la Compañía, y que nunca ²⁰ había determinado en ello; y que después de haber hablado conmigo, habiéndose recogido en su cámara, había tenido tanta devoción y inclinación a hacelloc; y (hablando de manera que mostraba haberle dado Dios grande claridad en deber hacelloc) que se había del todo determinado; y la cosa era, de- ²⁵ clarar cuanto por su ánima hasta agora había pasado; y que tenía también determinado que fuese yo a quien descubriese estas cosas.

¹⁴ para Hierusalén en Barcelona Mem || 15 en algunas otras Mem || 16 y él añadió MemVe || 19 habían MemVe; había C. || 20 el Maestro C; el om. MemVe; y nunca MemVe || 21 determinándose Mem || 22-23 Ve mutavit tanta in mucha et del. y ante hablando; Mem om. y ante hablando et ponit verba hablando — hacelloc intra parenth. || 27 a quien él Mem.

³ Vide inf. n. 36.

confiderent: tempus observabam quo possem commode idem a Patre Ignatio postulare. Contigit anno 1551¹ cum simul essemus, ut diceret Pater Ignatius: « Nunc ego altior caelo eram »; passus (opinor) mentis aliquam extasim, vel raptum ^k, ut frequenter solebat. Venerabundus sciscitor: « Quid istuc rei est, Pater? ^l Ille ad alia divertere sermonem. Illud igitur ^m ego opportunum tempus existimans, peto a Patre atque obsecro, ut nobis vellet exponere, quemadmodum ab initio suaे conversionis illum Dominus gubernasset, ut nobis illa expositio ⁿ esse

^k vel raptum add. in marg. || ^l Pater in marg. || ^m igitur sup. lin. || ⁿ expositio sup. lin.: deleto institutio

^{*} Vide annot. 1.

nirem boni, id illi offerrem, agnoscens hoc esse ipsius, dansque ipsi de eo gratias. Atque ista in re ita mecum loquebatur,
 15 ut multum mihi praeberet solatii, adeo ut a lacrymis tempreare non possem. Et sic mihi narravit Pater, quomodo per biennium cum isto vitio fuisset conflictatus; ita quidem, ut, quando navem concendebat Barcinone Hierosolymam versus, dicere non auderet ulli, se Hierosolymam cogitare³. Atque ita
 20 in quibusdam aliis rebus singularibus istiusmodi. Et addebat insuper, quantum pacis circa hanc rem postea sensisset in anima sua. Una alterave dehinc hora ivimus ad mensam; dumque magister Polancus⁴ et ego essemus occupati comedendo cum illo, dixit Pater noster, quod magister Natalis⁵, aliquique
 25 Societatis saepius petierint a se rei quidpiam, et quod numquam aliquid circa illud determinarit; sed quod, postquam fuisse locutus tecum, et in cubiculo sese collegisset suo, adeo pie fuerit affectus ac propensus ad illud exsequendum (eo loquebatur modo, qui ostenderet, Deum magnam sibi dedisse
 30 in hoc efficiendo claritatem) ut prorsus se eo determinarit (res erat in eo sita, ut declararet quidquid in anima sua fuisse transactum hactenus) fixumque habuerit, eum futurum me, cui res illas esset revelaturus.

15-16 per biennium] duobus ab illinc annis Post a duobus annis elapsis Vi.

* De P. Polanco saepe in praecedentibus sermo factus est. Si ampliora cupis, vide *Polanci Compl.* I, VI-XX.

⁵ Vide Praefationem Patris Nadal.

posset loco testamenti, et paternae institutionis. Nam cum sis (inquam) tria illa consequutus, Pater^o, quae ante obitum tuum videre desiderasti, veremur^p ne ad caelum^q sis evocandus.

3 Excusabat Pater suas occupationes; non posse eo animum se, vel tempus applicare. Et tamen, « Celebrate (inquit) tres Missas de hac re, Polancus, Pontius*, et tu; et ex oratione ad me referte, quid censeatis ». Idem (inquam) Pater, censemus, quod nunc. Addidit suavissime: « Agite, quod dico ».*

³ Pater sup. lin. || p Emend. ex vereri nos || q caelum sup. lin.: deletio Dominum.

* Vide annot. 1.

2*. El Padre estaba entonces muy malo⁶, y nunca acostumbrado a prometerse un día de vida, antes cuando alguno³⁰ dice: « yo haré esto de aquí a quince días o de aquí a ocho días », el Padre siempre como espantado dice: « Cómo! y tanto pensáis vivir? »; y todavía aquella vez dijo que esperaba vivir tres o cuatro meses para acabar esta cosa. El otro dia yo le hablé preguntando cuándo quería comenzásemos; y él³⁵ me respondió que se lo acordase cada día (no me acuerdo cuántos días) hasta que tuviese disposición para ello; y así no la teniendo presente por ocupaciones, vino después en que se le acordase cada domingo; y así en el Setiembre⁷ (no me acuerdo cuántos días) el Padre me llamó y me empezó a decir⁴⁰ toda su vida, y las travesuras de mancebo clara y distintamente, con todas sus circunstancias, y después me llamó en el mismo mes tres o cuatro veces y llegó con la historia hasta estar en Manresa algunos días, como se ve escrito de letra diferente⁸.

45

3*. El modo que el Padre tiene de narrar es el que suele en todas las cosas, que es con tanta claridad, que parece que hace al hombre presente todo lo que es pasado; y con esto no

29-30 acostumbrado] acostumbra prometerse *Mem* acostumbra *in Ve emend.* ex acostumbrado. *Melius esset acostumbraba.* || 31 de aquí a ocho] *Mem* de aquí a *om. CVe* || 32 dice] decla *Ve*, *emend. ex dice, ut videtur.* || 32 como espantado *Mem* toma espanto y *C*, et *Ve prius*; *postea ita corr.* como quien se admirava solía decir || 33 de vivir *MemVe* || 34 Al otro *MemVe* || 37 cuántos días! *In Mem* cada (no me acuerdo) cuántos días *et ita Ve*, *qui postea del.* cada ante parenth. et ponit post parenth. || 38 teniendo presente *C* presente *om. MemVe*; por parte por *MemVe* || 39 setiembre próximo *Mem*; a quantos días del *MemVe* || 41 etiam las *Mem*; etiam *supra lin. in Ve, del. cum (?)*; claras y *C*; *in Ve* clara y distintamente *emend. ex* claras y discretamente || 44 algunos días] *His verbis finit pars praef. in Mem.* || 46 tiene *del.* *in Ve et supra lin.* tenía || 47 en todo *Ve* [en add. *supra lin.*].

⁶ Die 7 Iunii 1553 scribebat Polancus Patri Simoni Rodriguez Patrem Ignatium graviter aegrotare (MI., Epist. V, 110). In epistolis scriptis ad diversos diebus 28, 29, 30 Iulii, 3, 5 Augusti dicit Polancus Patrem nostrum bene valere (ibid. 251, 258, 269, 272, 282). In epistola

Celebravimus; retulimus idem; pollicitus est se facturum. Anno sequenti cum rursum ex Sicilia rediisse mittendus in Hispaniam, interrogavi Patrem, si quid egisset. « Nihil, inquit ». Rediens ex Hispania anno 1554, rursum rogo: Non altigerat. Ibi vero, nescio quo ductus animo, constanter certe'

r certe sup. lin.: del. tamen

2^o. Erat tum temporis Pater admodum infirmus⁶, nec consuetus umquam unum sibi vitae diem polliceri: sed potius, quando dicebat aliquis: Ego faciam illud intra dies quindecim, aut intra dies octo; Pater quasi attonitus semper dicebat: Quomodo; et cogitas vivere tamdiu. Nihilominus ista vice dixit, sperare se, fore ut viveret tres aut quatuor menses, ad rem absolvendam. Altero die sciscitanti mihi ab eo, quandonam vellet, ut inciperemus; respondit, ut memoriam sibi refricarem diebus singulis (quot vero diebus, non recordor); donec ad hoc nactus esset opportunitatem: quam cum non haberet partim propter occupationes; in eo fui, ut illam in memoriam sibi revocarem diebus Dominicis singulis. Et sic mense Septembri proximo⁷ (quo die, non recordor) Pater me vocavit, ac coepit mihi dicere totam suam vitam, liberiorem etiam vivendi licentiam in juventute, clare et distinete, cum adjunctis omnibus, quae rem circumstant: ac postea me vocavit eodem mense tribus aut quatuor vicibus, et historiam perduxit usque ad commorationem Manresanam per dies aliquot; uti spectatur scriptum diverso charactere⁸.

3^o. In modo narrandi, quem servat Pater, idem obtinet, quod omnibus solet in rebus: qui est adeo clarus, ut quidquid est praeteritum, sistere homini praesens videatur. Atque adeo

⁶ quasi attonitus] instar admirantis Post || 40 sibi refricarem] eum monerem, et non monui illum quousque haberet ad illud dispositionem Post [videntur aliqua omisisse] || 42 opportunitatem] usque ad eius valetudinem Vi; haberet] nam ad praesens non habebat propter occupationes Post || 45 proximo om. Post Vi || 46-47 vivendi licentiam in juvenute] insolentiarum etiam iuventutis suae Post etiam usque ad perversitates suae pueritiae Vi || 51 diverso charactere] differente littera Vi; donec mihi dolens manus per nonnullos dies convalesceret, uti appareat aliena manu esse scriptam historiam Vi [lectio ita singularis fortasse ortum habuit ex eo quod interpres pro Manresa (oppi-dum), legit duo verba « man » (manus) et « resa ».

data die 23 Sept. dicitur: « Per esser stato N. P. M^o Ignatio assai indisposto, come sta anche adesso » ... (ibid. 503).

⁷ Inferius in textu, n. 10 dicit aliqua scripta esse mense augusto 1553.

⁸ Vide sup. nostram Praefat. in ACTA, c. I, § 3.

dixi Patri: « Sunt ferme quatuor anni, quibus obsecro non meo solum, sed aliorum Patrum nomine, ut nobis explices, Pater*, quem ad modum Dominus te instituerit ab initio tuae conversionis; id confidere nos, fore nobis et Societati utile in primis. Verum cum videam te illud non praestare, hoc audeo

* Pater sup. lin.

era menester demandalle nada, porque todo lo que importaba para hacer al hombre capaz, el Padre se acordaba de decirlo: yo venía luego inmediatamente a escrebillo, sin que dijese al Padre nada, primero en puntos de mi mano, y después más largo como está escrito. He trabajado de ninguna palabra poner sino las que he oído del Padre; y cuanto a las cosas que temo haber faltado es, que, por no desviarme de las palabras del Padre, no he podido explicar bien la fuerza de algunas dellas. Y así esto escribí, como arriba es dicho, hasta en Setiembre de 53; y desde entonces hasta que vino el P. Nadal, a 18 de Octubre de 54, el Padre se fué siempre excusando con algunas enfermedades y con negocios diferentes que ocurrían, diciéndome: « como se acabare tal negocio, acordádmelo »; y acabado aquel se lo acordaba, y él decía: « agora estamos en este otro; como se acabare, acordádmelo ».

4*. Mas venido el P. Nadal, holgándose mucho de lo que estaba comenzado⁹, me mandó que importunase al Padre, diciéndome muchas veces que en ninguna cosa podía el Padre hacer más bien a la Compañía que en hacer esto; y que esto era fundar verdaderamente la Compañía; y así él mismo habló al Padre muchas veces, y el Padre me dijo que yo se lo acordase como se acabase el negocio de la dotación del colegio¹⁰; y después de acabado, como se acabase lo del Preste¹¹.

51 yo venía] yo me iva luego Ve || 53 de no poner alguna palabra Ve || 64 acabare Ve; acabará C || 68-69 y que — la Compañía cancellata in Ve; desiderantur in Post; adsunt vero in Boll. || 70-72 la dotación — se acabase lo cancell. in Ve, desunt in Post, supponuntur in Boll. || 71 del Preste VeBollLanPost de presente C.

⁹ Nadal in sua Praefatione, quam vide sis infra, tacet de hoc gaudio, et locutione vaga dicit: « non attigerat », qua si vult significare nihil adhuc dictatum a Patre et scriptum a Ludovico González, cum huius narratione componi non potest. Fortasse voluit dicere rem non perfectam esse.

¹⁰ Iulius III cogitabat collegium romanum Societatis Iesu redditibus stabilibus dotare, reservata aliqua parte ex his quae Iudaei Ecclesiae

confirmare; si id facias, quod tantopere desideramus, eo beneficio nos usuros studiose^t, si non facias, propterea non futuros^u animo debiliori, sed tam confidenti in Domino^v, quam si omnia scripsisses ».

^t studiose sup. lin. || ^u Del. nos || ^v Del. animo.

55 non erat necesse, aliquid ipsum interrogare: nam quidquid intererat resciri, meminerat Pater dicere. Veni ego statim immediate, ut scribebam, non praemonito Patre, primo per puncta manu mea, et postea diffusius, prout scriptum exstat. Laboravi, nullam ut ponerem vocem, praeter illas, quas audivi
 60 a Patre. Et quantum quidem ad res attinet; in quo vereor, ne sim lapsus, illud est, quod, ne a Patris deviarem vocibus, haud potuerim bene explicare vim nonnullarum ex illis. Et sic haec scripsi, sicut supra dictum est, usque in Septembri MDLIII. Et dehinc, donec venit P. Natalis die XVIII. Octobris anni
 65 MDLIV. Pater semper se excusavit propter aliquas infirmitates, ac diversa negotia, quae occurabant, mihi dicens: Ubi absolutum fuerit tale negotium, redde me memorem: quo ab soluto, memorem eum reddidi. Et dicebat ille: Nunc sumus in alio isto: ubi absolutum fuerit, memorem me redde.
 70 4*. Verum ubi venisset P. Natalis, valde laetus ob rem inchoatam ⁹, ut Patri essem importunus, mihi mandavit, dicens mihi saepius, quod nulla in re plus boni possem praestare Societati, quam illud faciendo; quodque hoc esset vere fundare Societatem. Et sic ipsemet saepe locutus est cum Patre.
 75 Dixit mihi Pater, ut memorem se redderem, ubi absolutum esset negotium fundationis collegii ¹⁰. Quod postquam esset absolutum, et expeditum negotium Preste-Joannis ¹¹, ac discessisset cursor; incipimus prosequi historiam die nona Martii anno MDLV. Mox coepit periclitari de vita Julius PP., et vige-

⁵⁶ intererat resciri] ad me faciendum capacem necessaria Post; veni] me conferebam Post; et ego immediate scribebam Vi || 76-77 ubi — collegii] Haec sententia deest in Post.

Romanae solvebant et ex aliquibus locis piis. Pontificis morte (die 23 Martii 1555) evanuit illa ratio collegii stabiendi. Cf. MI., Epist. VIII, 664; Chron. V, 12 sqq.

¹¹ Intellige negotium missionis Aethiopiae, cuius imperator credebatur a Lusitanis et aliis tunc temporis esse celebris Presbyter Ioannis (El preste Juan de las Indias, hispanis). Expeditio huius missionis finita

4* *Nihil respondit Pater, sed (eodem, ut opinor, die) advocato ad se Patre Ludovico González, incepit^x ipsi narrare, quae ille Pater, ut est^y excellenti memoria, postea scribebat. Ea sunt Acta Patris Ignatii, quae circunferuntur. Fuit autem*

^x Emend. ex incipit || ^y Emend. ex erat.

y se partiese el correo. Empezamos a seguir la historia a 9 de Marzo. Luego comenzó a peligrar el papa Julio 3, y se murió a los 23, y el Padre fué difiriendo la cosa hasta que hubiese papa, el cual, como le hubo, luego también enfermó y murió (que fué Marcello)¹². El Padre dilató hasta la creación del papa Paulo 4º¹³, y después con los muchos calores y las muchas ocupaciones, siempre se ha detenido hasta 21 de Setiembre, que se comenzó de tratar de mandarme a España, por lo cual yo apreté mucho al Padre que cumpliese lo que me había prometido; y así ordenólo ahora para los 22 a la mañana en La Torre Roja¹⁴; y ansí, acabando yo de decir Misa¹⁵,

⁷² empezamos] *Ve corr.* in començamos || 76 que fué Marcello *om.* *VeBoll Post* || 78 21 de ... *VeBoll LanPost* 22 C || 82 *Verbo Missa finit praefatio in C. imperfecto sensu.* *Eodem modo erat in Ve;* *sed corrector cancellavit verba ordinendo — misa et ada.* lo hizo. *Lan finit ita ... in Spagna,* per il che aprescai molto il Padre che finisse quello che havea promesso et così finì, *relichto molto spatio albo.* — *Post ... et ita assignavit horam ad vigessimum secundum de mane.* *Quae sequuntur post Missa solum sunt in Boll.* *Videntur tamen genuina et necessaria ad sensum perficiendum.*

dicit potest exente anno 1554 aut ineunte 1555. Cf. ep. P. Ignatii ac P. Jacobum Mirón die 20 Februarii 1555 datam. *MI.*, Epist. VIII, 450.

¹² Marcellus II (Cervini) creatus Papa die 9 Aprilis 1555, obiit die 30 eiusdem mensis. *EUBEL*, III, 37.

¹³ Paulus IV (Petrus Carafa) electus est summus Pontifex die 23 Maii 1555, *EUBEL*, ib.

¹⁴ Parva domus adjuncta domui Professae Romanae. *Chron.* V, 21: « Hoc anno [1555], ait Polancus, solarium coniunctae domus, quam *Turrim Rosciam* vocant, et ad infirmos curandos aliquot cubicula confecta fuerunt ». — *Chron.* V, 21. Inutile videtur verbum « *emptum* », quod additum est ab editore Chronicorum.

¹⁵ Quae sequuntur solum inveniuntur in versione Pinii.

¹⁶ Vide infer. n. 99. Ex quo loco probabile videtur ultimum colloquium Patris Ludovici González cum Patre Ignatio de suis Actis fuisse die 20 Octobris 1555. Die 22 Octobris datae sunt quamplures epistolae Sti. Ignatii ad Superiores Hispaniae et Principes Lusitaniae nunciantes profectionem Patris Ludovici González (*MI.*, Epist. X, 21 sqq.); ipse vero Ludovicus Romam reliquit die 23 Octobris, ut dicitur in epist. data Romae die 24 Octobris ad gubernatorem lauretanum: « Domenica parti Mtro. Geronimo Domenech con Mtro. Miona et molti altri fratelli per Sicilia; et hieri Mtro. Nadal, Luys Gonzales, Pietro Ribadenera et don

Pater Ludovicus in prima congregacione generali elector, et in eadem electus Assistens Praepositi Generalis Patris Layniz. Fuit postea institutor in litteris, et Christianis moribus Regis Portugalliae Sebastiani, insigni religione et virtute Pater. Scripsit Pater González partim Hispanice, partim Italice, ut

sima tertia obiit. Pater autem rem perrexit differre, donec non
⁸⁰ vus successisset Papa: qui sicut statim etiam in morbum incidit, et e vita discessit ¹², rem extraxit Pater usque ad creationem Pauli Papae ¹³, quae, ingruentibus magnis caloribus, et occupationibus multis, progressum non habuit, usque ad diem XXI. Septembris, quando coeptum est agi de me in Hispaniam mittendo. Idecirco valde ursi Patrem, ut compleret id, quod mihi promiserat. Atque ita illud nunc indixit ad XXII. Septembris mane, in turri Rubra ¹⁴. Ego autem, dicto Sacro ¹⁵, adivi eum, petiturus, num esset tempus.

⁵*. Respondit mihi, ut irem, se exspectaturus in turri Rubra, ut, quando ibidem adesset, adessem et ego. Intellexi, diu mihi illic exspectandum esse; dumque in porticu quadam me detinerem cum aliquo fratre, negotii quidpiam a me percunctante, venit Pater, et reprehendit me, quia obdientiam prætergressus, illic non exspectaveram: et nihil voluit facere isto die. Deinde valde apud ipsum instamus ... Et ita rediit ad turrim Rubram, dictabatque ambulando, uti semper dictarat. Ego, ut vultum ejus intuerer, paululum semper appropinquabam, dicente mihi Patre, Observa regulam: et dum ego aliqua vice id negligens accederem, atque in idem bis aut tertio essem relapsus, dixit hoc mihi, et abiit. Et tandem postea venit, ut in eadem turri faceret finem dictandi id, quod scriptum est. Sed quandoquidem ego jam diu stabam in procinctu itineris (dies quippe discessui prævius, fuit postremus, quo Pater mecum locutus est de ista materia) ¹⁶ non potui omnia ad longum scribere Romae. Et quia non habebam Genuae amanuensem Hispanum, dictavi Italice id, quod mecum Roma afferebam per puncta scriptum, ejusque scriptio finem imposui mense Decembri anni MDLV. Genuae.

⁸⁸ Septembris mane] de mane Post Vi; quibus verbis finitur praefatio in Post et Vi.

Diego [de Guzmán], per Spagna, Portugallo, Firenza et Fiandra ». Cf. M.I., Epist. X, 38.

aderant præsto amanuenses. Vertit latine Pater Annibal de Codretto doctus admodum et pius Pater z. Uterque adhuc vivit, et auctor et interpres.*

^z doctus ... pater in marg.: *deletis* is qui decem annis docuit latinas et graecas litteras.

* Vide annot. 1.

[CAP. I]

1. *Ignatii iuventus. Armorum exercitiis delectatur. In defensione arcis pampelonensis grave vulnus accipit. — 2. Bene a Gallis tractatur; in patriam fertur. Cruris ossa de novo componi debent. Ignatii fortitudo. — 3. Ecclesiae sacramenta accipit. In per vigilio SS. Petri et Pauli melius habere coepit. — 4-5. Os difforme amputari sibi vult. Convalescens pios libros legit. — 6. Diversis sensibus agitur, praecipue cogitatione servitiorum erga illustrem dominam.* —

1. [f. 4r] Hasta los 26 años de su edad fué hombre dado a las vanidades del mundo y principalmente se deleitaba en ejercicio de armas con un grande y vano deseo de ganar honra¹. Y así, estando en una fortaleza² que los franceses combatían, y siendo todos de parecer que se diesen, salvas³ las vidas, por ver claramente que no se podían defender, él dió tantas razones al alcaide⁴, que todavía lo persuadió a defenderse, aunque contra parecer de todos los caballeros, los quales se conhortaban con su ánimo y esfuerço. Y venido el dia que se esperaba la batería, él se confesó con uno de⁵ aquellos sus compañeros en las armas⁶; y después de durar un buen rato la batería, le acertó a él una bombarda en una

1 26 años] XXVI años Ve. In *N et C videtur prius scriptum esse 20 et postea 0 mutatum in 6.* || 3 grande y buen Ve || 4 en una] Ve del. una et mutavit in la ... de Pamplona; *eodem modo quoad sensum Co et Post* || 6 vidas, porque verdaderamente no se *CVe vere enim se tueri non poterant Co et Post quoad sensum* || 9 conhortaván *vel confortabant* Ve conortaván *CN* || 11 las armas] *CNVe. In Ve alia manus cancellavit verba sus compañeros* — le acertó et scripsit in marg. cavalleros con quien havia contendido diversas veces en las armas, y el otro con él, y estuvo fuerte asta después de derrocados los muros hasta que le acertó a él. || 12 la] C le; bombarda) *Ve2 correxit in pelota de bombarda; quitándosela toda Ve; pelota*] *C bala Ve prius bala, postea pelota.*

¹ De vita Ignatii ante annum 1521 vide superius EPIST. LAINII n. 2, pp. 70-72; SUMM. HISP. nn. 5-6, pp. 155-156, et auctores ibidem citatos; ubi etiam invenies praecipuos auctores qui de impugnatione et expugnatione Pampelonis egerunt. De locutione « Hasta los 26 años de su edad » (usque ad vigesimum sextum aetatis annum) diximus in Praefatione huius voluminis, § II, quando natalem annum Ignatii investigare co-nati sumus.

² Intellige arem pampelonensem. Vide EPIST. LAINII, n. 2, annot. 3, pp. 72-73, SUMM. HISP. POL., nn. 4, 8, et auctores ibi citatos. Cf. etiam

CAPUT I

7. *Sanctos viros imitari proponit. Successio variarum cogitationum, quibus usque ad defatigationem insistit.* — 8. *Incipit discri-
men inter cogitationes cognoscere.* — 9. *De poenitentia facienda
et de itinere hierosolymitano cogitat.* — 10. *Visione Btae. Virginis
cum pueru Iesu recreatur.* — 11. *Vitam Christi et Sanctorum in
compendium redigit.* — 12. *De Cartusiano instituto ineundo cogi-
tat. Patriam relinquere statuit.*

1. Ad annum usque vigesimum sextum fuit vanitatibus
huius mundi deditus; praecipue vero armorum exercitio de-
lectabatur, magno et inani desiderio ductus honoris compa-
randi¹. Itaque cum in arce esset Pampelonica², quam Galli
5 oppugnabant, unusque esset omnium consensus ut se dede-
rent, ea conditione ut incolumes abire sinerentur, (vere enim
se tueri non poterant); tam multas apud praefectum³ ratio-
nes protulit ut nihilominus illi persuaserit, contra quam om-
nes alii nobiles sentirent, arcem ab hostibus esse defenden-
10 dam. Tantum vero illi erat animi, ut ipse suo sensu atque
animositate caeteris nobilibus animos adferret. Ubi dies ad-
venit qua pugna expectabatur futura, uni nobilium, cum quo
saepe armis contenderat, confessionem criminum fecit⁴, ac

² Del. Pars vitae. In Proc. compulsus. in marg. Vita B. P. Ignatii scripta
a P. Gonzalez || 4-5 Verba Interpretē — P. Natali cancellata sunt. Desunt in
apogr. cod. Vitae 69 || 6 Ad vigesimum usque aetatis suae annum Post usque
ad vigesimum suae aetatis annum Vi || 6-7 mundi novitatibus Vi || 10 dede-
rent] omnesque seditionem facere decrevissent Vi || 12 tueri emend. ex tuere.
Sententia: vere enim se tueri non poterant est in Post ad sensum, deest in Vi ||
13 Persuaserit] Prius ille permanserit.

opus: *Iñigo de Loyola, Capitán español, y el Castillo de Pamplona.*
Por el R. P. Enrique Ascunce de la Compañía de Jesús. Madrid [1941].

³ Franciscus de Herrera. Cf. autores de quibus in annot. 1.

⁴ Confiteri peccata laico, deficiente sacerdote, in usu erat medio aevo.
Laudatur hic usus a D. Thoma Aquinate in IV Sent. XVII, q. 3, art. 3,
q. 2, solut. II; permittitur in opere *Manual de confesiones*, a Fr. Hernan-
do de Talavera edito an. 1482, his verbis: «Peca el que lo ministra sin
ser sacerdote, salvo en caso de necesidad, cuando alguno puesto en pe-
ligro de muerte, no podiendo aver sacerdote, se quiere confesar al que
no lo es; aunque esto no es de necesidad, ca si no puede aver sacerdote,
la contrición sola le basta». Cf. *Nueva Biblioteca de Autores Españoles*,
XVI, 32 (Ed. M. Mir) Madrid, 1911.

pierna, quebrándose la toda; y porque la pelota pasó por entrambas las piernas, también la otra fué mal herida⁵.

2. Y así, cayendo él, los de la fortaleza se rendieron luego a los franceses, los quales, después de haber apoderado della, trajeron muy bien al herido, tratándolo cortés y amigablemente. Y después de haber estado 12 ó 15 días en Pamplona⁶, lo llevaron en una litera a su tierra⁷; en la qual hallándose muy mal, y llamando todos los médicos y curujanos de muchas partes, juzgaron que la pierna se debía otra vez desconcertar, y ponerse otra vez los huesos en sus lugares, diciendo que por haber sido mal puestos la otra vez, o por haber desconcertado en el camino, estaban fuera de sus lugares, y así no podía sanar. Y hizose de nuevo esta carneería; en la qual, así como en todas las otras que antes había pasado y después pasó, nunca habló palabra, ni mostró otra señal de dolor, que apretar mucho los puños.

3. Y iba todavía empeorando, sin poder comer y con los demás accidentes que suelen ser señal de muerte. Y llegando el día de S. Juan, por los médicos tener muy poca confiança

¹⁷ *Vezi immisit Pe ante herido et cancell.* tratándolo cortese, *et post y add.* muy || ¹⁸ *Pamplona] Ve2 add. in marg.* ellos mismos; *del. etiam a su tierra et scripsit sup.* a la casa de Loyola. || ²⁰ todos los *cancell.* in *Ve* || ²¹⁻²² desconcertar *CVe* de concertar *N* tibiam rursus esse disiungendam *Co* ut tibia iterum dissolveretur *Post* || ²² otra vez *cancell.* in *Ve* || ²³ por haber sido mal puestos la otra vez *CVe*; *om. N* || ²⁴⁻²⁵ de sus lugares *cancell.* in *Ve*, *et add. in marg.* dellos || ²⁵ hizose *supra lin.* in *Ve*, *del.* diosse || ²⁵ las cosas que ... avian *C* || ³⁰ ser señas *C* || ³¹ porque ... tenian *C*; *Ve em.* por *in* porque. [por ... tener *est lusitanismus*].

⁵ Vide sup. EPIST. LAINII n. 2, p. 73; SUMM. HISP. POLANCI, n. 8.

⁶ Nota additionem in versione latina Coudreti.

⁷ Neque e textu hispano, nec e versione latina Coudreti constat clare a quibus Ignatius delatus sit in patriam; quamvis magis obvium videatur a Gallis delatum. Vel fortasse ab Ignatii familiaribus, qui eum vulneratum audierint. Supposita, in omni eventu, venia ducum exercitus Gallorum. Ex EPIST. LAINII n. 3, p. 73 videtur a Gallis delatus. Ita etiam ex SUMM. HISP. POL., n. 8. Ribadeneira rem incertam reliquit l. I, c. I (ed. 1^a): « Post aliquot dies liberaliter etiam ad suos dimissus, lectoriorum humeris in patriam revectus est ». Quia fortasse iuvare possint ad iter quo ex Pampelone Loyolam Ignatius delatus est determinandum, exscribimus ex versione latina processus compulsorialis matritensis anni 1606 verba domini Ioannis de Ozaeta, domini domorum de Ozaeta et

ille vicissim ipsi. Perstitit autem constantissime depugnans,
20 etiam post dirutos muros, quoadusque ictu bombardae una
illi tibia omnis confracta est.

2. Et quoniam inter utramque tibiam globus perlatus
est, altera quoque tibiarum vulnus *gravissimum* accepit¹⁹. Quo
factum ut, illo cadente, caeteri quoque qui in arce erant se
25 Gallis dederant. Qui ubi arce potiti sunt, bene atque humani-
ter eum habuerunt tractaruntque. Et post 12 vel 15 dies Pam-
pelonae exactos eodem in habitaculo, quod antea habuerat²⁰,
cum *tamen* ab optimis francici exercitus medicis curaretur,
eo toto tempore, in Loyolae domum intra lecticam *delatus*
30 *est*²¹. Ibi cum esset ac pessime haberet, vocati multis ex locis
medici chirurgique *censuerunt* tibiam rursus esse disiungen-
dam, ut quae male coaluerant ossa suis locis reponerentur;
asserentes ob id quod male posita fuissent primum, aut quod
35 in itinere disiuncta essent, extra loca esse, et ita curari non
posse. Itaque hanc excarnationem rursus in corpore suo
fieri passus est, in qua, sicut in aliis omnibus quas ante sus-
tinuerat vel postea est perpessus, nullum unquam verbum
protulit, vel signum aliud doloris edidit, quam quod pugnos
vehementer constringebat.

40 3. Interim valetudo illi semper in deteriora abibat, nec
cibum sumere poterat, reliquaque aderant symptomata quae

¹⁹ *vicissim ipse] ipse cum altero equite convenit, cum quo multoties in*
arnis contendarat, et alter cum illo Post ipse continuuit se cum quodam equite
cum quo diversis vicibus in armorum exercito certaverat, et alter cum eo Vi ||
²³ Paulo inferius (n. 62) dicit Ignatius se fuisse in carcere *quadragesima duos dies*, et alibi hoc idem repetit. Cum vero sententia definitiva data sit die primo junii 1527, quo die potuit e carcere exire; sequitur cum missum fuisse in carcerem die 18 vel 19 Aprilis (feria V vel VI Maioris hebdomadae). Tempus erat vernum, quod potest etiam significare verbum hispanum *verano*. Et haec quidem certa videntur. Manet tamen obscurum quisnam sit terminus ille *a quo*: « de ahí a cuatro meses que él estaba en una casilla fuera del hospital ». Non potest assignari ut terminus *a quo* quatuor mensium dies qua hospitale reliquit; quia hic, licet incertus, non fuit ante 6 Martii anni 1527, nam illo die Figueroa quaerit a Mencia de Benavente num cognoscat quendam vocatum Ifígo qui habitat in hospitali Misericordiae, dictum de Antezana (cf. *MI.* Scripta I, 608-609). Terminus ille *a quo* quatuor mensium videtur sumi debere a die quo Ignatius prohibitus est nudis pedibus incedere; circa diem 10 Decembris. Vide annot. 20.

²⁴ Additio marg. videtur legenda: « Miona uno, y era confessor ».

casiōne sumpta, quod mulier quaedam conditionis non contemnendae et viro nupta, singulari devotione erga peregrinum tenebatur; et diluculo opera (ut fit Compluti) in hospitale veniebat, eoque ingressa, oportamento sublato, *ad peregrinum* ibat. Sed ne tum quidem quicquam repertum est, nec accersitus peregrinus, re expensa, neque illi quicquam dictum.

20. Quatuor rursus mensibus elapsis²³, cum iam in domuncula extra *nosodochium* habitabat, die quadam ad ianuam eius apparitor adstat et eum vocans: «Veni (inquit) mecum»; et coniecto eo in carcerem, iussit inde non egredi donec aliud iuberetur. Erat tunc tempus aestatis, et quoniam laxiore utebatur carcere, plerique ad eum conveniebant²⁴, quibus aequa ac si liber esset, christianas institutiones explicabat, et tradebat exercicia. Patroni opera aut procuratoris nunquam uti voluit, etsi se offerrent *non pauci*. Meminit vero sigillatim dominae *Teresae a Cardenis*²⁵, quae quendam misit ad eum invisendum, saepeque illi obtulit educturam se eum inde. At ipse nihil horum admisit, illud etiam dicens: «In cuius amore huc ingressus sum, *is* inde me educet, si ei visum fuerit». Decem et septem²⁶ iam dies egerat in carcere, cum needum sciret qua de causa eo fuisse coniectus, neque quicquam ex eo sciscitati erant. Tum autem venit Figueroa in carcerem, multaque ex eo quaesivit, et in his illud etiam, 40 iuberetne sabbatum custodiri, *ludens*.

20 sublato] *del.* cellam peregrini adibat || 24 extra] *del.* xenodokion [?] || 28 conveniebant] litterae con supra lin. || 31 non add. supra lin. Non clare appareat manus. || 32 dominae] *del.* Querozae de Cardonis || 38 erant] prius sunt.

Emmanuel Miona, lusitanus, post venit etiam Parisios. Ad eum dedit Ignatius Venetiis die 16 Novembris anni 1536 celebrem epistolam de Exercitiis spiritualibus. Societatem ingressus anno 1544, in ea diem supremum obiit 4 Martii 1567. Cf. *MI.*, *Epistolae*, I, 111-113; *Chron.* I, 140; *S. Franc. Borgia*, IV, 424; FRANCISCO RODRIGUES, *História*, I, 171, 197-200.

25 Teresia Enríquez (1456 ?-1529), uxor Gutierre de Cárdenas, insignis ob largitatem in pauperes et captivos et ob devotionem erga sanctissimam Eucharistiam, ut dicta sit in Hispania «la loca del sacramento». Cf. MIGUEL ANTONIO ALARCÓN, *Biografía compendiada de la Exma. Sra. Doña Teresa Enríquez*, llamada «La loca del Sacramento»; CONSTANTINO BAYLE, S. I., *La loca del Sacramento*, Doña Teresa Enríquez. — Memoria eius devotionis erga sanctissimum Sacramentum exstat etiam Romae in titulo posito in ecclesia Sti. Laurentii in Damaso, prope vetus altare Sacramenti. Cf. PIAZZA, *Le opere pie di Roma* (Roma, 1679), 440-444. In., *Euseilogio Romano* (1698), pp. 389-391. Ribadeneira a prima editione hispana (1583) *Vitae Patris Ignatii* enumerat inter eos

61. Diecisiete días ²⁶ estuvo en la prisión, sin que le examinasen ni él supiese la causa dello; al fin de los quales vino Figueroa a la cárcel, y le examinó de muchas cosas, hasta preguntarle si hacía guardar el sábado. Y si conocía dos ciertas mugeres, que eran madre y hija; y desto dixo que sí. Y si había sabido de su partida antes que se partiesen; y dixo que no, por el juramento que había recibido ²⁷. Y el vicario entonces, poniéndole la mano en el hombro con muestra de alegría, le dixo: « Esta era la causa porque sois aquí venido ». Entre las muchas personas que seguían al peregrino había una madre y una hija, entrambas viudas, y la hija muy moça, y muy vistosa, las quales habían entrado mucho en espíritu, máxime la hija; y en tanto que, siendo nobles, eran idas a la Verónica de Jaén ²⁸ a pie, y no sé si mendicando, y solas; y esto hizo grande rumor en Alcalá; y el doctor Ciruelo ²⁹, que tenía alguna protección dellas, pensó que el preso las había inducido, y por eso le hizo prender. Pues como el preso vió lo que había dicho el vicario, le dixo: « Queréis que hable un poco más largo sobre esta materia? » Dice: sí. « Pues habéis de saber, dice el preso, que estas dos mugeres muchas veces me han instado para que querían ir por todo el mundo servir a los pobres por unos hospitales y por otros; y yo las he siempre desviado deste propósito, por ser la hija tan moça y tan vistosa, etc.; y les he dicho que, quando quisiesen visitar a pobres, lo podían hacer en Alcalá, y ir acompañar el santi-simo sacramento ». Y acabadas estas pláticas, el Figueroa se fué con su notario, llevando escrito todo.

62. En aquel tiempo estaba Calixto en Segovia ³⁰, y sa-

³⁹ a la fin Ve || 48 muy moça, y om. Ve || 51 por esto Ve || 58 serviendo a Ve || 65 y supiendo Ve.

qui auxilium Ignatio obtulerunt etiam Eleonoram Mascarenhas, de qua vide inferius ad numerum 80.

²⁶ In actis processus complut. dicitur Figueroa venisse in carcerem die 18 Maii 1527, et quaevisisse ab Ignatio aliqua similia his, quae hoc loco indicantur (Cf. *MI.*, Scripta, I, 618-619); sed tunc iam excesserant dies fere triginta ab incarceratione. Quare aut de diverso colloquio agitur; aut fortasse pro diez y siete dias fuit scriptum prius veintisiete dias. Vid. sup. *SUMM HISP. POLANCI* n. 39 et annot. *ibid.*

²⁷ In actis eiusdem processus (*ib.* 620-621) sunt declaraciones Ludovicae Velázquez, Mariae del Vado, praecedentis matris, et Catalinae, famulæ, factæ die 21 Maii 1527 coram Figueroa, Vicario, post redditum ex pia peregrinatione. Dicunt se peregrinationem sponte ex devotione iniisse, non ab Ignatio inductas. Polancus in *SUMMARIO* n. 38 et in vita

61. Praeterea *serio* an non nosset mulieres duas, matrem et filiam. Has dixit nosse. Tum ille instans: « Nec de discessu illarum quidquam noras priusquam abirent »? — « Non, inquit peregrinus, per iusiurandum illud sanctum, cui me obstrinxi »²⁷. Tum vicarius, manu in humeros eius coniecta, tanquam gauderet: « Atqui ista, inquit, est causa cur huc coniectus es ». Inter eos qui plerumque peregrinum sectabantur erant mater et filia, vidua utraque; filia vero iuvenis admodum et formosa. Hae in rebus spiritualibus magnos progressus fecerant, praecipue filia, ita ut etiamsi loco nobili essent ortae, tamen pedestres ivissent ad invisendum Veronicam, quae est in urbe Jaén²⁸, ac nescio an etiam victimum emendicando, et solae. Ex qua re magnus rumor Compluti ortus est. Doctor Ciruellus²⁹, qui earum quandam curam gerebat, putavit a peregrino ad id fuisse inductas, ob idque claudi eum in carcere curaverat. Vinctus, ut audivit quae a vicario dicta [f. 37r] fuerant, inquit ad eum: « Visne de ha re loquar paulo latius? » — « Loquere », inquit ille. Tunc vinctus: « Saepe (inquit) hae mulieres institerunt apud me quod proficiisci velint per orbem universum, ministrare pauperibus modo in his, modo in illis nosodochiis. Ego vero semper hoc illis disuasi, propterea quod cernerem filiam ea aetate et formosam; asserens, si invisendorum pauperum desiderio tenerentur, posse id Compluti praestare, et comitari sanctum sacramentum ». Figueroa, his ita ultro citroque iactatis, una cum notario abiit, scriptum deferens quicquid actum fuerat.

62. Segobiae tum agebat Calistus³⁰, *socius peregrini*, qui accepto quod vinctus esset, tametsi recens ex gravi infirmi-

²⁷ dicta]. In ms Co per errorem transcripta sunt in fol. 37r quae deberent esse in fol. 36v et vicissim; qui error iam signis notatus est in ms.

latina (*Chron. I*, 36) asserit feminas illas Compluto profectas dum Ignatius iverat Segoviam Callistum socium gravissime aegrotantem invisurus,

²⁸ Vide sup. *EPIST. LAIN.* n. 24, p. 94.

²⁹ Doctor Petrus Ciruelo, aragonensis ex Daroca, philosophus, theologus, mathematicus, magnam auctoritatem in universitate complutensi habebat, quia ab ipso fundatore Fr. Ximénez de Cisneros primus lector cathedrae Sti. Thomae Aquinatis constitutus erat. Aliquot annis post Salmanticam migravit, ubi mortuus dicitur. Cf. CASTRO, *Historia ms. collegii complutensis*, lib. 1, cap. 4; NICOLÁS ANTONIO, *Bibliotheca hispana nova*, ubi eius opera recensentur. Bibliographi nec annum nativitatis eius nec mortis afferunt.

³⁰ Vide annot. 27.

biendo de su prisión, se vino luego, aunque recién convalecido de una grande enfermedad, y se melió con él en la cárcel. Mas él le dixo que sería mejor irse presentar al vicario; el qual le hizo buen tratamiento, y le dixo que le mandaría ir a la cárcel, porque era menester que estuviese en ella hasta que viniesen aquellas mugeres, para ver si confirmaban con su dicho. Estuvo Calixto en la cárcel algunos días; mas viendo el peregrino que le hacía mal a la salud corporal, por estar aún no del todo sano, le hizo sacar por medio de un doctor, amigo mucho suyo.

Desde el día que entró en la cárcel el peregrino, hasta que le sacaron, se pasaron quarenta y 2 días; al fin de los quales, siendo ya venidas las dos devotas, fué el notario a la cárcel a leerle la sentencia, que fuese libre, y que se vistiesen como los otros estudiantes, y que no hablasen de cosas de la fe dentro de 4 años que hoviesen más estudiado³¹, pues que no sabian letras. Porque, a la verdad, el peregrino era el que sabía más, y ellas eran con poco fundamento: y esta era la primera cosa que él solía decir quando le examinaban.

63. Con esta sentencia estuvo un poco dubioso lo que haría, porque parece que le tapaban la puerta para aprovechar a las ánimas, no le dando causa ninguna, sino porque no había estudiado. Y en fin él se deter[f. 15v]minó de ir al arçobispo de Toledo, Fonseca³², y poner la cosa en sus manos.

Partióse de Alcalá³³, y halló el arçobispo en Valladolid³⁴; y contándole la cosa que pasaba fielmente, le dixo que, aunque no estaba ya en su jurisdicción, ni era obligado a guardar la sentencia, todavía haría en ello lo que ordenase (hablándole de vos, como solía a todos). El arçobispo le recibió muy bien, y [entendiendo que deseaba pasar a Salaman-

³¹ 67 y se mete Ve || 71 ver om. Ve || 73-74 por no estar aun del todo Ve || 83 y estas Ve || 84 que solían decir Ve || 88 no avía ni estudiado Ve || 89 ponerie la cosa Ve || 90 Alcalá) Ve add. el año de 28 [!] || 92 ni era Ve no era N || 95-1 muy bien, y que también NVe. Quae addimus inter parenth. quadratam, respondent versioni Co.

³² Sententia lecta est Ignatio die 1 Iunii 1527 (Cf. *MI.*, Scripta I, 618). Ea prohibentur Ignatius et socii docere doctrinam christianam per tres annos absolute, et per alium quartum, nisi a Vicario eis licentia daretur. Post hanc sententiam Figueroa ex eleemosynis collectis Ignatium et socios more aliorum scholasticorum indui fecit. Cf. n. 64.

³³ Alfonsus de Fonseca et Acebedo, archiepiscopus Toletanus ab

tate convaluerat, statim venit ad eum, unaque cum eo car-
 70 cere se inclusit. At ipse monuit satius esse ut vicarium adi-
 ret; qui benigne eum exceptit, ac praemonuit missurum se
 eum in carcerem, propterea *quod necessum esset* vinctum
 esse, donec mulieres illae redirent; quo diiudicaretur an con-
 75 formia dicerent cum iis quae diceret peregrinus. Dies aliquot
 Calistus in carcere fuit; sed cernens peregrinus detimento
 id fieri eius valetudinis, necdum enim omnino convaluerat,
 opera Doctoris cuiusdam sibi amicissimi eum educi curavit.

Ab eo die quo in carcerem coniectus peregrinus, ad eum
 usque quo eductus est, numerati sunt dies 42. Quibus transac-
 80 tis, cum iam mulieres illae rediissent, notarius carcerem adiit
 ut sententiam ei legeret, qua liber abire permittebatur; et
 iubebantur iisdem vestibus indui quibus et reliqui scholastici
 uterentur; et prohibebantur loqui de rebus fidei ante quatuor
 85 abhinc annos, cum ampliorem operam studiis navassent³¹,
 quandoquidem litterarum parum essent periti. Re autem vera,
peregrinus sociis quidem erat peritior, verum id non admodum
 fundate; quod et ipse ante omnia dicere solitus erat, ante-
 quam examinaretur.

63. Audita hac sententia, substitit nonnihil peregrinus
 90 haesitans quid acturus esset, quoniam videbantur illi viam
 praeccludere ad adiuvandas animas, idque non alia prolata
 causa, quam quod non amplius studuisset litteris. Tandem
 statuit ad Fonsecam³² toletanum archiepiscopum profisci,
 remque omnem eius iudicio aut arbitrio committere. Disces-
 95 sit Compluto³³, et archiepiscopum Vallisoleti reperit³⁴. Re
 autem fideliter illi narrata, dixit, tametsi in eius ditione iam
 non esset, neque iam sententiae illi subiaceret, tamen ea de
 re acturum se quod ipse statueret. Archiepiscopus benigne eum
 exceptit, et cum intellexisset Salamanticam eum velle profici-

⁷² *esset] prius proptereaque necesse vinctum ... || 86 peregrinus] del. is
 erat, atqui || 93 Fonsecam] perfectum a Natali ex Fonecam [?] || 95 Compluto]*
del. anno 1526; anno vigessimo septimo profectus a Compluto PostVi.

anno 1523 ad mortem usque, an. 1534. Cf. EUBEL, *Hierarchia*, III, 334;
 GONZALEZ DÁVILA, *Teatro eclesiástico*, I, 81-85.

³³ Circa 21 Iunii. Vide annot. 8.

³⁴ Fonseca Vallisoletum profectus fuerat ut baptismum conferret
 Philippo II, principi, recens ibi nato.

ca, dijo] que también en Salamanca tenía amigos y un colegio³⁵, todo le ofreciendo; y le mandó luego, en se saliendo quattro escudos.

[CAP. VII]

64-66. *Salmanticae in conventu Fratrum Praedicatorum.* — 67-70. *Mitti-*

64. Llegado a Salamanca¹, estando haciendo oración en una iglesia, le conoció una devota que era de la compañía, porque los 4 compañeros ya había días que allí estaban, y le preguntó por su nombre, y así lo llevó a la posada de los compañeros. Quando en Alcalá dieron sentencia que se vis-⁵tiesen como estudiantes, dixo el peregrino: « Quando nos mandastes tener las vestes lo habemos hecho; mas agora esto no lo podemos hacer, porque no tenemos con qué comprarlas ». Y así el mismo vicario les ha proveído de vestiduras y bontes, y todo lo demás de estudiantes; y desta manera vestidos¹⁰ habían partido de Alcalá.

Confesábase en Salamanca con un frayle de santo Domingo en sant Esteban; y hubiendo 10 ó 12 días que era allegado, le dixo un día el confesor: « Los Padres de la casa os querían hablar »; y él dixo: « En nombre de Dios ». « Pues,¹⁵ dixo el confesor, será bueno que os vengáis acá a comer el domingo; mas de una cosa os aviso, que ellos querrán saber de vos muchas cosas ». Y así el domingo vino con Calixto; y después de comer, el soprior², en ausencia del prior, con el confesor, y creo yo que con otro frayle, se fueron con ellos²⁰ en una capilla, y el soprior con buena afabilidad empezó a decir quán buenas nuevas tenian de su vida y costumbres, que andaban predicando a la [a]postólica; y que holgarian de saber destas cosas más particularmente. Y así comenzó a pre-

¹ collegio *N* || 2 en saliendo *Ve* || 1 Llegando *Ve* || 2 compagnia *N* compa-
Ve || 13 en S. Stevan *Ve* en sanct Juan [!] *N*; llegado *Ve* || 19 el superior *Ve* ||
21 el suprior *Ve* || 23 a la postólica *NVe* || 24 más *om.* *Ve*.

³⁵ Collegium a Fonseca conditum erat Salmanticae pro scholasticis pauperibus, dictum collegium Sti. Iacobi, seu « del arzobispo ». Cf. LA FUENTE, *Historia de las Universidades*, II, 91; ROJAS Y CONTRERAS, *Historia del colegio viejo de S. Bartolomé*, p. 254 sqq.

¹ Neque dies adventus Ignatii in urbe Salmantica, neque dies discessus ab ea, deficientibus documentis, definiri potest. Vide inferius, n. 72. A discessu Compluto ad adventum Parisios die 2 Februario anni 1528.

⁵ sci, dixit sibi illic esse amicos et collegium³⁵; oblatisque ei omnibus officiis, inter exeundum quatuor ei coronatos aureos dari iussit.

CAP. VII

tur in carcerem. Innocens declaratur, sed prohibetur quominus capita aliqua theologica definiat. — 71-72. Parisios ire cogitat.

64. Cum Salamanticam venisset¹ et in templo oraret, agnovit eum mulier *quaedam devota* (iam enim quatuor socii multo ante illic manere cooperant) et de nomine eum rogavit, ac eo duxit ubi socii habitabant. Compluti cum lata est illi sententia ut scholasticorum vestibus induerentur, respondit peregrinus: « Tum cum iussistis ut vestes tingeremus, ita fecimus; verum quod nunc iubetis, praestare non possumus; quia nobis non est unde emamus ». Ob id vicarius vestes illis comparavit, et pileos caeteraque, scholasticorum more. His induiti vestibus Compluto discesserunt. Salmanticae confessionem faciebat monacho dominicano *in collegio Sancti Stephani*; et post 10 vel 12 dies quam venissent, dixit ad eum confessarius: « Vellent huius monasterii monachi te alloqui ». At ille: « In nomine Domini », inquit. Rursum confessarius: « Bonum fuerit in die dominico huc pransum venias; sed illud te moneo, ex te eos multa quae situros. Dominico igitur die venit una cum Calisto: et postquam pransi sunt, is qui caeteris praerat², absente priore, confessario [f. 36v] et altero, ut puto, monacho assumpto, peregrinum in sacellum quoddam dicit,
20 et commemorans affabiliter quam bona essent quae de eius vita et moribus audisset, ut qui apostolorum more circuiret, dixit sibi gratum fore de hisce rebus singulatim magis ac

⁵ collegium] ille autem eum honeste admittens, familiarium suorum et collegii etiam, quod Salmanticae exererat, favorem illi promissit Post post correct., archiepiscopus illum benigne exceptit, et dixit quod etiam Salmanticae habebat amicos, et collegium illud sibi offerendo Vi || 2 mulieri] del. e Societate || 3 eum] del. agnovit || 5 Prius ut ne || 10-11 faciebant Coz || 11 dominicano] del. ad Sti.; Sancti Stephani] in S. Stephani monasterio Post in ecclesia Sti. Stephani Vi || 12 venissent Coz, dubie Co. || 17-18 praerat] Superior, in absencia prioris Post suprior in absentia Prioris Vi.

nulla data fixa est. Vide inferius annot. 13. Hic fortasse appareret primum apud S. Ignatium vox « compaňia », non certe sensu militari.

² Ex praeopera interpretatione quorundam verborum Bti. Petri Fabri in epistola data die 23 aut 25 Ianuarii 1541 (Cf. *Cartas y otros escritos del B. Pedro Fabro*, p. 46 et *Fabri Monumenta*, 64) existimasse

guntar qué es lo que habían estudiado. Y el peregrino respondió: « Entre todos nosotros el que más ha estudiado soy yo », y le dió claramente cuenta de lo poco que había estudiado, y con qué poco fundamento³.

65. Pues luego ¿qué es lo que predicáis? Nosotros, dice el peregrino, no predicamos, sino con algunos familiarmente ³³ hablamos cosas de Dios, como después de comer con algunas personas que nos llaman. Mas, dice el fraile, « ¿de qué cosas de Dios habláis? que eso es lo que queríamos saber ». « Hablamos, dice el peregrino, cuándo de una virtud, cuándo de otra, y esto alabando; cuándo de un vicio, cuándo de otro, ³⁵ y reprehendiendo ». « Vosotros no sois letrados, dice el fraile, y habláis de virtudes y de vicios; y desto ninguno puede hablar sino en una de dos maneras: o por letras, o por el Espíritu santo.

Y esto que es del Espíritu santo, es lo que queríamos saber.

No por letras; ergo por Espíritu santo ». Aquí estuvo ⁴⁰ el peregrino un poco sobre sí, no pareciendo bien aquella manera

de argumentar; y después de haber callado un poco, dixo que no era menester hablar más destas materias. Instando el fraile: « Pues agora que hay tantos errores de Erasmo ⁴ y de tantos otros, que han engañado al mundo ¿no queréis declarar lo que decís? ».

66. El peregrino dixo: « Padre, yo no diré más de lo que he dicho, si no fuese delante de mis superiores, que me pueden obligar a ello ». Antes desto había demandado por qué ⁵⁰ venía Calisto así vestido, el qual traía un sayo corto y un grande sombrero en la cabeza, y un bordón en la mano, y

³¹ hablando Ve || 38 en om. Ve || 39 ergo] In Ve est sigla go = ergo N pero fortasse ex male intellecta sigla || 39-41 Add. marg. est etiam in marg. in Ve. In Co et Post est aliquo modo in textu, deest in Vi || 49-50 me podrán Ve.

videtur annotator subpriorem de quo loquitur Ignatius fuisse celebrem Petrum Soto, O. P.; quod repetitum invenitur in *MI.*, Scripta I, 75. annot. 2. In originali vero epistola B. Petrus Faber non loquitur de subpriore, sed de priore. P. Venantius Carro, O. P. in opere, *El Maestro Fr. Pedro de Soto (confesor de Carlos V) y las Conferencias político teológicas en el siglo XVI*, I, 322 nota 7 dicit subpriorem fuisse Fr. Nicolaum de Sto. Thoma. Ceterum vide sup. EPIST. LAINII, n. 25 et annot., p. 94, 96.

³ Revera Ignatius nec completum annum cum dimidio superioribus studiis operam dederat, spiritualibus ministeriis et etiam carcere impeditus. De spiritualibus ministeriis, visitationibus praesertim, notandum est illas generatim diebus festis locum habuisse, non vero diebus feriales, quos in studio expendebat. Cf. sis declarationem feminae, uxoris illius qui hospitalis curam habebat, apud *MI.*, Scripta, I, 603, 604, 605.

particulatim audire; ac primum rogat, in quod studii genus operam dedisset. Peregrinus eum se esse dixit qui inter *socios*
25 esset doctissimus; simul etiam manifeste aperuit quam parum studuisse, et quam infirmo fundamento³.

65. « Quid igitur est quod concionamini »? inquit monachus. « Nos, inquit peregrinus, non concionamur, sed familiariter tantum loquimur cum aliquibus de rebus divinis, quemadmodum, sumpto prandio, cum iis qui nos vocant ». — « Et de quibus (inquit ille) divinis rebus? hoc enim est quod scire vellemus ». — « Modo, inquit peregrinus, unam, modo alteram virtutem commendamus, aut vitium hoc aut illud vituperamus ». Tunc monachus: « Vos docti non estis, et loquimini tamen de virtutibus et vitiis. Atqui de his nemo loqui potest nisi aut doctrina instructus, aut Spiritu sancto. Vos a doctrina non habetis: sequitur igitur ut Spiritu sancto. Atque hoc est de Spiritu sancto quod scire vellemus ». Hic peregrinus nonnihil substitit, cum *rationem* illam colligendi non admodum probaret; et post aliquantum silentium dixit nihil esse opus de his plura loquerentur. Tum urgens monachus: « Et nunc, inquit, cum tam multi errores Erasmi⁴ et aliorum prodiierunt qui mundo imposuere, non vis ea quae dicitis patet facere? ».

45 66. *Cui peregrinus*: « Ego, Pater, nihil amplius quam quod dixi sum dicturus, nisi coram maioribus meis, qui me obligare possunt ut id faciam ». Ante haec, rogarat monachus cur Calistus *eo habitu* incederet: gestabat enim sagum breve, grandem galerum in capite, in manu baculum, ocreatus ad

23 *Videtur emend. a Natali ex in quo -- genere || 24 inter] del. ipsos || 37 sequitur igitur; non per humanam doctrinam, ergo Post || 39 cum] del. rem. Fortasse compendium pro rationem || 45 Verba Cui peregrinus add. in marg., sed, ut videtur, eadem manu. || 48 Calistus] del. verb. quod legi non potest; Prius brevem.*

4 Desiderius Erasmus roterodamus (ca. 1466-1536) celeberrimus scriptor humanista suae aetatis, hoc tempore multos fautores et adversarios habebat in Hispania. Aestate huius anni 1527 habitum est Vallisoleti colloquium theologorum a supremo inquisitore convocatum ad Erasmi doctrinas discutiendas. Fratres O. P. et Franciscani praecipui adversarii erant. Colloquium tamen nihil definitivit. Cf. MENENDEZ PELAYO, *Historia de los heterodoxos españoles*, t. II, lib. IV, cap. 1: *Los eramistas españoles*; MARCEL BATAILLOS, *Erasme et l'Espagne*, chap. V ... *la conférence de Valladolid* (1527).

unos botines quasi hasta media pierna; y por ser muy grande, parecía más deforme. El peregrino le contó cómo habían sido presos en Alcalá, y les habían mandado vestir de estudiantes: y aquel su compañero, por las grandes calores, había dado su ⁵⁵ loba a un pobre clérigo. Aquí dixo el frayle como entre dientes, dando señas que no le placía: « *Charitas incipit a se ipsa* » [sic].

Pues tornando a la historia, no pudiendo el soprior sacar otra palabra del peregrino sino aquella, dice: « Pues que daos aquí, que bien haremos con que lo digáis todo ». Y así se van todos los frayres con alguna priesa. Preguntando primero el peregrino si querían que quedasen en aquella capilla, o adónde querían que quedase, respondió el soprior, que quedasen en la capilla. Luego los frayles hicieron cerrar ⁶⁵ todas las puertas, y negociaron, según paresce, con los jueces. Todavía los dos estuvieron en el monasterio 3 días sin que nada se les hablase de parte de la justicia, comiendo en el refitorio con los frayles. Y quasi siempre estaba llena su cámara de frayles, que venían a velles; y el peregrino siempre hablaba de lo que solía; de modo que entre ellos había ya como división, habiendo muchos que se mostraban afectados.

67. Al cabo de los 3 días vino un notario y llevóles a la cárcel. Y no los pusieron con los malhechores en baxo, mas en un aposento alto, adonde, por ser cosa vieja y deshabitada, ⁷⁵ había mucha suciedad. Y pusieronlos entrabmos en una misma cadena, cada uno por su pie; y la cadena estaba apegada a un poste que estaba en medio de la casa, y sería larga de 10 ó 13 palmos; y cada vez que uno quería hacer alguna cosa, era menester que el otro le acompañase. Y toda aquella noche ⁸⁰ estuvieron en vigilia. Al otro día, como se supo en la cibdad de su prisión, les mandaron a la cárcel en qué durmiesen, y todo el necesario abundantemente; y siempre venían muchos a visitalles, y el peregrino continuaba sus exercicios de hablar [f. 16^r] de Dios etc. ⁸⁵

El bachiller Fries ⁵ les vino a examinar a cada uno por

⁵⁶ loba] su ropa Ve || 57 señas NVe || 58 a se ipsa NVe || 60 dixo: Pues guardaos aquí Ve || 64 que quedasse om. Ve || 73 llevóle Ve; sed statim los ⁷⁷ verba cada uno — cadena om. Ve [cadena — cadena] || 79 de 10 ó 15 palmos Ve || 80 y toda] Ve transp. verba || 81 y el otro día. Ve || 84 a verles Ve || 86 Con [!] el Ve; Fries [?] supra lin., det. Solas Ve.

⁵ Martinus Fries « vicarius fuit D. Francisci a Bobadilla, Salmantini praesulis, totiusque dioecesis ut vocant visitator » (NICOLAS ANTO-

50 medias tibias; et quoniam procerus erat statura, eo videbatur deformatio. Peregrinus exponit quemadmodum Compluti vinci fuerant, et iussum illis fuerat ut scholasticorum more induerentur, socius autem ille per aestivum tempus vestem suam pauperi cuidam presbytero dederat. Hic monachus, ve-
 55 lut submurmurans et indicans id sibi non placere: « Charitas (inquit) a se ipso incipit ». Sed ut redeamus ad rei susceptae narrationem, cernens monachus nihil se aliud a peregrino audire posse quam dixerat: « Igitur, inquit, hic maneas: nam facile efficiemus ut dicas omnia ». Ita monachi omnes cum
 60 quadam festinatione discedunt, ipso interim quaerente an vel-
 lent eum in sacello manere, an alibi. « In sacello », inquit pro-
 prior; et clausis omnibus ianuis monasterii, egerunt de his
 rebus (ut videtur) cum iudicibus. Interim tres dies ambo, *pe-
 65 regrinus et eius socius*, in monasterio egerunt, priusquam quid-
 quam illis iudicum nomine diceretur, cibum cum monachis
 in refectorio sumentes; ac fere semper eorum cella monachis
 erat referta, qui eos invisebant; quibus peregrinus de iis quae
 solitus erat, semper loquebatur. Ex quo inter monachos orta
 70 quedam quasi divisio, multis ostendentibus bene se erga il-
 los esse affectos.

67. Post tres *dies* advenit notarius, eosque in carcerem
 duxit. Non fuerunt autem in inferiorem carcerem cum crimi-
 nosis coniecti, sed in superius quoddam habitaculum, ubi plu-
 75 rimiae erant *sordes*, tum ob vetustatem, tum quod illud non
 incoleretur. Vincti sunt autem eadem catena [f. 37v] ambo,
 altero uterque pede. Longa *erat catena* 10 vel 12 palmos, reli-
 gata ad asserem media in cella constitutum. Quod si alteri
 80 ad agendum aliquid secedendum erat, necesse erat comitari
 et alterum. Noctem eam egerunt pervigiles; die vero sequenti,
 ubi inter cives rescitum est eos esse vinctos, missum est ubi
 dormirent, caeteraque necessaria abunde ministrata. Venien-
 tibus autem plerisque, ut eos inviserent, peregrinus more suo
 de divinis rebus sermones habebat.

Baccalaureus Fries⁵ utrumque seorsum examinavit, cui
 85 peregrinus chartas suas omnes tradidit (erant autem in his
 conscripta Exercitia), ut expendituret num illa omnia recte ha-
 berent. Et cum rogasset num socios aliquos haberent, et ubi es-

⁵ secundum M. Bataillon, l. c. p. 260, interfuit colloquio vallisoletano 1527 circa opera Erasmi, et obiit 24 Octobris 1528, ut asserit Espe-
 rabé in *Historia ... de la Universidad de Salamanca*, II, p. 350.

sí, y el peregrino le dió todos sus papeles, que eran los Exercicios, para que los examinasen. Y preguntándolos si tenían compañeros, dixeron que sí y adonde estaban, y luego fueron allí por mandado del bachiller, y traxeron a la cárcel Cáceres y Artiaga, y dejaron a Juanico, el qual después se hizo frayle⁶. Mas no los pusieron arriba con los dos, sino abajo, adonde estaban los presos comunes. Aquí también menos quiso tomar advogado ni procurador.

68. Y algunos días después fué llamado delante de quatro jueces, los tres doctores, Sanctisidoro, Paravinhas y Frias⁷, y el quarto el bachiller Frías, que ya todos habían visto los Exercicios. Y aquí le preguntaron muchas cosas, no sólo de los Exercicios, mas de teología, verbi gratia, de la Trinidad y del Sacramento, cómo entendía estos artículos. Y él hizo su prefación primero. Y todavía, mandado por los jueces, dixo de tal manera, que no tuvieron qué reprehendelle. El bachiller Frías, que en estas cosas se había mostrado siempre más que los otros, le preguntó también un caso de cánones; y a todo fué obligado a responder, diciendo siempre primero que él no sabía lo que decían los doctores sobre aquellas cosas. Después le mandaron que declarase el primero mandamiento de la manera que solía declarar. El se puso a hacello, y detúvose tanto y dixo tantas cosas sobre el primero mandamiento, que no tuvieron gana de demandalle más. Antes desto, quando hablaban de los Exercicios, insistieron mucho en un solo punto, que estaba en ellos al principio; de cuándo un pensamiento es pecado venial, y de cuándo es mortal⁸. Y la cosa era, porque, sin [ser] él letrado, determinaba aquello. El respondía: « si esto es verdad o no, allá lo determinad; »

⁸⁹⁻⁹⁰ fueron allá Ve; truxeron Ve || 93-94 nunca quiso Ve || 94 advogado Ve || 1 Parra Viñas (aut Niñas) s. — — aliquae litterae legi non possunt y Frias Ve || 2 que ya havían [?] visto Ve || 3 preguntan Ve || 6 su protestación primero Ve || 8 siempre om. Ve || 12 que declarasse; *Hic finit pars quae est in Cod. Ve || 19 sin ser el letrado* Verbum ser deest in N, sed videtur necessarium ad sensum. Vide versiones.

⁹ P. Nadal in Apologia ad Doctores Parisienses dicit cum ingressum Ordinem Sti. Francisci.

⁷ Dr. Sanctisidoro videtur esse Ferdinandus Rodriguez de S. Isidoro, doctor iuris ab anno 1504. Emeritus anno 1527. Obiit anno 1534. Dr. Frias videtur fuisse Franciscus de Frias, doctor iuris ab anno 1518. Die 20 Aprilis 1531 vacat cathedra ob eius mortem. De Doctore Paravinhas nihil adhuc potuimus invenire. Fortasse nomen corruptum ab amanuensibus. Fortasse agitur de doctore Alonso de la Parra, qui per id tempus Salmanticae vivebat, ut constat ex ms. illius Universitatis: *Li-*

sent, ipsique indicassent, misit qui Cacerem et Artiagam *socios in carcere adducerent*, Ioannicum autem relinquenter,
 90 qui postea monachus factus est⁶. Hos duos non supra cum duobus sociis, sed infra cum vulgo nexorum collocarunt. Pe-
 ruginus ne hic quidem patronum adhibere voluit, neque pro-
 curatorem.

68. Et aliquot post diebus vocatus est in conspectum 4
 iudicum, *trium doctorum*⁷, et baccalaurei Frias: hi enim om-
 nes exercitia inspexerant. Rogarunt autem multa ex eo, non
 solum de exercitiis, sed etiam *de theologia*, ut de Trinitate,
 de *sanctissimo Sacramento*, quonam modo eos articulos intel-
 ligerer. Ipse ante omnia protestatus est; deinde iussus a iudi-
 cibus, ita de his dixit ut non haberent quod responderent.
 Baccalaureus Frias, qui se caeteris acriorem ostenderat in his
 rebus, nonnihil etiam rogavit quod ad ius pontificium seu ca-
 nonicum pertinebat. Cogebatur ad omnia respondere, ipse tam-
 men praefabatur semper nescire se quid ea de re doctores
 10 dicerent. Iussus deinde est ut primum mandatum decalogi ex-
 planaret, sicut solitus erat: quod ubi aggressus est, tam mul-
 ta dixit, tamque diu eos detinuit de primo precepto agens,
 ut voluntatem ademerit quidquam praeterea rogandi. Antea
 dum loquerentur de Exercitiis, plurimum in eo institerunt
 15 quod est in eorum initio, quando nimirum cogitatio est pec-
 catum mortale, aut quando veniale⁸; propterea quod, cum
 non esset doctrina imbutus, de ea quaestione definiebat. At

88 Artiagam] *del.* in carem || 94 4 *add. supra lin.* Non apparet cuius manu || 95 iudicium] *del.* Isidori, Parauignas, Frias. In Post est lacuna, in Vi tribus doctoribus Parra Ninus [?] Ferisdo [?] et Frias; hi enim omnes] Frias qui iam exercitia perlegerat Post Frias qui iam viderat exercitia Vi || 4 ante emend. ex autem; protestatus est] ipse autem protestatione praemissa Post et ipse prius protestatus est Vi || 17 non esset *add. supra lin.* et *del.* post doctrina; imbu-
 tus] quod cum non esset litteratus Post quia cum non esset scientia praeditus Vi.

bro de claustros y catedras, 8, in cuius fol. 117v legitur: « En Salamanca a veinte e seis dias de jullio de mill e quinientos e veinte e syete años estando en claustro en la capilla de Señor San Jerónimo que es en las escuelas mayores ... los nobles e reverendos señores Iñigo de Argüello, rector de dicho Estudio ... e los señores doctores Juan de Loarte ... e Villasandino, y el dotor de la Parra y Juan de Castro e Santeisydro ... con el voto del dotor Frias y Montemayor ... ». Cf. etiam Esperabé, *Historia*, II, 382.

⁸ Cf. *MI.*, Exercitia, 260, 261 [initio *Examinis generalis conscientiae*].

si no es verdad, condenaldo »; y al fin ellos, sin condenar nada, se partieron.

69. Entre muchos que venían hablalle a la cárcel vino una vez D. Francisco de Mendoça, que agora se dice cardenal de Burgos⁹, y vino con el bachiller Frias. Preguntándole familiarmente cómo se hallaba en la prisión y si le pesaba de estar preso, le respondió: « Yo responderé lo que respondí hoy a una señora, que decía palabras de compasión por verme preso ». Yo le dije: « En esto mostráis que no deseáis de estar presa por amor de Dios. ¿Pues tanto mal os paresce que es la prisión? Pues yo os digo que no hay tantos grillos ni cadenas en Salamanca, que yo no deseo más por amor de Dios ».

Acaesció en este tiempo que los presos de la cárcel huyeron todos, y los dos compañeros, que estaban con ellos, no huyeron. Y quando en la mañana fueron hallados con las puertas abiertas, y ellos solos sin ninguno, dió esto mucha edificación a todos, y hizo mucho rumor por la cibdad; y así luego les dieron todo un palacio, que estaba allí junto, por prisión.

70. Y a los 22 días que estaban presos les llamaron a oír la sentencia¹⁰, la qual era que no se hallaba ningún error ni en vida ni en doctrina; y que así podrían hacer como antes hacían, enseñando la doctrina y hablando de cosas de Dios, con tanto que nunca disfiniesen: esto es pecado mortal, o esto es pecado venial, si no fuese pasados 4º. años, que huviesen más estudiado. Leída esta sententia, los jueces mostraron mucho amor, como que querían que fuese aceptada. El peregrino dixo que él haría todo lo que la sentencia mandaba, mas que no la aceptaría; pues, sin condenalle en ninguna cosa, le cerraban la boca para que no ayudase los próximos en lo que [f. 16v] pudiese. Y por mucho que instó el doctor Frias, que se demostraba muy afectado¹¹, el peregrino no dixo más, sino que, en quanto estuviese en la jurisdicción de Salamanca haría lo que se le mandaba. Luego fueron sacados de la

33 huyeron] vinieron *N sine sensu* || 53-54 Salamanca estaria haria *N per errorem*.

⁹ Franciscus de Mendoza et Bobadilla fuit episcopus Burgensis ab anno 1550 ad 1566, et dicebatur cardinalis Burgensis. Antea ab anno 1544 ad 1550 dictus erat Cardinalis Cauriensis (de Coria). Cf. EUBEL, *Hierarchia*, III, 31.

ipse: « Verumne sit an secus, vos ipsi videritis; quod si verum non est, condemnate ». Tandem ipsi, re nulla damnata,
20 abierunt.

69. Inter eos qui eum alloquuturi ad carcerem veniebant, venit aliquando Franciscus a Mendoza, qui nunc cardinalis est burgensis⁹. Venit autem cum baccalaureo Frias, et roganti familiariter ut haberet, et num moleste carcerem ferret:
25 « Respondebo, inquit, quod hodie nobili foeminae respondi, quae verba quaedam commiserationem testantia proferebat, eo quod vincut me cerneret: hoc ipso (inquam) doces te non desiderare vincula pro amore Iesu Christi, cum tibi tantum malum carcer videretur. Atqui hoc ego confirmo, non tam
30 multas esse in tota Salamanca pedicas, manicasve et catenas, quin ego plures pro Dei amore desiderem ». Contigit eo tempore ut nexi omnes e carcere aufugerent; et duo illi, et socii qui cum iis erant, mane soli, ianuis apertis, in carcere inventi sunt. Quae res frequenti [f. 38r] civium rumore, magna
35 cum aedificatione in civitate audita est, datumque ob id illis est universum palatum, quod iuxta erat, ut pro carcere haberent.

70. Post 22 dies quam capti fuerant, vocati sunt ut sententiam audirent¹⁰, quae de ipsis ferenda erat. Fuit autem huiusmodi: nullum in eorum vita neque doctrina errorem esse deprehensum; itaque posse eos ea facere quae prius solebant, in tradenda christiana doctrina, et colloquiis de divinis rebus habendis; hac tamen lege ut, quoad annos quatuor amplius in litterarum studium impendissent, nunquam definirent quicquam esse mortale vel veniale peccatum. Lecta hac sententia, iudices magnam prae se tulerunt benevolentiam, ut qui vellent eam admitti. Peregrinus facturum quidem se quae ea continebantur respondit; eam tamen non acceptare, quandoquidem, nulla re damnata, os ei praecluderetur, ne
45 in eo quod posset proximos iuvaret. Quanquam autem D. Frias plurimum instaret, qui benevolum erga eos affectum¹¹ prae se ferebat, nihil tamen amplius dixit peregrinus quam se facturum quod iubebatur, quandiu in Salamanca iurisdictione

⁹ condemnate obscure exarat. in textu, repetitum a Natali in marg. || 32 aufugerent] fugerunt Post aufugerunt omnes Vi || 48 quae] del. uti || 49 re] del. meo.

¹⁰ Textum huius sententiae adhuc invenire non valuimus.

¹¹ Cf. cum locutione Polanci (sup. SUMM. HISP. n. 43) « Uno de los jueces que más le eran favorables ».

cárcel, y él empezó a encomendar a Dios y a pensar lo que debía de hacer. Y hallaba dificultad grande de estar en Salamanca; porque para aprovechar las ánimas le parecía tener cerrada la puerta con esta prohibición de no disimir de pecado mortal y de venial.

71. Y así se determinó de ir a París a estudiar.

Quando el peregrino en Barcelona consultaba si estudiaria y quénto, toda su cosa era si, después que hubiese estudiado, si entraría en religión, o si andaría así por el mundo. Y quando le venían pensamientos de entrar en religión, luego le venía deseo de entrar en una estragada y poco reformada¹², habiendo de entrar en religión, para poder más padecer en ella; y también pensando que quizá Dios les ayudaría a ellos; y dábale Dios una grande confiança que sufriría bien todas las afrontas y injurias que le hiciesen.

Pues como a este tiempo de la prisión de Salamanca a él no le faltasen los mismos deseos que tenía de aprovechar a las ánimas, y para el efecto estudiar primero y ajuntar algunos del mismo propósito, y conservar los que tenía; determinado de ir para París, concertóse con ellos que ellos esperasen por allí, y que él iría para poder ver si podría hallar modo para que ellos pudiesen estudiar.

72. Muchas personas principales le hicieron grandes instancias que no se fuese, mas nunca lo pudieron acabar con él; antes 15 ó 20 días después de haber salido de la prisión, se partió solo, llevando algunos libros en un asnillo¹³: y llegado a Barcelona, todos los que le conocían le desuadieron la pa-

55 pensarlo] *N* encomendar a Dois y en peçar lo || 71-72 a la ánimas *N.*

¹² Quod hoc loco dicit Ignatius de cogitatione ingrediendi Ordinem ubi observantia religiosa minus vigeret, obscurius dicitur in compendio exhortationis patris Lainez anno 1559 habitae, illis verbis, quae huc spectare videntur: « Si levò del mondo [Ignatius], afflisse la carne con digiuni, astinentie e discipline, macerandosi, fuggendo l'occasioni del male fin che gli vien' desiderio di farsi Cartusino; ma veggendo poi ch'era chiamato all'agiuto d'altri, diceva che più presto harebbe voluto esser conventuale che osservante per poter più agiutar l'anime ». Cf. *MI.*, Scripta, II, 76.

¹³ Numeratis diebus quibus Ignatius fuit Salmanticae ante ingressum in carcerem (nn. 64, 67), diebus 22 quibus retentus est in carcere (n. 70), et diebus quibus adhuc Salmanticae mansit post liberationem (n. 72), eruitur vix fuisse ibi Ignatium duos menses, fortasse a medio Iulio ad medium Septembrem. Probabiliter non dedit nomen Uni-

55 **esset.** Educti statim sunt de carcere, ubi haec transacta fuerunt. Ipse vero, re Deo commendata, cogitare coepit quid es-
set acturus; difficile enim ei videbatur ut Salmanticae maneret, cum ad proximos adiuvandos iter sibi ea ratione paeclu-
sum aestimaret, sublata facultate definiendi quidnam veniale,
quid mortale esset peccatum.

60 71. Quare statuit Lutetiam Parisiorum adire, studiorum gratia. Cum Peregrinus Barcinone deliberaret an esset literis operam daturus, et quandiu, omnis eius cogitatio erat utrum, postquam studuissest literis, religionem aliquam ingredieretur, an hoc modo per orbem vagaretur; et cum in mentem venie-
65 bat de subeunda religione, statim subibat desiderium ut in aliquam intraret quae dissolutior esset¹², et minus institutum suum servans; sic enim existimabat ut amplius pateretur, et sperabat fieri posse ut eius instituti reliquos adiuvaret, dante Deo non modicam fiduciam quod, quicquid in eum iniuria-
70 rum et contumeliae auderent, ipse facile ferret. Quo tempore Salamanticae agebat, non deerant eadem desideria iuvandarum animarum, et studendi in eum finem, et nonnullos eiusdem propositi congregandi, et eos retinendi conservandique quos iam habebat.

75 72. Cum itaque Lutetiam proficiisci statuissest, convenit ei cum iis quos iam collegerat, ut eum ipsi illic ubi erant expec-
tarent; se vero viam iturum, ut videret si quem modum inveniret, ut vacare ipsi litteris possent. Non pauci, atque hi prae-
cipuae auctoritatis, institerunt ne discederet; sed hoc conse-
80 qui nullo modo potuerunt. Imo vero, decimo quinto aut vige-
simio die quam de carcere exisset, solus discessit, libris ali-
quot asello impositis¹³. Postquam Barcinonem venit, plerique

55 cogitare coepit] coepit Deo committere quidque sibi esset faciendum Post et ipse incepit se commendare Deo et cogitare quid agendum erat Vi || 77 vero] del. in id, quod erat supra ltn.

versitati, cuius scholae incipiebant 18 Octobris. Fr. Augustinus de Coruña, O. S. A. magnus episcopus Popayanensis (ab anno 1564 ad 1590) in hodierna Colombia, recordatur commorationem Salmanticensem Ignatii et sociorum in duplice epistola data Matrito die 8 Aprilis 1565 ad Stum. Franciscum Borgiam; quae exstat in cod. Hisp. 102 ff. 168-169 et 170-171. Postremum exemplum editum est apud ASTRAIN, *Historia de la Compañía de Jesús en la Asistencia de España*, II, 623-624, et ex illo apud MIISI: *St. Franciscus Borgia*, III, 785-787. Quae ex primo exem-

sada a Francia por las grandes guerras que había, contándole ejemplos muy particulares, hasta decirle que en asadores metían los hespaños; mas nunca tuvo ningún modo de temor.

[CAP. VIII]

73-75. *Lutetiae iterum humanioribus litteris vacat. Magna egestate premitur. — 76. In Flandriam et Angliam ad eleemosynas colligendas excurrit. — 77-78. Vicissitudines aliquorum discipulorum. Collegii praeses minas Ignatio intendit. — 79. Rothomagum hispano cuidam opem latus venit. — 80. Primorum sociorum exi-*

73. Y así se partió para París solo y a pie, y llegó a París por el mes de Febrero, poco más o menos; y según me cuenta,

Quando estaba preso en Alcalá, nació el principe de Hespaña²; y por aquí se puede hacer la cuenta de todo, etiam de lo pasado.

esto fué el año de 1528¹ ó de 27. Púsose en una casa con algunos hespaños, y iba a estudiar huma-⁵ nidad a Monteagudo³. Y la causa

fué, porque, como le habían hecho pasar adelante en los estudios con tanta priesa, hallábase muy fal-¹⁰ to de fundamentos; y estudiaba con los niños, pasando por la orden y manera de París.

Por una cédula de Barcelona le dió un mercader, luego que llegó a París, veinte y cinco escudos, y estos dió a guardar a uno de los hespaños de aquella posada, el qual en poco tiempo lo gastó, y no tenía con qué pagalle. Así que, pasada¹⁵ la quaresma⁴, ya el peregrino no tenía nada dellos, así por

⁸³ asadores] hazadores *N* asadores *C* qui hic de nova narrationem, licet in compendio, renovat || 3 1528] num. 8 ob correctiones est obscure exaratus. || 3-8 Add. marg. est in *Co* in textu, deest in *PostVi*, in *C* est translata ad finem operis. || 10 niños *N* || 13 veinte] prius vinte more lusit.

plo (quod ab altero paulum differt) ad rem nostram faciunt. vide superius in pag. 171, annot. 10. Voz novicio in illo textu intelligi debet latu sensu, siquidem professionem fecit anno 1524. Cf. GREGORIO DE SANTIAGO VELA, *Ensayo de una Biblioteca Ibero-Americana de la Orden de S. Agustín*, II, p. 149.

¹ Ignatius scribens Agneti Pasqual ex urbe Parisiis 3 Martii 1528. ait: « Con próspero tiempo y con entera salud de mi persona, por gracia y bondad de Dios N. S. llegué a esta ciudad de París a dos días de Febrero ». Cf. *MI.*, *Epistolae*, I, 74.

85 omnes profectionem illi in Galliam dissuadebant, propter ingentia bella quae tum gerebantur. Tum quidem multa crudelitatis exempla ei referebant, ac inter caetera, Hispanos a Gallo veribus transfigi. Sed nulla unquam ex his timoris ratio [f. 38v] eius animum occupavit.

CAP. VIII

tus. — 81. In Ignatium inquiritur. — 82-84. Superioribus studiis dat operam, Socios sibi adsciscit. Male habet. In patriam ire ei suadetur. — 85. De voto palaestinensi. — 86. Inquisitorem sponte adit, cui roganti Exercitiorum apographum tradit.

73. Itaque Lutetiam abiit pedes ac solus, et plus minus ad Februarium eo pervenit, anno, ut ipse computat, vigesimo octavo supra millesimum quingentesimum¹. Cum esset ipse in carcere Compluti, natus est princeps Hispaniarum². Ex quo indicio possunt omnes anni etiam praeteriti suppaturi. Parisiis habitavit cum Hispanis quibusdam, et preelectiones humanioris literaturae, quae in collegio Montisacuti fiebant³, audiebat. Quoniam enim festinanter fuerat ad altiora studia promotus, ad haec inferiora rediit, cum perspexisset plurimum se fundamentis destitui. Itaque una cum pueris studebat parisiensi more. Cum primum Lutetiam venit, mercator ei 25 nummos coronatos aureos numeravit, ob chirographum Barcinona missum. Hos cuidam Hispano, ex iis cum quibus habibat, custodiendos dedit; ille vero paulo post in suum usum 10 illos insumpsit; neque unde redderet habebat. Quo factum est ut, transacta quadragesima⁴, nihil amplius peregrino esset reliquum, tum ob id quod diximus, tum quod ipse, *si quid erat reliquum*, expenderat. Coactus igitur est ex mendicacione victimum quaerere, imo et domum in qua erat relinquere.

¹ 83 disuadebant *Co* || 85 caetera] *del.* dicunt || 86 transfigi] ita ut quamplures Hispanos veribus a Gallis perforatos narrarent *Post* dicendo etiam ei quod veru impositos torrebant Hispanos *Vi* || 2 computat] *del.* 1527 aut || 2-3 + 28 supra 1500 *N* millesimi quingentesimi vigessimi octavi *Post Vi* || 16 nihil] *del.* ex iis || 17 ipse] *del.* quoque nonnihil.

² Philippus II, princeps, natus est Vallisoleti die 21 Maii 1527. CABRERA, *Historia de Felipe II*, lib. I, cap. I; FORONDA, *Estancias y viajes del Emperador Carlos V*, pp. 290-291.

³ Vide sup. EPIST. LAINII, n. 27 et annot. 9, p. 98.

⁴ Anno 1528 pascha incidit in diem 12 Aprilis.

haber él gastado, como por la causa arriba dicha; y fué costreñido a mendicar, y aun a dexar la casa en que estaba.

74. Y fué recogido en el hospital de sant Jaques, ultra los Innocentes⁵. Tenía grande incomodidad para el estudio, porque el hospital estaba del colesio de Monteagudo un buen trecho, y era menester, para hallar la puerta abierta, venir al toque del Avemaría, y salir de dia; y así no podía tan bien atender a sus lecciones. Era también otro impedimento el pedir limosna para se mantener. Ya había quasi 5 años que no le tomaba dolor de estómago, y así él empeçó a darse a mayores penitencias y abstinencias. Pasando algún tiempo en esta vida del hospital y de mendicar, y viendo que aprovechaba poco en las letras, empeçó a pensar qué haría; y viendo que había algunos, que sirvían en los colegios a algunos regentes y tenían tiempo de estudiar, se determinó de buscar un amo.

75. Y hacia esta consideración consigo y propósito, en el qual hallaba consolación, imaginando que el maestro sería Cristo, y a uno de los escolares pornía nombre S. Pedro, y a otro S. Juan, y así a cada uno de los apóstoles; y quando me mandare el maestro, [f. 17^r] pensaré que me manda Cristo; y quando me mandare otro, pensaré que me manda S. Pedro. Puso hartas diligencias por hallar amo: habló por una parte al bachiller Castro⁶, y a un frayle de los Cartuxos, que conocía muchos maestros, y a otros, y nunca fué posible que le hallasen un amo.

76. Y al fin, no hallando remedio, un frayle hespañol le dixo un dia que sería mejor irse cada año a Flandes, y perder dos meses, y aun menos, para traer con qué pudiese estudiar todo el año; y este medio, después de encomendarle a Dios, le pareció bueno⁷. Y usando deste consejo, traía cada año de Flandes con que en alguna manera pasaba; y una vez pasó también a Inglaterra, y truxo más limosna de la que solía los otros años.

27 penitencias] pas ms. || 39 Castro] Crasto *N hic et inf. more lus.*

⁵ Vide sup. EPIST. LAINII, n. 27 et annot., p. 98. Iuvat etiam notare initium lectionum in collegio Montis Acuti fuisse hora 4 matutina; et finem hora 7 vespertina cum dimidio. Cf. DUDON, *Saint Ignace de Loyola*, Notes et App. 13, p. 633.

20 74. Admissus deinde in xenodochium D. Iacobi, ultra
templum Innocentum⁵. Quae res eius studia non parum im-
pediebat, propterea quod longo intervallo aberat xenodochium
a collegio; et erat praeterea necesse vesperi ante salutationem
angelicam redire; alioqui non fuisset ingressus; nec mane an-
25 te lucem licebat egredi. Quare lectionibus suis vacare et ades-
se commode non poterat. Erat et alterum impedimentum, pe-
tendas esse eleemosynas quibus aleretur. Iam quintus ferme
annus agebatur cum dolorem stomachi nullum sensisset, at-
que ita coepit poenitentiis gravioribus ac abstinentiis sese af-
30 fligere. Post aliquantum temporis hac vitae ratione exactum
ut in hospitali habitaret, et victimum emendicaret, animadver-
tens quod parum in literarum studio proficeret, cogitare coe-
pit quid ageret; et cernens nonnullos esse qui in collegiis ser-
virent präelectoribus, et tamen iis tempus ad studendum suppe-
85 tere, statuit quaerere aliquem cui eadem ratione famularetur.

75. Considerabat autem apud se ac proponebat in hunc
modum, idque non sine consolatione: « Fingam animo (aie-
bat ipse sibi), magistrum esse Christum, et scholasticorum
uni Petri, alteri Ioannis, caeteraque apostolorum nomina aliis
40 imponam. Tum si quicquam mihi magister präceperit, pu-
tabo Christum präcipere; cum aliis iusserit, existimabo B.
Petrum iubere ». Magnam adhibuit diligentiam ut herum in-
veniret, deque ea re etiam Castro⁶ baccalaureo, et monacho
cuidam carthusiano qui multos noverat magistros, atque aliis
45 locutus est: neque unquam fieri potuit ut inveniret.

76. Tandem omni remedio destitutus, ab Hispano quodam
monacho admonitus est, satius fore, ut quotannis in Flan-
driam proficeretur, et duorum mensium dispendio alimen-
tum anni totius compararet. Hoc consilium, cum Deo rem
50 commendasset, probavit⁷; et eo usus, adferebat quotannis e
Flandria unde utcumque viveret. Semel quoque in Britanniam,
quae Anglia est, transiit, plusque inde eleemosynae detulit
quam annis superioribus attulisset.

⁶ De Castro vide sup. MEMOR. B. FABRI, n. 10, p. 33. Anno 1532 gra-
dum doctoris in theologia accepit. Cf. G. VILLOSLADA, *La Universidad de
Paris*, 385.

⁷ Cf. EPIST. LAINII n. 27, et annot. 10, p. 98-99.

77. Venido de Flandes la primera vez, empezó más intensamente que solía a darse a conversaciones espirituales, y daba quasi en un mismo tiempo exercicios a tres, es a saber: a Peralta, y al bachiller Castro que estaba en Sorbona, y a un viscaíno que estaba en santa Bárbara, por nombre Amador⁸. Estos hicieron grandes mutaciones, y luego dieron todo lo que tenían a pobres, etiam los libros, y empezaron a pedir limosna por París, y fuérонse a posar en el hospital de S. Jaques, adonde de antes estaba el peregrino, y de donde ya era salido por las causas arriba dichas. Hizo esto grande alboroto en la universidad, por ser los dos primeros personas señaladas y muy conocidas. Y luego los hespañoles comenzaron a dar batalla a los dos maestros; y no los podiendo vencer con muchas razones y persuasiones a que viniesen a la universidad, se fueron un día muchos con mano armada y los sacaron del hospital.

78. Y trayéndolos a la universiad, se vinieron a concertar en esto: que después que huviesen acabado sus estudios, entonces llevasen adelante sus propósitos. El bachiller Castro después vino a Hespaña, y predicó en Burgos algún tiempo, y se puso fraile cartuxo en Valencia⁹. Peralta se partió para Hierusalem a pie y peregrinando. Desta manera fué tomado en Italia por un capitán, su pariente, el qual tuvo medios con que le llevó al papa, y hizo que le mandase que se tornase para Hespaña. Estas cosas no pasaron luego, sino algunos años después.

Levantáronse en París grandes murmuraciones, máxime entre hespañoles, contra el peregrino; y nuestro maestro de Gouvea¹⁰, deciendo que había hecho loco a Amador, que estaba en su colesio, se determinó y lo dixo, la primera vez que viniese a santa Bárbara, le haría dar un sala por seductor de los escolares.

76 Emend. ex Levantóse || 79 collesio ms.

⁸ De Castro vide annot. 6; de Amador et Peralta vide SUMM. HISP. POLANCI, ad n. 49.

⁹ In Cartusia *Vallis Christi* (Vall de Cristo) quae sita erat in regno Valentiae prope urbem Segorbe intra fines oppidi Altura, Provinciae dictae Castellón de la Plana. Cf. VILLANUEVA, *Viaje literario a las iglesias de España*, IV, 18-34; 209-218; MADOZ, *Diccionario geográfico ... de España*, vo^r Altura.

¹⁰ Didacus de Gouvea, collegii Stac. Barbarae moderator. Cf. QVI-

77. Reversus primum e Flandria, coepit consuetudinibus
 55 et colloquiis spiritualibus impensius intendere; eodemque ferme tempore tribus exercitia tradebat, Peraltae, baccalaureo Castro, qui [f. 39^r] habitabat Sorbonam, et cuidam Cantabro qui in collegio D. Barbarae commorabatur, Amatori nomine⁸. Hi magnas in vita mutationes fecerunt, ac statim quicquid
 60 habebant, etiam libros, in pauperes erogaverunt. Ipsi vero emendato vivere cooperant, et habitare in hospitali B. Iacobi, ubi peregrinus ante habitaverat, et unde fuerat egressus ob eas quas diximus causas. Magnos in universitate parisiensi haec res strepitus excitavit, propterea quod priores illi duo
 65 viri erant maxime celebres; quos statim Hispani *alii* oppugnare aggressi sunt; et cum persuadere nullis rationibus potuisserunt ut ad universitatem redirent, multi manu armata xenodochium adierunt, indeque eos eduxerunt, vel extraxerunt potius.

70 78. Adductis illis in universitatem, convenit *inter* utrosque ut hi studiorum suorum cursum absolverent, tum demum quod animo statuissent prosequerentur. Baccalaureus a Castro postea in Hispaniam profectus est, et apud burgenses conzionatus aliquandiu, post Valentiae Carthusianorum instituto
 75 se addixit⁹. Peralta iter ingressus Hierosolymam, pedes et peregrini modo; hoc habitu captus est in Italia a duce quodam militum eius cognato, qui ratione invenit qua ad Pontificem summum eum perduxit, obtinuitque ut ei praeciperet in Hispaniam redire. Haec vero non ita statim facta sunt, sed
 80 aliquot post annis. Rumores ingentes Parisiis exorti sunt aduersus peregrinum, maxime inter Hispanos, et a Magistro nostro de Gouvea¹⁰, qui aiebat eum ad insaniam redegisse Amatorem, qui in eius collegio manebat. Is ita statuit ac dixit,

⁸ 60 etiam libros om. Vi || 67 multi emend. ex multa.

CHERAT, *Histoire de Sainte-Barbe*, I, cap. XIV: Principalat de Jacques de Gouvea l'ancien p. 122 sqq. Animadverte honoriscaem appellationem «*nuestro maestro* de Gouvea», ut alibi (n. 81) dicit «*magister noster Ori*». Haec acciderunt post autumnum 1529, quando Ignatius venit in collegium Stac. Barbarae (MEMOR. B. FABRI, n. 8 supra, p. 32). Stus Ignatius tacet de exitu minarum Magistri Gouvea. Ribadeneira in *De Actis* (cf. MI., Scripta, I, 333-334) et in *Vita Patris Ignatii*, lib. II, cap. III, narrat quomodo Gouvea postea consilium puniendo Ignatii in laudes mutaverit; et asserit se audivisse hoc narrari Parisiis anno 1542. Eamdem rem narrat Polancus in *Vita latina* (*Chronicon*, I, 47); et Masseius, lib. I, cap. XX.

79. El hespañol, en cuya compañía había estado al principio, y le había gastado los dineros, sin se los pagar se partió para Hespaña por vía de Ruán; y estando esperando pasaje en Ruán, cayó malo. Y estando así enfermo, lo supo el peregrino por una carta suya, y viniéreronle deseos de irle a visitar y ayudar; pensando también que en aquella conjunción le podría ganar para que, dexado el mundo, se entregase del todo al servicio de Dios ¹¹.

[f. 18^r] Et per poter conseguir questo, gli veniva desiderio di andare quelle 28 legue, che sono da Parigi a Ruano, a piedi, scalzo, senza mangiare nè bere; et facendo sopra di questo oratione, si trovava molto pauroso. Alla fine andò a santo Domenico, et là si risolse di andare al modo predetto, et havendo già passata quella paura grande che havea di tenlar Dio.

L'altro giorno, la matina che si dovea partir', si levò di buon' hora; et cominciandosi a vestir', gli venne un tanto timore, che quasi gli parea non poter vestirsi. Pur con quella repugnantia usci di casa et anche della città prima che fosse ben giorno. Pure la paura gli durava sempre, et perseverò seco insino ad Argentuer, che è un castello tre legue lontano da Parigi verso Ruano, dove si dice esser' la veste di nostro Signore ¹². Passando quel castello con quel travaglio spirituale, montando in un'alto, gli incominciò a passare quella cosa, et gli venne una grande consolatione et sforzo spirituale con tanta allegrezza, che cominciò a gridare per quei campi et parlar' con Dio etc. Et albergò quella sera con un povero mendico a un hospitale, havendo caminato quel giorno 14 legue; l'altro giorno andò ad albergare ad un pagliaro; il terzo dì ¹³

⁸⁷ ayudar] invisendi et adiuvandi desiderio *CoPostVi* || 88 dexado] emend.
ex dexasse || 89 de Dios] *Hic finit in N pars hispanice scripta. Seguitur fol.*
versum album. Alia manus scripsit: Seguita l'istoria in Italiano. Et per poter ...
In cod. Post pars sequens est italicice scripta et non versa in latinum. Co omnia
habet latine, item Vi || 91 de Parigi *Post* || 93 Et alla fine *Post* || 94 rissolse
N || 1 Iddio *Post* || 2-3 a buon *Post* || 3 un *om.* *Post* || 4 pareva *Post*; con
questa *Post* || 5 uscì] uscito *Post* || 6 ma la paura *Post* || 7 Argentuer *NPost*
Argentail *Co*; tre legue *NPost* tres *Co* || 10 gli *om.* *Post* || 13-14 Et caminò
quel di quattuordecì legue et alvergò con un povero mendico in un hospitaletto
Post. || 15 et altro dì *Post*; in un ... et il terzo dì *Post*.

¹¹ Sequitur in cod. *N* et *Post* pars eorum quae Ignatius dictavit

cum primum in collegium B. Barbarae veniret, eum publice
 85 vapulaturum, quod parisienses aulam dare dicunt, tanquam
 scholasticorum seductorem.

79. Is qui eius nummos consumpserat Hispanus, neque
 persolverat, iter in Hispaniam aggressus est; et cum Rotomagi
 90 navim expectat, interea incidit in aegritudinem. Quod cum
 peregrinus *rescisset*, eius invisendi et adiuvandi desiderio cap-
 tūs est, sperans etiam hac animorum coniunctione eo illum
 deducere, ut relieto mundo totum se Dei obsequio dicaret ¹¹.

Quod quidem ut consequeretur, optabat et illas leucas,
 quibus Rotomagum Lutetia distat, pedestri itinere confidere,
 95 absque ullo cibo et potu, et nudis pedibus. Cumque ob id ora-
 ret, magno se timore coripi sentiebat, donec in D. Dominici
 templum ingrediens, statuit eo modo proficisci. Iam absces-
 serat metus ille quo verebatur ne id esset Deum tentare; cum
 ecce postridie mane, inter surgendum, tantus eum metus ap-
 5 prehendit, ut ne indui quidem vestibus sibi videretur posse.
 In eo conflictu, domo atque adeo ex urbe egreditur ante lucis
 ortum, metu perdurante ad tres usque leucas a Lutetia.
 quo loco pagus est quem Argentail incolae vocant, ubi [f. 39v]
 et vestis Domini nostri haberi dicitur ¹². Postquam inde di-
 10 gressus est magno cum labore spirituali, et in editiorem lo-
 cum pervenit, coepit metus ille dilabi; et magna quaedam
 consolatio eius animum occupavit, conatusque spiritualis, tan-
 ta cum laetitia, ut clamare cooperit per agros illos et cum
 Deo loqui. Quievit ea nocte cum mendico quodam in hospi-
 15 tali, confectis eo die 14 leucis. Perendie tugurio stramineo ad
 noctem exceptus est. Tertio die Rothomagum pervenit, pedes
 ut dictum est, nullo cibo nulloque potu sumpto, quemadmodum
 statuerat. Consolationem aegroto et auxilium attulit, ut
 navi imponeretur, quae in Hispaniam *navigatura erat*; eique

⁹⁰ *rescisset*] *del. eodem verb. obscure exar.* || ⁷ *ad tres usque leucas*] *di-*
stans tribus leucis a Lutetia *Vi* || ¹⁹ *Hispaniam*] *del. deferret.*

patri Ludovico Gonzalez ultimis colloquiis; quaeque is postea exten-
 dit Genuae italicice, deficiente amanuensi hispano. Vide praefationem
ACTORUM, n. 5*.

¹² De veste Domini nostri I. C. quae dicitur esse in oppido Argen-
 teuil, vide sis *Dictionnaire d'histoire et géographie religieuse*, vo Ar-
 genteuil.

andò a Ruano: tutto questo tempo senza mangiar' nè bere, et scalzo, come haveva ordinato. In Ruano consolò lo infermo et lo aiutò a met[f. 18v]terlo in nave per andar' in Spagna; et gli dette lettere, indrizzandolo alli compagni che erano in Salamanca, cioè Calisto et Caceres et Artiaga ¹³.

80. Et per non parlar' più di questi compagni, il loro successo fu questo.

Stando il pelegrino in Parigi, li scriveva spesso, secondo havevano fatto accordo, della poca commodità che haveva di farlo venire a studiare in Parigi. Pure s'è ingegnato di scriver' ²⁰ a donna Leonor de Mazcharegnas ¹⁴, che agiutasse Calisto con lettere per la corte del re di Portugallo, acciò potesse haver' una bursa di quelle che il re di Portugallo dava in Parigi. Donna Leonor dette le lettere a Calisto, et una mulla su la quale andasse, et quatrini per le spese. Calisto se n'andò in ²⁵ la corte del re di Portugallo; ma alla fine non venne a Parigi; anci, tornando in Spagna, se n'andò all'India dello imperatore con una certa donna spirituale. Et dipoi, tornato in Spagna, andò un'altra volta alla medesima India, et all' hora tornò in Spagna ricco, et fece in Salamanca maravigliar tutti quel- ³⁰ li che lo conoscevano prima.

Caceres ritornò in Segovia, che era sua patria, et là incominciò a viver' di tal modo, che pareva haver smenticato del primo proposito.

Artiaga fu fatto commendatore. Dipoi, essendo già la Compagnia in Roma, gli hanno dato un vescovado dell'India. Egli scrisse al pelegrino che lo desse ad uno della Compagnia; et rispondendogli la negativa, se n'andò in India dello imperatore, fatto vescovo, et là morì per un caso stranno, cioè: che stando ammalato, et essendo due fiaschi d'acqua a rinfrescar- ⁴⁵

¹³ gli infermi *Post aegroto Co.* || 20 *Cazares N Caceres Post* || 23-24 secondo che haveva *Post* || 24 di om. *Post* || 26 Leonore di Mascariñas *Post* || 27 lettere di favore *Post* || 29 dette una mulla a Calisto su *N* || 31 del re om. *Post* || 32 ansi *Post* || 34-35 ritornò *Post* || 35 tutti om. *Post* || 37 *Cazeres N* || 40 commendatore *N* || 44 stranno, id est *N* || 45 doi *Post*; rinfrescare *Post*.

¹⁴ Vide sup. SUMM. HISP. POLANCI, n. 35. His quae de Arteaga illo loco dicta sunt, adiungi potest illum fuisse praeceptorem Ludovici de Requeséns. Cf. MARCH, *Niñez y juventud de Felipe II*, t. II, 96-97, 222-223.

¹⁵ Eleonora Mascarenhas (Mascareñas) (1503-1584) nobilis virgo lusitana, venerat in Hispaniam inter familiam Elisabethae imperatricis. Caroli V uxoris. Custos fuit Philippi II. principis. Ad mortem usque semper Ignatii et Societatis fautrix exstitit. Ignatius eam novisse vide-

20 litteras ad socios, qui Salamanticae erant, dedit, Calistum, Cazerem et Artiagam¹³.

80. Atque ut de his sociis, quis eorum exitus fuerit, semel dicamus: cum esset peregrinus Lutetiae, saepe ad eos litteras dabat, sicut convenerat inter ipsos, quibus significabat
 25 quam parum *spei reliquum*, ut posset eos Lutetiam evocare studiorum gratia. Egit tamen per litteras apud D. Leonoram de Mascarenas¹⁴, ut Calisto literis ad Lusitanorum regem opem ferret, ut bursam unam acciperet (bursam vocant certum subsidium in annos singulos) ex iis quas rex Lusitanus nonnullis Parisiis constituerat. Dna. Leonora Calisto mullam dedit et nummos ut in aulam Lusitani regis se conferret; et eo quidem profectus est, sed Lutetiam non venit; imo vero in Hispaniam reversus abiit in Indianam imperatoris cum spirituali quadam foemina. Deinde in Hispaniam rediens, iterum
 35 Indiam petiit, unde et dives rediit postea in Hispaniam. Quae res admirationi fuit Salamanticae omnibus qui ante eum noverant. Cazeres, Segobia repetita, quod erat illi patrium solum, eo modo vitam agere coepit, *ut prioris propositi et vitae oblitus esse videretur. Artiaga primum factus est commendator; dein cum iam esset Romae Societas*, datus est ei episcopatus in India. Scripsit *hic* bis quidem ad peregrinum, ut eum episcopatum alicui e Societate daret. Verum ubi ei responsum est id non esse faciendum, abiit in Indianam imperatoris. factus episcopus, ibique raro admodum eventu mortuus
 45 est. Accidit enim, eo aegrotante, ut coniectis ad refrigerandum in aquam duobus aquae vasculis, altero eius quam ei medicus imperaverat, atero aquae veneno quod solimannum vocant infectae, is qui ei potum porrigebat, errore lapsus, venenatam potionem afferret, qua hausta vivendi finem fecit.

¹³ Parisiis supra lin. eadem, ut videtur, manu. || 38-40 Quae Natalis addidit, omissa ex oblivione videntur fuisse ab amanuensi || 46 duobus] del. quae [?].

tur anno 1527, quando Compluto per Vallisoletum, ubi imperatoris curia tunc erat, Salmanticam venit. Vide sup. n. 63. Saepissime de ea mentio fit in MHSI. Cf. MI., Epistolae, I, 313-320; RODRIGUES, História, I. De «bursis» seu pensionibus quas Lusitaniae rex solvebat Parisiis in collegio Stac. Barbarae vide sis QUICHERAT, l. c. I, 126-128; BRAGA, Historia de la Unif. de Coimbra, I, 345-346.

si, uno d'acqua, ch'el medico le ordinava, l'altro di acqua di solimano, venenosa, gli fu dato per error il secondo, che lo ammazzò.

81. Il pelegrino si tornò di Ruano a Parigi, et trovò che per le cose [f. 19^r] passate di Castro et di Peralta si era fatto gran rumor sopra di lui; et che lo inquisitore lo haveva fatto domandar¹⁵. Ma lui non volse aspettar' più, et se n'andò all'inquisitore, dicendolo che haveva inteso che lo ricercava; che egli era apparecchiato per tutto quello che esso volesse (si chiamava questo inquisitore magister noster Ori¹⁶, frate di Santo Domenico); ma che lo pregava che lo spedisse presto, perchè haveva animo di entrar quel santo Remigio nel corso delle arti; che yorebbe che queste cose fossero prima passate, per poter meglio attender' alli suoi studii. Ma lo inquisitore non lo chiamò più, senon che gli disse che era vero che gli haveano parlato de fatti suoi, etc.

82. Di lì a poco tempo venne Sto. Remigio, che è il principio di Ottobre, et entrò a sentir il corso delle arti sotto un maestro, chiamato Mro. Gioan Pegna¹⁷, et entrò con proposito di conservar quelli, che havevano proposto di servir' al Signore; ma non andare più inanzi a cercar' altro, acciò potesse più commodamente studiare.

Cominciando a sentir' le lettioni del corso, gli incominciorono a venir le medesime tentationi, che gli erano venute quando in Barcelona studiava grammatica; et ogni volta che sentiva la lettione non poteva stare attento con le molte cose spirituali che gli occorrevano. Et vedendo che in quel modo faceva poco profitto in le lettere, s'andò al suo maestro et gli fece promessa di non mancar mai di sentir tutto il corso, mentre [f. 19^v] che potesse trovar' pane et acqua per poter so-¹⁸ stentarsi. Et fatta questa promessa, tutte quelle devotioni, che gli venivano fuor' di tempo, lo lasciarono, et andò con li suoi studi avanti quietamente¹⁸. In questo tempo conversava con

¹⁵ un di aqua che il medico li ordinava, un altro di aqua di [vv. che il — di aqua add. in marg. in Post]; un altro Post || 47 dato Post || 48 amazò Post || 50 Peralta Post Alta N || 51 contra di lui Post; dicendolo che lo haveva N || 59 per poter poi Post || 60 se non che all' hora gli Post || 61 de li fatti Post || 62 è al principio Post || 64 mastro Post; Giovanni Post; intrò Post || 65 proposito Post || 66 inanci N || 68-69 gli vennero le medezime Post || 69-70 erano venuto al principio quando ... cominciò a studiare la Post || 72 occurreranno Post || 75-76 potersi sostenere N || 76-77 che le N.

¹⁶ Vide sup. SUMM. HISP. POŁANCI n. 68, ubi dicitur inter eos qui

50 81. Reversus peregrinus Lutetiam multos illic rumores
 de se offendit, ob baccalaureum a Castro et Peraltam, seque
 ab inquisitore fuisse accersitum didicit¹⁵. Neque vero dubius
 expectare voluit; sed inquisitorem adiens, cui nomen magi-
 ster noster Ori¹⁶, e familia dominicana: « Audivi, inquit, me
 55 a te quaesitum fuisse; adsum igitur ad quodecumque volueris
 paratus ». Interim eum rogavit ut, quicquid esset facturus,
 brevi absolveret; nam statuisse se, ad D. Remigii festum quod
 instabat, cursum artium ingredi; quare optare se ut ante il-
 lud tempus omnia transigerentur quae secum essent agenda.
 60 [f. 40r] quo tum suis studiis commodius posset intendere. In-
 quisitor verum quidem esse dixit quod de eo quaedam ei re-
 lata fuissent; caeterum abire eum liberum permisit, neque
 deinceps accersivit.

82. Ad D. Remigii festum, quae prima dies est Octobris,
 65 cursum auspicatus est, praceptor M. Ioanne Pegna¹⁷, eo ani-
 mo ut quos habebat eius propositi, Deo ut servire vellent, eos
 soveret ac conservaret; alios tamen non quaereret adiungen-
 dos, quo facilius in studia posset operam suam impendere.
 Posteaquam coepit philosophicis lectionibus interesse, iisdem
 70 coepit laborare temptationibus, quibus cum Barcenone daret
 operam grammaticis; quotiesque audiebat magistrum praele-
 gentem, tam multis interturbabatur spiritualibus rebus, ut
 audire attente non posset. Animavertens igitur parum se stu-
 dendo promovere, praceptorum adiens pollicetur se ei audi-
 75 torem fore toto cursu, dum panis et aqua quaerenti non dees-
 set, quibus ali possit. Hac pollicitatione facta, devotiones illae
 intempestivae omnes abcesserunt, ipseque studia sua quiete
 prosecutus est¹⁸. Eo tempore consuetudo illi erat cum M. Pe-
 tro Fabro et M. Francisco Xavier; quos deinde ad Dei obse-

¹⁵ Castro et Peralta *Vi* || 67-68 adiungendos] non autem alios adiungendi *Vi* ||
⁷⁷ abcesserunt *Coz.*

Parisiis male affecti erant erga Ignatium, fuisse doctorem Petrum Ortiz,
 postea valde amicum. Idem asserit Ribadeneira in Vita Pris. Ignatii,
I. II. c. II.

¹⁶ Vide sup. *SUMMAR. HISP. POLANCI*, n. 49.

¹⁷ Vide sup. *MEMORIALE B. FABRI*, nn. 7, 8, p. 32.

¹⁸ Cf. *EPIST. LAINII* nn. 22-23; sup. p. 92.

M^o. Pietro Fabro et con M^o. Francesco Xavier, li quali poi guadagnò a servitio di Dio per mezzo degli Exercitii.

In quel tempo del corso non lo perseguitavano como prima. Et a questo proposito una volta gli disse il Dottor Frago⁷⁹, che si maravigliava come andava quieto, senza nessuno gli desse fastidio; et lui gli rispose: « La causa è perch'io non parlo a nessuno delle cose di Dio; ma, finito il corso tornaremo al solito ».

83. Et parlando insieme tutti doi, venne un frate a pregar al Dottor Frago, che gli volesse trovar una casa, perchè in quella, doue lui haveva la stanza, erano morti molti, quali pensava che di peste, perchè all'hora cominciava la peste in Parigi. Il Dottor Frago col peregrino volsero andare a veder la casa, et menorno una donna, che se n'intendeva molto, la quale, entrata dentro, affermò esser' peste. Il pelegrino volse anche entrare; et trovando un'ammalato, lo consolò, toccondogli con la mano la piaga; et poi che l'ebbe consolato et animato un poco, se n'andò solo; et la mano gli incominciò a dolere, che gli pareva haver la peste; et questa imaginazione era tanto vehemente, che non la poteva vincere, finchè con grand'impeto si pose la mano in bocca, rivoltandovela molto dentro, et dicendo: « Se tu hai la peste alla mano, l'haverai anche alla bocca ». [f. 20^r] Et quando ebbe fatto questo, se gli levò la imaginatione, et la doglia della mano.

84. Ma quando tornò al collegio di Santa Barbara, dove all'hora haveva la stanza et sentiva il corso, quelli del collegio, che sapevano che egli era entrato nella casa della peste, fugivano da lui, et non volsero lasciarlo entrare; et così fu costretto star alcuni giorni fuori.

S'usa a Parigi, quelli che studian le arti, il terzo anno, per farsi bacalaureo, piglian una pietra, che loro dicono: et perchè in quello si spende un scudo, alcuni molti poveri non lo possono fare. Il pelegrino cominciò a dubitare seria buono che la pigliasse. Et trovandosi molto dubbio et senza rissolutione, si deliberò metter la cosa in mano del suo maestro, il

⁷⁹ Xavier] Savè N || 87 pregar Post parlare N rogans ut Co || 90-91 a Parigi Post || 91 volse andare Post || 94 entrarvi Post || 2 pareva de haver Post || 4 rivoltandola Post || 6 Et subito che hebbe Post. || 13 S'usa om. Post [lacuna] || 16 seria Post. || 18 si om Post.

⁷⁹ Non unus erat per id tempus Parisiis, qui Doctor Frago appellatur. Cf. G. VILLOSLADA, l. c. Indic. vo Frago; sed videtur indicari Doctor Hieronymus Frago et Garcés, professor sacrae Scripturae in collegio

80 quium adduxit, traditis utriusque exercitiis. Quo tempore in cur-
su erat, eum ut ante non persequebantur. Quare doctor Fra-
gus¹⁹ quadam ei die mirari se dixit quod ita quietum illum
sinerent, ne quisquam esset molestus. Cui ipse: « Hoc, inquit,
ideo fit, quia de rebus divinis cum nemine loquor. Verum,
85 absoluto cursu, redibimus ad consuetum morem ».

83. Interea dum hi loquerentur, monachus D. Fragum
adiit, rogans ut suam illi operam accommodaret in domo in-
venienda: in qua enim erat, multos mortuos esse, ac se pu-
tare ex peste id ita evenisse; tum enim grassari pestis Parisiis
90 incipiebat. Doctor Fragus ac peregrinus domum illam in-
visere voluerunt, adducta muliere quae dignoscendi eius morbi
admorum erat perita. Haec vero domum ingressa asserit
vere pestem esse. Peregrinus quoque in domum intrare voluit,
et inventum illic iacentem aegrum, ubi consolatus est *atque*
95 *animavit* nonnihil, admota *etiam* manu ad aegri plagam, so-
lus abscessit. Tum illi manus dolere coepit, ipseque peste cor-
reptus sibi videbatur; eratque ea apprehensio tam vehemens
ut vincere et abjicere non posset; donec magno impetu *digitis*
in os immissis ac diu revolutis: « Si tu (inquit) pestem habes
5 in manu, habebis et in ore ». Hoc facto, simul eum imagina-
tio illa reliquit, et dolor quem ante in manu senserat cessavit.

84. Sed in Barbaranum collegium, ubi tum habitabat, fu-
gentibus eum cunctis, non est permisus ingredi, cum scis-
sent in illam domum peste infectam eum fuisse ingressum.
10 Quare dies aliquot extra collegium coactus est commorari. Mo-
ris est Parisiis, iis qui philosophicis studiis incumbunt, ut
baccalaureatus accepturi, petram, ut vocant, tertio iam anno
accipiant; quod qui valde pauperes sunt, facere non possunt,
propterea quod coronatum unum aureum in id impendi ne-
15 cessere est. [f. 40v] Dubitante igitur peregrino vehementer an
et ipse esset accepturus, rem arbitrio permisit praceptoris.
Qui cum ei consilium dedisset ut acciperet, accepit quidem,
sed non sine obmurmuratione quorundam, praecipue Hispa-

3 impetu] *del.* manu et *emend.* immissa ... revoluta || 12 baccalaureatus
CoCo2 baccalaureatum *Boll.*

Sorbonico. Obiit an. 1537. Cf. CROS, *Saint François de Xavier, Documents nouveaux* (1^{re} Série), p. 322, 323; DUDON, l. c. 205.

quale consigliandoli che la pigliasse, la pigliò. Niente dimentico non mancorno murmuratori; almeno un spagnuolo che lo ¹⁹ notò ²⁰.

In Parigi si trovava già a questo tempo molto malo dello stomaco, di modo che ogni 15 giorni haveva una doglia di stomaco, che gli durava una hora grande et gli faceva venir' la febre; et una volta gli durò la doglia del stomaco 16 o 17 ²¹ hore. Et havendo già a questo tempo passato il corso delle arti et studiato alcuni anni in theologia et guadagnato li compagni ²², la malitia andava sempre [f. 20v] molto inanzi, senza poter trovar' alcun rimedio, quantunque se ne provassero molti.

85. Solamente li medici dicevano che non restava altro che l'aere nativo che gli potesse giovare. Li compagni anchò

¹⁹ consigliandolo *N*; Ma niente... mancarono [emend. ex mancorono] *Post* || ²⁰ 23 che ordinariamente ogni quindici giorni *Post* et 25 quoque die *Co* || 28 inanci *N* || 29 quantuncumque molti se ne provasero *Post* || 31-32 altro si non *Post*

²⁰ Quid significet illud: *pigliano una pietra, che loro dicono, manet adhuc incertum, RIBADENEIRA tam in vita latina, quam in hispana, I. II, cap. I intelligit de examine rigoroso. POLANCUS et MAFFEI tacent de petra. QUICHERAT, Histoire du Sainte-Barbe, I, 196-197, postquam agnoscit se nihil de hac re invenisse, conicit agi de quodam ioco aut animi relaxatione (« divertissement »), quam candidatus condiscipulis curabat. THEOPHILo BRAGA (Historia da Universidade de Coimbra, I, 304-305) credit se solutionem invenisse in quadam reminiscencia poenae in medio aevo alicubi usurpatae, qua feminae rixantes e collo duas petras pendentes portare iubebantur. Esset ingeniosa solutio si auctor probaret hoc fuisse in usu in parisiensi universitate; sed, ut videtur, nullam probationem affert.*

BLUTEAU, in *Vocabulario portuguez et latino* (Lisboa, 1720) in verbo *Petra*, ait: « Na Universidade de Coimbra, quando algum estudante se ha de examinar, depois de admittido, se vay assentar por humildade em huma pedra, deputada para esta função, com a cabeça descuberta, e o primeyro Examinador faz ao examinando as perguntas costumadas. Como se chama, e de que Bispado, e lugar he, etc. e finalmente propoem o problema dos Physicos, e depois os outros dous Examinadores fazem seus argumentos, etc. Acabado o primeyro exame, toma a pedra o segundo examinando, etc. (A quatro dias do mez de Fevereyro à tarde a primeyra pedra, a que se achara presente o Reytor, e juntos a elle estarão os Examinadores. *Estat. da Univers.* p. 239 ». Nonne haec usum Universitatis Parisiensis proprius referunt? Nihil tamen dicitur de expensis.

In *Auctario chartul. universitatis parisiensis edito a DENIFLE ET CHATELAIN*, II, col. 979, ad annum 1466, invenimus haec, quae (si locutionem non explicant) possunt iuvare ad expensas intelligendas: « Etiam placuit nationi [Almanorum] dare cenam dominis procuratori, receptori et temptatoribus, cuilibet adjuncto socio, et domino decano Magi-

ni cuiusdam, qui illud factum subnotavit²⁰. Quo tempore Parisiis erat, iam pessime habebat ex stomacho, et vigesimo quinto quoque die dolor stomachi gravissimus ad horam unam eum occupabat, qui et febrim adferebat. Quadam vero die dolor is stomachi ad 16 vel 17 horas illum tenuit²¹. Iam tunc cursum absolverat, et annos aliquot in studium theologicum insumpserat, sociosque congregarat²².

85. Crescente autem in dies morbo, et nullis remediis (tamenetsi multa adhiberentur) solum id medici dixerunt remedii superesse, ut solum sibi patrium repeteret; nativo illo aëre iuvari posse, non re alia. Idem et socii suadebant, vehementer etiam instantes ut id faceret. Institutum per id tempus iam illis erat omnibus quid acturi essent, nempe ut Venetias primum, deinde Hierosolymam peterent, ubi vitae omne tempus in iuvandas animas impenderent. Quod si Hierosolymis ma-

21 die] singulis quindecim diebus Vi || 33 Emend. a Natali ex iuvando.

stro Everardo Custodis pro laboribus dominorum temptatorum, et quod natio non exponeret nisi unum scutum cum dimidio aut paulo ultra».

Ignatius in epistola data Parisiis die 13 Iunii 1533 ad Agnetem Pascual dicit inter alia: «...he pensado de escribir esta, así por veer vuestra voluntad tanta, como por subir mi estudio más de lo que hasta agora ha seydo; porque esta quaresma me hize maestro, donde gasté en cosas inexcusables más de lo que pedia mi auctoridad, y podíá; así he quedado muy alcanzado. Será mucho menester que Dios N. S. nos ayude ... » Cf. *MI.*, Epistolae, I, 90.

²¹ De hac Ignatii aegritudine vide sup. EPIST. LAINII n. 29, p. 100, et infer. MONUM. 15.

²² De sociis parisiensis Ignatii vide quae annotavimus ad MEMORIALE B. PETRI FABRI, n. 15, pp. 37-39. Quoad ad studia Ignatii Parisiis attinet, memineris Ignatium studuisse grammaticae et humanitatibus a mense Februario 1528 ad mensem Septembrem 1529; artibus seu philosophiae annis 1529-1530; 1530-1531; 1531-1532. A mense Octobri 1532 ad pascha 1533 debuit secundum consuetudinem Universitatis parisien sis litterarias exercitationes facere ad gradum magisterii accipendum. Anno 1533, gradu accepto, potuit theologiae studio vacare, et toto anno 1534, et anno 1535 ad mensem fere Aprilem quando in patriam rediit. Facultas theologica anno 1536 testificata est Ignatium studuisse in illa facultate per unum annum cum dimidio. Cf. *MI.*, Scripta, II, 2.

ra lo consigliavano il medesimo et gli fecero grande instantia. Et già a questo tempo erano tutti deliberati di quello che havevano da fare, cioè: di andare a Venetia et a Hierusalem et spender la vita sua in utile delle anime; et se non gli fosse data licentia di restare in Hierusalem, ritornarsene a Roma et presentarsi al vicario di Cristo, acciò gli adoperasse dove giudicasse esser' più a gloria di Dio et utile delle anime. Havevano anchora proposto di aspettare un'anno la imbarcazione in Venetia; et non essendo quell'anno imbarcatione per Levante, che fossero liberati dal voto di Hierusalem et andassero al papa etc.²³.

Alla fine il pelegrino si lasciò persuadere dalli compagni, perchè anchora quelli che erano spagnuoli haueuano a far alcuni negotii, li quali lui poteva expedire. Et lo accordo fu che, dapoì che lui si trovasse bene, andasse a far' li negotii loro, et poi passasse a Vinetia, et là aspettasse li compagni.

86. Questo era l'anno del 35, et li compagni erano per partirsi, secondo il patto, l'anno del 37, il giorno della conversione di S. Paolo²⁴, benchè poi si partirono, per le guerre che vennero, l'anno del 36, il Novembre²⁵. [f. 21r] Et stando il pelegrino par partirse, intese che lo havevano accusato allo inquisitore, et fatto processo contro di lui. Intendendo questo et vedendo che non lo chiamavano, se n'andò all'inquisitore²⁶ et gli disse quello che haveva inteso, et che lui era per partirsi in Spagna, et che aveva compagni; che lo pregava volesse dare la sentenza. L'inquisitore disse che era vero in quanto dell'accusatione; ma che non vedeva esservi cosa d'importanza. Solamente voleva veder li suoi scritti degli essercitii; et veden dogli, gli lodò molto, et pregò il pelegrino gliene lasciasse la copia; et così lo fece. Nientedimeno tornò ad instar volesse andare col processo inanci, sino alla sentenza. Et scusandosi lo inquisitore, lui venne con un notaro publico et con testimoni a casa sua, et pigliò di tutto questo la fede²⁶.

²³ lo consigliarono *Post* || 34 che *om. N* || 35 di fare *Post* || 47 dopo *Post*; se ne andasse *Post* || 56 quello che] che *om. N* || 62-63 volesse dar la sentenza *Post* || 65 a casa sua *om. Post*.

²⁴ Vide superius EPIST. LAINII pp. 102-110 et SUMM. HISPI. POLANI. nn. 55, 57.

²⁵ Die 25 Ianuarii.

²⁶ Soci egressi sunt Parisiis die 15 Novembris anni 1536. Cf. sup. pp. 39, 102.

²⁶ Acta haec ad nos non pervenerunt. Ignatius nomen huius inqui-

nere non sinerentur, tunc Romam redirent, seque pontifici
 35 summo, Christi vicario, offerrent, ut ipsorum opera ita uteretur, sicut ad Dei gloriam animarumque coimmnodum fore arbitraretur. Illud etiam inter ipsos convenerat, ut annum unum naves Venetiis expectarent, quae Hierosolymam peterent; quod si eo anno nullae forent, soluti essent eo voto adeundae Hierosolymae, et ad summum pontificem se conferrent²³. Paruit tandem peregrinus *sociorum* consilio, *ut etiam sociorum Hispanorum negotia, quae in Hispania habebant transigenda,* ipse posset confiscere. Convenit igitur inter eos ut, recuperata valetudine, ipse ad peragenda eorum negotia se conferret,
 40 deinde Venetas rediret, ibi eos expectaret.

86. Discessit ipse Lutetia anno 35^o; socii vero inde discessi
 suri erant 37^o, die conversionis B. Pauli²⁴ (ita enim ex pacto
 inter eos constitutum [!] fuerat); sed bellorum causa praeve-
 nire illud tempus coacti sunt, et mense Novembri anno 36^o,
 50 Lutetia migrare²⁵. In ipso profectionis procinctu, peregrinus
 audito quod ad inquisitorem esset nomen eius delatum, cer-
 nens *et videns se* ab inquisitore *non* advocari, eum ipse adiit,
 et quod audierat enarravit; addens etiam sibi socios esse, se
 in procinctu esse ut in Hispaniam proficeretur, rogare eum
 55 ut sententiam ferret. Inquisitor accusatum eum quidem fa-
 tetur fuisse, sed in ea accusatione nihil se cernere quod ali-
 cuius esset momenti; tantum velle se scripta eius inspicere
 (haec erant exercitia). Quae cum vidisset, probavit plurimum,
 ac peregrinum oravit ut exemplar ei daret, quod et fecit. In-
 60 terim instat peregrinus ut causa ad finem perducatur et sen-
 tentia feratur. Quod cum inquisitor detrectaret, notarium
 [f. 41^r] ipse cum testibus in eius domum adducit, deque his
 omnibus testimonium scripto accepit²⁶.

²³ consilio] *det.* cum sua || ²⁴ transigenda] *det.* quae || ²⁵⁻²⁶ cernens] *det.* se non.

sitoris nullibi dixit. Etiam Ribadeneira (*Vita*, lib. II, cap. II) nomen omittit. Non fuisse P. Matthaeum Ory, O. P., ut Polancus in *SUMMARIO HISP.* n. 50, *Chron.* I, 46, 69, IV, 72, Masseus lib. I, cap. XX, et multi alii ad nostros usque dies (cf. *DUDON*, l. c. 23), dixerunt, sed P. Vincentium Lievin, O. P. vide probatum supra, p. 180.

[CAP. IX]

87. Patriam ingreditur Ignatius. — 88-89. In hospitali commoratur. Doctrinam christianam pueros docet. Morum reformationi cum fructu intendit. E patria discedit. — 90. Urbes Pampelonem, Almazanum,

87. Et fatto questo, montò in un piccolo cavallo, che li compagni gli havevano comperato, et se n'andò solo verso il paese, trovandosi per la strada molto meglio. Et arrivando alla provincia lasciò la strada commune et pigliò quella del monte, che era più solitaria, per la quale caminando un poco, truovò dui homini armati, che gli venivano incontro (et è quella strada alquanto infame d'assassini), li quali, dipoi che l'hebbero passato un pezzo, tornorno indietro, seguitandolo con gran fretta, et hebbe un poco di paura. Pure gli parlò, et intese che erano servitori del suo fratello¹, il quale lo mandava a ritruovare. [f. 21^v] Perchè, secondo pare, di Baiona di Francia, dove il pelegrino fu conosciuto, haveva havuto nova della sua venuta, et così loro andorno inanti, et lui andò per la medesima. Et un poco prima che arrivasse alla terra, truovò li predetti, che gli andavano incontro, li quali gli fecero grande instantia per menarlo a casa del fratello, ma non lo potero sforzare². Così se n'andò all'hospitale³, et poi a hora commoda andò a cercare elemosina per la terra.

88. Et in questo hospitale cominciò a parlar con molti, che lo andorno a visitare, delle cose di Dio, per la cui gratia

1-2 Post transp. verba || 4 provincia] Co add. in marg. manu Patris *Natalis* Hipuscae patriam suam || 6 due Post || 7 dapoi Post || 8 tornando Post || 10 servidori N || 13 se ne andò Post; ipse autem iter prosequens incoepsum Co || 15 predetti] preti N [Cf. de hac re AHSI, 4 (1935), 322-326]. || 20 lo vennero a visitare Post.

¹ Martinus Garcia de Ofiaz y Loyola, de quo vide sup. pp. 153-154.

² Viam quam Ignatius sequutus est in ingressu azpeitianiano conatus est illustrare (adiuncta charta geographicā) Pérez Arregui in opere *San Ignacio en Azpeitia*, 112-117. Ex falsa lectione i preti pro i predetti multa scripta sunt ab aliquibus auctoribus de ingressu quasi triumphali Ignatii in oppidum Azpeitiae, sine ulla causa. Cf. AHSI 4 (1935) 322-326.

³ Hospitale, quod dicitur «de la Magdalena» situm in suburbio Azpeitiae. De commoratione Ignatii in hoc hospitali et de equo quem ibi reliquit, loquitur pater Michaël Navarro [Ochoa], Sancti Francisci

CAP. IX

Seguntiam, Toletum, Volentiam adit. Doctorem Castro invisit. In Italiam maritimo itinere ire decrevit. — 91. Superata gravi tempestate, Genuam appulit. Bononiae aegrotat. Venetias se transfert.

87. Post haec equum exiguum, quem ei socii emerant, ipse concendit, atque in patriam terram proficisci coepit, iamque in via multo habere melius. Ubi in provinciam *Hipiscuae, patriam scilicet suam*, venit, omissa communi itinere, ⁵ viam fecit per montes, quod iter minus frequens est. Progessus in ea nonnihil, vidi armatos homines duos contra se tendentes (et male alioquin locus ille audit sicariorum nomine), qui ipsum praetergressi aliquantulum, ac deinde conversi, illum festinanter sequebantur. Et timuit quidem nonnihil; sed ¹⁰ tamen illos compellans didicit eos esse fratris sui¹ famulos illi obviam ab eo missos. Baiona enim (urbs est in Gallia), admonitus frater eius fuerat eum venire, ut credibile est; nam et illic peregrinus a nonnullis fuerat agnitus. Et illi duo praecesserunt. Ipse autem iter prosequens incoptum, paulo ante ¹⁵ quam in oppidum ingredereetur, in presbiteros [!] incidit obviam illi venientes, qui vehementer institerunt, ut in fratris domum eum deducerent; quod tamen efficere non potuerunt². Abiit igitur in hospitale domum publicam³, et hora deinde opportuna, per oppidum eleemosynam quaequivit.

88. In hospitale multi eius invisendi gratia veniebant, cum quibus de divinis rebus colloquens, non exiguum Dei gratia

¹ sicariorum nomine] praedonibus Vi || 10 compellans] alloquutus est, petitiisque quare illum insequebantur Vi || 14 incoptum] suum iter prosequutus est per eamdem viam Vi || 15 presbiteros] invenit praedictos Vi.

Borgiae socius, in epistola data Sto. Ignatio, die 8 Ianuarii 1552, ex domo loyolaea: «... y de allí nos fuimos al hospital de la Magdalena, donde V. P. quiso posar quando vino a esta tierra, y así nos hemos gozado todos en el Señor de posar en la misma casa, y especialmente el Padre Francisco, que quiso comer en la misma mesilla, donde V. P. solía comer, y en la misma cámara donde solía dormir. Hallamos también el mismo quartago que V. P. dexó al hospital agora diez y seis años, y está muy gordo y muy bueno, y sirve hoy en día muy bien a la casa: es privilegiado en Azpeitia, que aunque entre en los panes, disimulan con él. El Padre Francisco dice sobre él: *respxit Dominus ad Abel et ad munera ejus* » ... [Gen. 4, 4]. Cf. *Litter. Quadrim.*, I, 494.

si fece assai frutto⁴. Subito al principio che arrivò si deliberò di insegnar' la dottrina cristiana ogni dì alli putti; ma suo fratello lo repugnò grandemente, affirmando che nessuno venirebbe. Lui rispose che basteria uno. Ma dipoi che lo cominciò a fare venivano molti continuamente a sentirlo, et etiam ²⁵ suo fratello.

Oltre la dottrina cristiana, predicava anche le domeniche et feste, con utile et aiuto delle anime, che di molte milia lo venivano a sentire⁵. Ha fatto anche sforzo di scacciare alcuni abusi; et con l'aiuto di Dio si è posto ordine in alcuno; verbi gratia, nel giuoco fece che fosse vietato con executione, persuadendolo a quello che governava la giustizia. Era anche là un'altro abuso, in questo modo: le citelle in quel paese vanno sempre col capo scoperto, et [f. 22r] non lo coprono se non quando si maritano. Ma sono molte, che si fanno concubine de preti et d'altri huomini, et guardangli fede, come se fossero loro donne. Et questo è tanto commune, che le concubine non hanno punto di vergogna di dire che si hanno coperto il capo per un tale; et per tali sono conosciute essere.³⁵

89. Per la qual usanza nasce molto male. Il pelegrino per-⁴⁰ suase al governatore che facesse una legge, che tutte quelle, che si coprissero il capo per alcuno, non essendo loro donne, fussero gastigate con giustitia; et a questo modo s'incominciò a levar' questo abuso⁶. Alli poveri ha fatto dar' ordine come se fosse proveduto publico et ordinariamente⁷. Et che si toc-⁴⁵ casse tre volte all'Avemaria, cioè: la matina, il mezzo giorno, et la sera, acciò il populo facesse oratione, come in Roma⁸. Ma quantunque si trovava bene al principio, venne poi ad in-

⁴ 24 gli rispose che vastava *Post* || 27 anche om. *om. Post*; dominiche *N* || 29 sforzo di cavarvi *Post* || 30 in alcuni *Post* || 32 giustizia *Post* giustia *N* || 36 et gli riguardano fede *N* || 38 om. hanno; *Post* le tali concubine non hanno alcuna vergogna di dire || 43 castigate *Post*; con questo modo *Post* || 45 pubblico sic etiam *Post* || 47 et alla sera *Post* || 48-49 *Post transp. verba*.

⁵ *Unus ex his fuisse videtur Beltranus de Loyola, Ignatii nepos, cui, ut ex epistola eidem data mense Februario 1542 colligitur, spirituallia Exercitia dedit. Cf. MI., Epistolae, I, 188-190. Vide ibid. p. 165-166.*

⁶ *De explicatione doctrinae christiana et contionibus ab Ignatio habitis multa habentur testimonia in processu Azpeitiano ad Ignatii canonizationem anno 1595 facto; qui editus est in MI., Scripta, II, 167-181; 182-259.*

⁷ *Reformationem cleri Azpeitiani commendabat etiam Ignatius Beltrano, nepoti, ecclesiae Azpeitiana patrono, in epistola data mense Septembri 1539. MI., Epistolae, I, 148.*

fructum collegit⁴. Cum primum venit, statuit doctrinam christianam quotidie pueros docere: cui obstabat frater, asserens neminem venturum. At ille: « Mihi, inquit, satis est unus ». 25 Sed ubi docendi initium fecit, multi assidue confluebant; ipse eius frater conveniebat. Praeter hoc, dominicis etiam diebus et festis conciones habebat ad populum magno cum fructu, accendentibus etiam a multis passuum millibus ad eum audiendum⁵. Dedit quoque operam ut abusus quidam tollerentur; 30 ac Dei gratia effectum est ut aliquibus prospiceretur. Nam ludum (ut exempli gratia hoc dicamus) obtinuit *suis adhortationibus*, ut praetor vetaret, idque cum executione. Correxit et vitium quoddam ingens ex patria ortum consuetudine. Morris erat in regione ut puellae semper aperto capite *sint*, nec 35 velentur donec nubant; sed sacerdotum aliorumque concubinae, aequo ac si uxores essent, fidem servant; quare hae quoque caput obvelabant. Adeoque res publice et citra pudorem siebat, ut non vererentur concubinae ipsae palam dicere ac confiteri, huius vel illius causa caput operuisse, vulgoque pro 40 talibus haberentur atque agnoscerentur.

89. Ex qua perversa consuetudine mala pleraque oriebantur. Peregrinus igitur persuasit gubernatori ut legem ferret, qua feminae publice plecterentur, quaecumque alicuius nomine caput velarent, nisi eius uxores essent. Hoc modo aboleri coepit abusus huiusmodi⁶. Curavit etiam et effecit ut pauperibus publice et ordinarie prospiceretur⁷; utque ter interdiu, sicut Romae fit⁸, ad salutationem angelicam signum campanae pulsu daretur, populusque oraret, mane nimirum, meridie, [f. 41v] ac vesperi. Etsi autem initio bene haberet, in 50 cedit tamen postea in aegritudinem valde gravem. Ex qua postquam convalescit, statuit sibi esse abeundum, ut suscepta so-

²⁶ Praeter del. in textu a Natali quia obscure exar. [?] || 31 obtinuit] del. supra lin. proposito edicto [?] || 46 prospiceretur] pauperibus etiam meliorem ordinem ponit obtinuit, tanquam si fuisse proveditor publicus et ordinarius Vt.

⁷ Ordinationes factae anno 1535 Azpeitia ad subveniendum pauperibus et vitandam mendicitatem editae sunt in MI., Scripta, I, 579-543.

⁸ In epistola ad cives Azpeitia data mense Augusto vel Septembri 1540, qua eis occasione bullae Sanctissimi Sacramenti, frequentiam communionis commendat; illis in mentem revocat statuta anni 1535: « de hacer tocar las campanas por los que en pecado mortal se hallasen; que no hubiese pobres mendicantes, mas que todos fuesen subvenidos; que no hubiesen juegos de cartas, ni vendedores ni compradores de ellas; y que de poner tocados las mujeres sobre mal fundamento y ofensa a

fermarsi gravemente. Et poi che fu sano deliberò di partirsi a far le facende, che gli erano state imposte dalli compagni, et partirsi senza quattrini; della qual cosa si scorrociò molto il suo fratello, vergognandosi che volesse andar' a piedi et alla sera⁹. Il pelegrino ha voluto condescender' in questo, di andare insino [f. 22v] alla fine della provincia a cavallo col suo fratello et con li suoi parenti.

90. Ma quando fu uscito dalla provincia, scese a piede, senza pigliar niente, et se ne andò verso Pamplona; et ivi ad Almazzano, paese del Padre Laynez; et dipoi a Sigüenza¹⁰ et Toledo; et di Toledo a Valenza. Et in tutti questi paesi delli compagni non volse pigliare niente, quantunque gli facessero grandi offerte con molta instantia.

In Valenza parlò con Castro¹¹ che era monacho certosino; et volendosi imbarcar per venir' a Genoua, li devoti di Valenza¹² lo han pregato non lo facesse, perchè dicevano che era Barba Rossa¹³ in mare con molte galere, etc. Et quantun-

51 et partir Post || 53 alla sera] In *N* interpunctio est: vergognandosi che volesse andare a piedi; et alla sera il pelegrino ... videtur nobis melior interpunctio codicis Post; quia frater verebatur quod quasi occulte proficisceretur. || 54 a cavallo om. Post || 55 con molti parenti Post || 56 uscito dalla provincia om. *N* || 57 pigliar cosa alcuna Post; di vi andò ad Post || 58 Siguenzam Co Ciguenza *N*Post || 60 niente degli loro parenti, quantunque gli fessero grande instanza Post || 62 monacho carthusiano Post || 63-64 gli devoti in Valencia lo pregorno che Post || 65 Barbarosa Post.

Dios N. S., que fuese extirpado tal abuso ». *MI.*, *Epistolae*, I, 163. — Martinus García de Loyola, Ignatii frater, in testamento, die 19 Novembris 1538 facto, legatum reliquit ut quotidie campanae sonus daretur ad orandum pro his qui in peccato mortali essent. In qua testamento dispositione Ignati fratribus recordatur. Cf. *Chron.* I, 498, 511-512. In his locis non expresse dicitur « all'Avemaria », sed ita intelligendum obvium videtur. — De commoratione Ignatii Azpeitiae et de fructu spirituali ibi ab eo facto, vide etiam superius in *EPIST.* *LAINII* n. 30 et *POLANCI SUMMARIUM*, nn. 58-60. Ex auctoribus recentioribus qui de hac re egerunt, consuli possunt *ASTRAIN*, *Historia*, II l. I, cap. VI, pp. 82-84; *TACCHI VENTURI*, *Storia*, II, cap. III, nn. 2-4 pp. 77-84; *PEREZ ARREGUI*, *San Ignacio en Azpeitia*, pp. 110-167; *DUDON*, *Saint Ignace de Logola*, liv. II, c. X: Le sanctificateur d'Azpeitia (mai-juillet 1535), pp. 214 sqq.

⁷⁵ **101.** Ratio quam observabat in condendis constitutionibus ea erat, ut quotidie missam diceret, et Deo proponeret seu offerret punctum quod tractaret, atque in id oraret. Semper autem et missa et oratio cum lachrymis siebat. Optabam ego chartas illas omnes constitutionum legere, eumque rogavi ut ⁸⁰ eas tantisper mihi permitteret habendas; ipse vero noluit¹⁷.

LAUS CHRISTO CRUCIFIXO.

⁶⁸ confirmantem] *del.* cernebat.

plectitur igitur solos tredecim fere menses. Usque ad diem 4 Aprilis, per duos fere menses, notationes sunt satis longae, et in illis Ignatius loquitur saepe de visionibus caelestibus, quas videbat; et de mysticis consolationibus quas experiebatur; a die 5 Aprilis et deinceps usque ad finem (praeter 11, 12, 13 et 22 Maii) notationes sunt brevissimae, nec ullam continent (saltem aperte) visionem aut revelationem; sed fere solam indicationem lacrimarum aut loquelae internae mysticae.

13

**MEMORIALE SEU DIARIUM
PATRIS LUDOVICI GONZALEZ DE CAMARA**

Praefatio

1. Operis natura.

Opus partim hispane, partim lusitane scriptum. De eius compositione loquitur ipse auctor in suo Prologo, nn. 3-11, et in litteris ad P. Everardum Mercurianum, praepositum generalem Societatis Iesu, datis die 14 Aprilis 1574, quae cum Prologi complementum considerari possint, edentur a nobis ad prologi calcem.

Cum a multis annis cuperet Ludovicus noster patrem Ignatium, Societatis Iesu fundatorem, personaliter et intime cognoscere, eiusque actiones etiam minimas annotare; hanc voluntatem explere praezeros potuit anno 1555, quando munere ministri¹ in Domo Romana fungens, cum sancto Fundatore continuam occasionem agendi habuit. Tunc incepit notare lingua hispanica, quae in sancto Parente videbat, vel ab illo audiebat².

Animadvertisendus est modus notandi facta patris Ignatii in MEMORIALI, qui differt aliquantulum ab usurpato in ACTIS. Ibi noster Ludovicus audiebat patrem Ignatium loquentem, et statim cubiculum adibat, ubi primum brevibus punctis scribebat quae audierat. eaque postea extensiore narratione amanuensi dictabat; sed ita ut quantum posset ipsa verba patris retineret³; in MEMORIALI autem coram ipso patre Ignatio in adversariis (benigne annuente patre) referebat ea quae audierat vel viderat; postea vero cum tempus et occasio se offerebat, notata in alio libro scribebat vel

¹ Minister in domibus Societatis Iesu dicitur qui immediate post Superiorem et ab ipso dependens curam disciplinae religiosae et ordinis domestici habet. Cf. *MI.*, Constit., II, 73, 195, 461, 468.

² Praeter rationes a Ludovico González hic expositas, aliqui autores, inter quos Ribadeneira, in Vita Patris Ignatii (edit. altera, 1586, lib. IV, cap. 17), dicunt Ioannem III, Lusitaniae regem, Ludovico in Urbe proficiscenti commendasse ut dicta et facta Patris Ignatii adnotaret, et ad se mitteret.

³ Cf. ACTA, Praef. auctoris n. 3*, pp. 358-360.

amanuensi dictabat⁴. Nec solum quae die definito audierat vel viderat, sed alia multa, quae proxime vel remote cum primis cohaerebant; ut non raro commentarium potius quam diarium dici iure possit⁵. Et quamvis in n° 12 dicatur omnia procedere a patre Ignatio, hoc lato sensu accipendum; quia legenti appetet clare aliqua non ab Ignatio, sed ab aliis procedere⁶.

Utrum pars hispana integre iam scripta fuerit in alio libro antequam P. Ludovicus González Urbem mense Octobri 1555 reliquit, non omnino clare constat ex modo loquendi in litteris ad P. Mercurianum⁷. Quantum autem contineret apographum quod P. Sebastianus Romei retinuit, nunc vero deperditum, potest colligi ex versione latina processus compulsorialis matritensis 1606, in quo illa pars Memorialis transcripta est. De ea agemus paulo inferius.

Notas hispanas anni 1555 commentario lusitano ornavit P. Ludovicus annis 1573-1574.

Memoriale comprehendit partem anni 1555, a die 26 Ianuarii ad diem 18 Octobris. Non tamen omnibus diebus notae scriptae sunt; sed aliquando complures continui dies praetermittuntur. Ultimis praesertim mensibus, Augusto, Septembri, Octobri, fere nihil notatum est. Per menses ita Memoriale distribui potest:

Ianuar.	nn.	12	—	100
Febr.	nn.	101	--	245
Mart.	nn.	246	--	304
Apr.	nn.	305	--	339
Mai.	nn.	340	—	347
Iun.	nn.	348	—	394
Iul.	nn.	395	--	410
Aug.	n.	411	(?)	
Sept.	n.	412	(?)	
Oct.	n.	413		

2. *Traditio manuscripta operis.*

Memorialis apographum integrum cum parte hispana et commentario lusitano, adhuc solum inveniri potuit in codice *Lus. 109*, (*M*), qui nihil aliud continet nisi Memoriale. Dolendum quod nullum aliud apographum completum inventum sit, quia circa finem sunt non paucae lacunae in hoc ms., quae ex aliis fortasse impleri

⁴ Cf. *MEMORIALE*, Prol. n. 12, et in textu n. 265.

⁵ Cf. nn. 24, 26, 31, 46, 67, etc.

⁶ Vide sis nn. 207, 240, 274, 324, 342, 353, 365, 367, 375, 376 et si qui alii eius generis sunt.

⁷ Eas vide ad finem Prologi.

potuissent⁸. Ex quibus lacunis suspicari etiam quis posset Patrem Ludovicum González ob infirmitatem (nam mense Augusto 1574 coepit febribus laborare, quibus coactus est Ebora Conimbricam migrare, et inde Ulisiponem, ubi 15 Martii 1575 supremum diem obiit) non potuisse ultimam manum operi imponere, aut amanuensem in suis scriptis (lectu difficilibus ut ex imagine phototypica ad finem operis addita appareat) intelligendis iuvare.

Codex est in 4º (alii dixerunt in fol.) magnitudinis 29×21 cent., centum nonaginta novem paginarum. In operculo pergamente legitur: «Memoriale P. Ludouici Gonçales | Lusitanice | Continet quamplurima de S. Ignatio | [signa antiqua archivi]: G | XXXIX. 2. » Nullo numero notatur pagina in qua titulus operis scriptus est. Sequitur alia alba. Notatur numero 1 pagina quae incipit: «Prologo do Padre Luis Guonçaluez». Numeratio perturbatur post pag. 64, nam sequens pagina nullo numero signata est; sed quae immediate subsequitur notatur numeris 65, 66. Idem accidit post pag. 72, 74, 102. Numero 135 duae paginae consequutivae notantur. Pag. 193 est omnino alba. Post 199 sequuntur aliquae paginae in quibus nihil est scriptum, usque ad 210. Totus codex ab uno amanuensi, certe lusitano, scriptus, optimis characteribus; nec sine artificio, nam pars hispana primitiva grandioribus litteris, commentarium lusitanum minoribus, et verba vel sententiae circa quas commentarium praecipue versatur, scripta sunt in mediis paginis, ab aliis verbis separata. Utinam in parte hispana non essent tot verba scripta modo lusitano. Qui defectus fortasse non solum amanuensis imperitiae vel distractioni, sed partim ipsi auctori tribuendus; quia, ut appareat in aliis eius scriptis hispanis, P. Ludovicus González parum erat sollicitus in curanda propria et genuina scriptio linguae hispanae⁹.

Fortasse hic codex ille ipse est qui ex Lusitania ad P. Mercurianum missus est, nec unquam amplius integre transcriptus, nisi forte a P. Nicolao Lancicio¹⁰. Certe is in suis commentariis autographis in cod. *Hist. Soc.* 5^b aliqua ex Commentario lusitano in lingam italicam convertit (ff. 135-136)¹¹. Transcriptio lanciciiana de-

⁸ Lacunae seu spatia alba inveniuntur in nn. 122, 206, 251, 276, 309, 341, 342, 346^b, 347, 348, 351, 352, 353, 358, 360, 367, 368, 369, 374, 375, 380, 388, 389, 391, 394, 400, 403, 405, 409, 410, 411, 412, 413.

⁹ Scripta autographa hispana brevis molis Ludovici González, retentio scribendi modo auctoris, videri possunt apud MHSI: *Epist. Mixt.*, II, 707-709 (25 Aprilis 1552); *Ibid.*, V, 108-112 (Genuae, 28 Nov. 1555); *Lainii Monum.*, V, 23-24 (10 Aprilis 1560); 156-157 (circa finem Iulii 1560).

¹⁰ Hic in suis *Memorabilibus* dicit: «Habeo apud me exemplar *Diarri* dictorum et factorum S. P. N. Ignatii, scripti a P. Ludovico Consalvo de Camara, a me descriptum ex romano originali, mihi accommodato olim ab A. R. P. N. Claudio Aquaviva generali». Cf. *MI.*, *Scripta*, I, 529.

¹¹ In ff. 135-136 fere ad verbum vertit Lancicius in lingam itali-

perdita est. Huius codicis meminit etiam P. Iacobus Ximénez in Commentario de vita et virtutibus patris Nadal, post annum 1576 scripto¹² et AA. SS. Iulii, VII, comment. praev. n° 961.

Congregatio Provinciae Castellanae petierat a P. Aquaviva, generali praeposito, ut sibi apographum nostri Memorialis daretur, quod illi denegatum est. En textus: « Responsa ad ea quae in Memoriali Congregationis Provinciae Castellae petuntur, data mense novembri 1584 ».

« 4. Petatur a P. N. Generali liber quidam a P. Ludovico González partim Lusitanica, partim Hispanica lingua editus, de dictis, factis, responsisque sancti P. N. Ignatii, et quaecumque alia huius generis inveniri poterunt ».

— R. « Quae communicanda videbantur, in libro P. Ribadeneyrae scripta sunt; reliqua vero non expedit omnium manibus circumferri »¹³. Astráin¹⁴ et post eum Böhmer¹⁵ dixerunt agi hoc loco de Actis Patris Ignatii, sed attente legenti clare appareat verba Congregationis non posse referri nisi ad Memoriale, quod solum scriptum est partim Lusitanica, partim Hispanica lingua.

Hinc poterit explicari quare unicum exemplar completum Memorialis adhuc inventum sit.

Additiones marginales Ribadeneirae, de quibus P. Ludovicus González loquitur ad finem sui Prologi, inveniuntur in nn. 31, 46, 67, 91-92. Has additiones potuit Ribadeneira dictare vel anno 1555, vel 1559 quo aliquandiu Romae simul vixerunt¹⁶. Illud etiam notandum quod dicit Ludov. González in annot. marginali ad n. 31, primum quaternionem sui operis deperditum fuisse, et iterum transcriptum Romae, et tunc inserta fuisse textui aliqua notata a Ribadeneira.

3. Alii codices qui partem hispanicam continent.

Codex N

Praeter cod. *M* in quo est apographum completum Memorialis, sunt alii codices antiqui qui solam partem hispanam, eamque incompletam habent. In cod. *Instit.* 221, (*prius Collecta per patrem Natalem*) ff. 219-246 (*prius* 276-299 et 303-305 perturbato ordine) est apographum a Patre Nadal multis in locis castigatum vel correctum. Hoc exemplum videtur transcriptum ante annum

cam (omissis certe non paucis) ea quae P. Ludovicus dicit in nn. 48-51 de Francisco et Antonio Marín, de Soldevila et Zapata.

¹² Cf. *Nadal*, I, 35, 37.

¹³ In cod. *Congr.* 94, f. 90.

¹⁴ *Historia*, I², 17.

¹⁵ *Studien*, I, 316.

¹⁶ Vide dicta in nostra Praefat. ad *Acta*, cap. IV, p. 343.

1561, quia in fine scriptum est manu ipsius Patris Nadal: « Hase de emendar en Lysbona por su original del P. Luis Gonçales ». — « No se emendó. Hase emendar aquí en Roma ». Quae verba solum et optimum sensum habent si supponantur scripta partim ante adventum Patris Nadal in Lusitaniam anno 1561, et partim post eius redditum in Urbem anno 1562¹⁷. Dolendum quod textus non perveniat nisi ad n. 261, post notata ad diem 3 Maii 1555. Generatim concordat cum textu *M*, est tamen transcriptio antiquior et aliquas lectiones meliores retinuit, ut suis locis dicetur. In apparatu critico omnes lectiones variantes huius codicis transcripsimus. P. Nadal multa cancellavit, praesertim nomina propria, eisque substituit aut litteram *N* aut verba generalia.

Sic in n. 13, cancellatis verbis *del* et *Victoria*, scripsit *un*, ita ut pro: « Quanto al hacer del padre Victoria la doctrina » legi debeat: « Quanto al hacer un padre la doctrina ». Quod genus scribendi adhibere etiam solet Ribadeneira in Vita P. Ignatii, et multi alii qui nomina propria refugiunt, et indeterminata usurpant. Nec solum haec nomina propria, sed multas integras paragraphos cancellavit P. Nadal, ut in apparatu videri potest. Quo fine nescimus. Fortasse cogitavit uti paragraphis non cancellatis in aliquo suo opere. Additiones Patris Ribadeneira, quae sunt in *M*, exstant in *N* iam in textu sine ulla originis indicatione. Codex a duobus saltem amanuensibus scriptus est; imo codex actualis ex fragmentis duorum codicum coalescit, nam post fol. 222v est fragmentum alia manu scriptum, in quo decem plus minus paragraphi repetuntur.

Codex n

n. Ita appellamus fragmenta hispana antiqua MEMORIALIS quae sunt in *Fondo Gesuitico al Gesù* Roma, in *Ms. 16*. Hic parvus codex contextus est pergamena in qua legitur: « Diarium P. Ludovici Gonzales hispanicice », et alia manu: « Dicta et facta quaedam S. P. N. Ignatii de rebus solitis domi fieri, collecta per P. Ludovicum Gonzales, et suis quaque diebus, ut accidebant, notata ». In primo fol. textus in angulo dextro superiori: « Diarium P. Lud. Gonzales, sed diversum ab Italico ». Tandem, in angulo sinistro, contra prima verba, manu, ut videtur, Patris Nadal: « P. Ludouici gócalis ». Quae ultima notatio indicat codicis antiquitatem.

Codex constat 18 foliis sine numeris, in quibus sunt fragmenta ex MEMORIALI, ab initio (nº 12) ad nº 256, (die 2 Martii) in fine primae paragraphi « trayendo a Dios delante de los ojos »; omissionis tamen compluribus paragraphis. Quae restant sunt: nn. 12, 13, 21, 24, 26, 29^b, 31, 36, 37, 38, 41, [licet cancell. in *N*], 42, 43, 46, 61, 64, 67, 75, 78, 84, 86, 88, 91, 92, 96, 97, 99, 102, 105, 107, 112,

¹⁷ Cf. *Nadal*, II, 67 sqq.

113, 114, 117, 127, 128, 130, 131, 133, 134, 136¹, 137, 138, 139, 140, 142, 143, 144, 145, 149, 150, 152, 154, 155, 157, 159, 162, 167, 168, 170, 172, 175, 182, 183, 195, 199, 201, 202, 205, 207, 210, 211, 212 (pars), 214, 215, 216, 219, 221, 224, 225, 226, 227, 230, 234^b, 236^b, 241, 242, 243, 244, 245, 246, 247^b, 248, 249, 250, 253, 254, 255, 256.

Textus sequitur correctiones patris Nadal in cod. *N* superius descripto. Rarissime verba magis hispana substituit, ut *bonete pro berretta, cocinero pro coco, refectorio pro tinelo*.

Post fragmenta MEMORIALIS sequitur alia pars codicis constans 22 paginis signatis numeris, in quibus transcripta sunt fragmenta operis patris Ribadeneira « *De Actis Patris Ignatii* », a n° 69 ad 111¹⁸.

Codex R

R. Pater Petrus de Ribadeneira habuit etiam Memorialis incompleti apographum hispanum quod nobis incognitum est, sed ex illo transcripsit non pauca ad verbum in opusculo « *Dichos y hechos de N. P. Ignacio* », edito in « *Monumenta Histor. S. J.* »¹⁹. In apparatu critico notamus omnia loca quae Ribadeneira exscripsit ex Memoriali (sunt enim septuaginta septem) et eorum lectio-nes variantes. Opus Ribadeneirae « *Dichos y hechos* » prout nunc in mss. invenitur, posterius est anno 1572, quia in eo citatur Vita Patris Ignatii hoc anno typis edita Neapoli. Aliquo modo haec etiam confirmantur ex his quae Ribadeneira scripsit in Censura Vitae patris Ignatii a Maifeio scriptae, ubi dicit se collegisse illa *Dicta et facta* eaque dedisse P. Everardo Mercuriano²⁰. Certum-tamen videtur Ribadeneiram novisse Memoriale Patris González antequam Vitam Patris Ignatii scribebat, textumque quem habe-bat, tempore praeesisse apographum, quod P. Ludovicus González commentatus est. In opusculo « *Patris Ribadeneira de Actis P. N. Ignatii* » certo ante Vitam Patris Ignatii scripto, et edito in MHSI²¹, sunt aliqua excerpta ex MEMORIALI. Vide p. 367, 386, 399, n. 37.

Haec fragmenta concordant generatim, praesertim in modo scribendi verba, cum apographo a P. Nadal usurpato; et in his sunt aliqua (pauca quidem) quae postea omisit P. Lud. González in *M*²²; non tamen procedunt a *N*, quia post n° 261 ubi *N* finit, adhuc in *R* exscribuntur nn. 261^b, 262^c, 263^b, ^c, 276, 277, 278, 281, 282^b, 292, ad medium mensem martii 1555. Cur autem *N* non ex-scripserit totam partem hispanam, nec *R* quidquam citet ex 115

¹⁸ Cf. *MI.*, Scripta, I, 369-392.

¹⁹ Ibid., 393-491. Cf. ibid. pp. 394, 397, 422 etc.

²⁰ Ibid., 753.

²¹ Ibid., 337 sqq.

²² Cf. n. 13, 1º, omissa post verbum *juzgar*.

numeris qui supersunt, post n. 292, nos latet. Haec duo apographa, *NR*, procedere videntur ex apographo patris Seb. Romei anni 1555, ut de *R* certum fere sit ex versione latina *Vi*.

Extractus facti a patre Ribadeneira non inveniuntur omnes simul, sed sparsi per totum libellum *Dichos y Hechos*. Possemus citare voluminis in quo editi sunt solas paginas, ut lector, si velit, per se comparationem instituere posset. Sed potius quam paginas voluminis exhausti, voluimus indicare capitula et numeros, ut citationes etiam futurae eorum editioni serviant. Libellus ille divisus est in quinque capita, non praefixis numeris ante ea. Nos numeros praefigimus sic:

- I --- DE LO QUE TOCA A SU PERSONA (*MI.*, Scripta, I, 393-405).
- II -- DE LA PRUDENCIA Y GOBIERNO ESPIRITUAL (Ibid., 405-410).
- III -- DEL GOBIERNO Y CUIDADO DE LOS NOVICIOS (Ibid., 410-413).
- IV -- DE LA CUENTA QUE TUVO CON LA EDIFICACION (Ibid., 413-415).
- V -- ACERCA DEL GOBIERNO (Ibid., 415-441);

utque statim lectori appareat num et quinam extractus patris Ribadeneira respondeat paragrapho Memorialis, illum in textu indicabimus. v. c. [R. IV, 8].

4. *Aliae reliquiae hispanae ex Memoriali aut ex scriptis P. Ludovici González.*

In cod. *Varia Historia*, I, ff. 32v-35r, sub titulo: « *Algunas cosas que notaron en nuestro Pe los Pe siguientes* » transcribuntur aliqua notata a Patribus Ludovico González, Polanco, Madrid et Ribadeneira. Notata a nostro Ludovico continentur decem paragraphs. Non dicitur unde deprompta sint. Octo ex illis inveniuntur in textu nostro MEMORIALIS, longiore, fere semper, narratione. Indicabimus materiam et locum MEMORIALIS ubi inveniuntur.

- 1) Quod P. Frusius narrabat de gratia connaturali in Patre Ignatio [MEMORIALE, n. 207, 1º].
- 2) P. Ignatius nullam rem alicuius momenti aggrediebatur sine praecedenti recursu ad Deum. Ib. n. 162, 1º.
- 3) Qua arte P. Ignatius aliorum inclinationes cognosceret. Ib. 199, 2º.
- 4) Nihil Ignatius dicebat vel agebat praeceps. Ib. n. 202, 2º.
- 5) Patiens erat audiendo res inutiles aut longos sermones. Ib.
- 6) Constans in rebus semel susceptis et huius constantiae causae. Ib. n. 282, 2º. « Suele ...
- 7) Novicii primae probationis clausuram observent. Ib. n. 84.
- 8) Duo novicii domi curandi, non obstantibus domesticis angustiis. Ib. n. 144, 3º.

9) De eleemosynis a Margarita Austriaca domum missis.

Notandum hoc non inveniri in nostro textu Memorialis;

invenitur vero apud Ribadeneira: « *Dichos y Hechos* », IV, 1²³.

10) Poenitentia data patri seni et gravi, qui feminam aegrotantem confessurus sine socio adierat.

Similis narratio invenitur in n. 59, in commentario lusitano; sed adiuncta sunt satis diversa. Vide quae de hac re dicimus paulo inferius, cum agimus de integritate textus MEMORIALIS.

5. *Reliquiae lusitanæ ex Memoriali aut ex schedis P. Lud. González.*

Adhuc nullum inventum est apographum MEMORIALIS in Lusitania. Obvium tamen videtur ibi aliquod remansisse, saltem adversaria Patris Ludovici González, quando codex *M* Romam missus est. Initio saeculi XVIII aliquod apographum illic fuisse videatur, quia P. Antonius Franco in opere « *Imagen da virtude em o noviciado da Companhia de Jesus no Real collegio de Jesus de Coimbra em Portugal* » anno 1719 edito non pauca ex Memoriali desumpsit, nec credendum est illum codice romano usum.

Igitur in capite V « *Do modo de criar os noviços em tempo de Santo Ignacio, e o que nisto deixou escrito o P. Luís Gonçalves* », transcritbit²⁴ aliquod scriptum nostri Ludovici in quo quae-dam similia his quae habentur in nostro MEMORIALI, nn. 38, 40, 82, 83, 171, 257 exponuntur. Confutata sententia patris Ludovici González de mutata in peius noviciorum educatione, P. Franco²⁵ ex aliis scriptis Patris Lud. González, breviter narrat reprehensum esse Patrem Nadal a Sto. Ignatio ob propositam separatam domum pro noviciis (MEMORIALE, n. 256, ad finem); non placere S. Ignatio ut novicii ad emitenda vota ante duos annos inducerentur (ib. n. 255); non esse necessarium ut novicii, votis iam emissis, ad collegium Romanum irent (ib. n. 412); reprehendisse patres Siculos quod permisissent novicos iuniores totam quadragesimam ieunare (ib. n. 212). In p. 20 (n. 21) narrat quomodo Ignatius patet blande novicos tractaret, et flandrum quendam tentatum amplexatus sit (MEMORIALE, nn. 46-47). Cum in fine dicat P. Franco « *Ate aqui as palavras do Padre Conçalves* », et multa ibi dicantur quae in nullo codice MEMORIALIS inveniuntur, admittendum est ea ex alio scripto Patris Lud. González desumpta.

In cap. VI-XVIII scribit Franco vitam nostri Ludovici Gonzá-

²³ Cf. *MI.*, Scripta, I, 413.

²⁴ pp. 15-18^a.

²⁵ p. 18, n. 13.

lez. In cap. IX loquitur de eius itinere Romano anni 1553, et hac occasione dicit se legisse *Diarium Patris González*, cuius praefationem fere integrum transcribit (pp. 29-31).

Initio cap. X dicit: « Naquelles seus notados que fes o Padre Luis Gonçalves das cousas que observara em nosso sancto Padre, se contêm muitas que lhe tocavam, das quais aqui referirei algumas, que contêm exemplo e ensino ».

Quae in hoc capite referuntur a Franco, sunt sequentia; ubi notandum est illa non semper ad verbum referri, nec ordine quo sunt in nostro codice *M.*

- n. 1. Poenitentia imposta duobus fratribus, qui parum mordeste in via ambulabant (MEMOR. n. 140).
- n. 2. De aemulatione inter iuvenes (ib. n. 101).
- n. 3. Remedium contra vanam gloriam. Cf. ACTA, Praef. auctoris, n. 1^o.
- n. 4. Cur non positus sit chorus in Societate (MEMOR. n. 137, 11).
- n. 5. Media adposita a Patre Ignatio ut Ludovicus González lente loqueretur (ib. n. 291).
- n. 6. Nobiles et litterati mortificandi (ib. n. 295).
- nn. 7-9. De modo quo Ludov. González patrem Loarte rude tractavit (ib. nn. 295-296) [ex n. 296 omittit aliqua].
- n. 10. Non male loquendum de cibis appositis aegrotantibus.
Ignatius cibos appositos nec laudabat nec vituperabat. Nonnumquam tamen coquum aliqua poenitentia castigabat. Cf. MEM. n. 186 (in fine), n. 187, 189; 106 [De poena coquo imposta Franco dicit magis specifice: « So quando hia notavelmente mal temperada alguma cousa, mandava que naquelle dia o couzinheyro nam comesse de outra cousa se não daquella ». (p. 34)].
- n. 11. Ignatius volebat ut oboedientia sine mora adimpleretur. Cf. MEMOR. n. 337.
- nn. 12-13. Quomodo Ludovicus González receptus fuerit Romae a Patre Ignatio, de poenitentia ei imposta, et dilatatione longioris colloquii. MEMOR. nn. 109-110.
- n. 14. Suaviter reprehenditur Ludovicus González ab Ignatio quia ei non refert de negotio commendato. ib. n. 378.

In cap. XI quod ita inscribitur: « Continuaõe outras cousas que passaram a o Padre Luis Gonçalves com nosso Santo Padre » narrat Franco non pauca, quorum maior pars invenitur in MEMORIALI nobis noto; pauca tamen nullibi inveniuntur.

- n. 1. Quomodo Ignatius se in Constitutionibus depinxerit, (MEMOR. n. 226) et quomodo lectioni libri « *Contemptus mundi* » deditus esset, et Erasmi Enchiridium legere noluerit (ib. nn. 97, 98; 245, 263).
- n. 2. Quid patri Nadal proponenti ut tempus orationis in Hispania augeretur, responderit Ignatius. Ib. n. 196.
- n. 3. De P. Ludovico Montoya, o. s. a. Ib. nn. 195, 198.
- n. 4. Hoc loco tribuit P. Antonius Franco Sto. Ignatio duas sententias, quas in nullo ex codicibus MEMORIALIS invenire potuimus. En eius verba: « Comparando nosso Santo Padre os da Companhia, que estavam em diversas partes, entre si, costumava dizer: « *Trabalho de Alemanha, Pobreza de Italia, Gloria de Hespanha* ». Dizia tambem o Santo, que entre todas as naçoês de Europa: Os Alemans eram os melhores sogeitos e mais facis pera a virtude. Depois delles os Francezes, logo os Italianos daquella parte de Roma, que cahe pera os Alpes, aonde entra toda a Lombardia. No quarto lugar punha os Hespanhois ».
- n. 5. Poenitentia data Superioribus et aliquibus sociis collegii Romani qui ad iter septem ecclesiarum cibos secum portarunt. MEMOR. n. 216, 217.
- n. 6. Cur volebat Ignatius ut aliorum defectus ei scripto darentur. Ib. 358-359.
- n. 7. De quadam iuvene *illusa* Senis, cuius spiritum P. Ludovicus González initio non cognovit. [NB. Aliquam similitudinem habet hic casus cum eo qui narratur in MEMOR. n. 197, de femina bononiensi *illusa*; adiuncta tamen valde diversa, et tempus quo res evenit].
- n. 8. Filius cuiusdam nobilis romani e nostra domo aufugit. P. Ignatius ministrum iubet ut noctu adeat domum parentis ab eoque veniam negligentiae petat. [NB. Non invenitur in nostro MEMORIALI].
- n. 9. a) Cura aedificationis et poenitentia data a Patre Ignatio consultoribus domus quod carnem emi curarent pro infirmis tempore quadragesimae, non prius monito macellario de medici praescriptione. MEMOR. n. 267.
b) De modo petendi publice eleemosynam Romae. Ib. n. 253.
- n. 10. Faceta dicta patris González de Câmara, quae patri Ignatio placuerunt: de P. Mendoza in Goletam mitten-
do. Cf. ib. n. 193.
- n. 11. Aliud dictum facetum de dentibus curandis, cibis vix appositis. Ib. n. 192.

nn. 12-15. Poenitentia imposita Patri González de Cámara tarde redeunti ex itinere, dum socios in Aethiopiam euntes per aliquot passuum milia comitatus est. Cf. MOR. nn. 52-55.

In reliquis capitibus nihil ex Memoriali invenimus.

VERSIONES ANTIQUAE

6. Versio latina.

In processu compulsoriali Matritensi anni 1606 ad parandam canonizationem Patris Ignatii, inter alia documenta hispana transcriptum etiam est *Diarium seu Memoriale*, quod erat Matrii in archivio collegii Societatis Iesu. Totus processus, ut iam superius diximus (p. 62) versus est postea Romae in linguam latinam a Ioanne Viseto, clero leodiensi; exemplarque huius versionis invenitur in cod. ms. n. 593 bibliothecae Innocentianae seu Pamphiliana Romae.

MEMORIALE in catalogo documentorum quae transcribi debabant, ita (f. 18^v) indicatur: « *Diarium Patris Ludovici Gonçales de Camera super vita servi Del Patris Ignatii existens in Archivio Domus Societatis istius oppidi Matriti* ». In fol. autem 30^v ubi incipit versio, ita describitur: « *Memorialis Pris. Ludovici Gonçales existentis ministri Domus professae urbis; et omnia in margine descripta, sunt Pris. Riba de Neyra* ». Praeedit in eodem fol. haec annotatio: « Capitula habentia numerum praefixum sunt responsiones, quas Pater dedit diebus solemnioribus [sic], et omnia alia similiter sunt eiusdem Patris, sed dicta diversis vicibus et in diversis propositis ».

Ex declaratione Patris Ribadeneira in eodem processu (ff. 757, 759) notum fit, primo qui fuerint qui apographum hispanum Romae transcriperunt; et secundo illud apographum esse idem quo Ribadeneira utebatur. Ait enim: « Dixit quod cognovit P. Ludovicum Gonzales de Câmera Religiosum Societatis Iesu Portugallen. magistrum olim regis Don Sebastiani Portugalliae, et etiam cognovit P. Sebastianum Romeo, rectorem collegii Romani Societatis Iesu et P. Hieronimum Rubiola Rectorem collegii Senensis, nunc defunctorum, de visu, tractatu et conversatione a multis annis et citra, ex quibus apparet esse scriptum unum *Diarium Patris Ludovici Gonzales*, quod scripsit existens minister Domus professae Romanae notando responsionem quam Pater Ignatius illi dabat » ...

Et iuxta tertium interrogatorium dixit ... « quod dictum *Diarium* sibi testi dederit Pater Ludovicus ... auctor illius ad hoc ut adderet in margine aliqua ad propositum, tanquam persona quae cognoverat Patrem Ignatium; et ita notae factae in margine sunt manu propria ipsius testis et pro talibus illas recognoscit ».

Videtur satis probabile apographum istud hispanum scriptum esse quando Hieronymus Rubiola adhuc erat Romae. Urbem vero reliquit 15 Aprilis anni 1556, postquam sacerdos factus fuerat die 4 eiusdem²⁶.

P. Ribadeneira potuit illud a Patre Ludovico González habere vel anno 1555 ante quam mense Octobri Romam ambo reliquerunt; vel anno 1559; quando iterum Romae simul vixerunt a die 10 Iunii quo Ribadeneira ex missione flandrica in Urbem pervenit, ad diem 3 Iulii eiusdem anni quo Ludovicus González Romam reliquit in Lusitaniam iturus²⁷.

Versio comprehendit ea quae hispanice scripta sunt in cod. *M* ad n. 324, seu notata usque ad diem 5 mensis Aprilis 1555; quia etsi in ms. sequuntur aliqua alia, non sunt nisi praecedentium repetitiones. Cur non tota pars hispana transcripta sit, nos latet, ut de cod. *N* paulo superius diximus.

Quod supra de ACTORUM versione (p. 337) dictum est, hic etiam repetendum esset; versionem nempe parum accurate factam esse; cuius incuriae non pauca exempla facile afferri possent.

Numeri a P. Ludovico praefixi, in hac versione frequenter omissuntur.

Aliqua quae sunt in cod. hispano *N*, et postea omissa sunt a P. Ludovico in cod. *M*, exstant in hac versione, ut suis locis annotabutur.

Cum tam magna pars textus hispani desideretur in versione, non possunt ex ea compleri lacunae quae sunt in cod. *M* versus finem operis. Ex hac tamen versione possumus concludere quantum apographum a P. Ribadeneira usurpatum contineret.

7. Versio itala.

In codice *Vitae* 28, qui videtur scriptus exeunte saeculo XVI vel XVII ineunte, et in cod. recentiori *Lus.* 108, qui prioris est mera transcriptio, exstat versio itala *Memorialis*, vel potius compendium, non ad litteram facta, sed ad sensum. Tota pendet a cod. *M*. Auctor versionis non distinguit textum hispanum a lusitano, sed ex utroque unum facit. Ita v. c. compendiatur nn. 13 et 14:

« (f. 1) Non si facevano in chiesa nostra ancora le lezioni di scrittura che hora si costuma di fare al popolo la sera á modo di predica, et giudicando alcuni che saria stato bene introdurle proposero al P. Ignº il P. Victoria, onde egli rispose, che considerassero, se vi fosse per esser numero competente di auditori, e se si sarebbe potuto durare; e concorrendo queste due condizioni, il

²⁶ Cf. *Polanci Compl.*, II, 584.

²⁷ Cf. *Ribadeneira*, I, 71; *Lainii Monum.*, IV, 434.

P.^e che dovrà legger in publico, facciane prima tre in privato con l'assistenza d'alcuni, i quali giudichino se egli sia atto o no».

Ubi in textu *M* sunt lacunae, compendium vel omittit rem integrum, vel solum sententiam in genere dat. Sic in n^o 198 omittit nomen viri religiosi; in n^o 206 omittit omnia verba dubia; nn. 209-210, 245, 297-299; 252-253; 342, 343, 344 etc. omittit.

Aliquando non bene intellexit textum originalem. Ita in n^o 311: « El Padre juzga que a personas, de quien se espera que pueden venir a seguir la via de la perfección, aunque pidan los Exercicios, no se les den abiertos » etc. « Giudica il P.^e che a quelli, de quali se può sperare, che entreranno nella Compagnia, benchè domandino gli esercizi, non si permetta che li facciano col ritiramento solito, ma lasciandoli star nelle sue occupazioni, si facciano meditare solamente ». Quod est omnino contrarium.

Nihil haec versio ad textum primitivum stabiendum inserire potest, quia textui *M* posterior et tota ab eo dependens, et valde imperfecta.

In codice *Histor. Soc.* 5 b (*Prius Memorie varie circa S. Ignazio*) a fol. 73 (45) sunt multa ex *Memoriali* versa in linguam italam, divisa per virtutes (v. g. Charitas et patientia, L'obedienza, Mortificatio passionum, La gratitudine etc.) et scripta manu patris Nicolai Lancicii. Omnia tamen pendent ex cod. *M*, nec quidquam est ex iis, quae in *M* desiderantur. Ad textum igitur stabiendum non inserviunt. Probabiliter Lancicius usus est his extractis ad scribendum libellum latinum « *Dictamina S. P. Ignatii generalia* », editum in MHSI²⁸.

In « Summa vitae Ven. P. Nicolai Lancicii » quae invenitur apud *Collectanea Lanciciiana* edita a Joanne Martinov S. J. (Parisiis 1877) cap. II, n. 6, dicitur: « Post theologica studia datum Nicolao negotium executandi Romani in domicilio professorum tabularii, et colligendorum argumentorum historiae Societatis Jesu, per Nicolaum Orlandinum concinnandae. Sexennium in eo fuit; maxima vero diligentia notabat, quae de Beato Societatis Parente vel reperisset ipse, vel aliunde accepisset. Ex istis collectaneis confectum de vita Sancti Patris opusculum opera Petri Ribadeneira Toletani ». Mira haec videntur, cum in Chronotaxi vitae praefixa dicatur Lancicium in hac re occupatum annis 1601-1605, quando iam Ribadeneira Vitam Patris Ignatii pluries ediderat, et *Dicta et facta* ante 1580 certo collegerat! Nonne potius dicendum Collectanea lanciciiana a Ribadeneira pendere? Sed de hac re in altero volumine agendum.


²⁸ *MI.*, Scripta, 476-506.

8. *Recapitulatio.*

Manuscriptorum MEMORIALIS Ludovici González, quorum certa notitia ad nos pervenit sunt:

- X. Notae scriptae a Ludovico coram ipso Patre Ignatio. [Cf. MEMOR. n. 12]. Deperdite.
- x' Notae longiores ab eodem Ludovico González, adiuvante amanuensi, scriptae [MEMOR. nn. 12, 39]. Originale nobis ignotum. Apographa servantur in sequentibus mss.
- S Apographum quod P. Sebastianus Romei retinuit [Cf. Nadal, III, 423, et paulo inferius annot. 11 Prologi]. Originale ignotum.
- R Apographum datum Patri Ribadeneira [Cf. sup. Praef. § 6, *Versio latina*].
- N Apographum Patris Nadal.
- n Apographum ex praecedenti procedens.
- x'' Apographum Patris Ludovici González, cuius primus quaternio Romae iterum transcriptus est, et cui adjunctae sunt adnotationes marginales Patris Ribadeneira [Cf. infra n. 31]. Originale ignotum.
- M Apographum a Patre Ludovico commentario lusitano ornatum.
- L Apographum a Lancicio factum. Deperditum.
- x''' Apographum Processus Remissorialis Matritensis.
- Vi Versio latina huius Processus a I. Viseto facta.
- It Versio sive compendium italum.

Illorum stemma ita potest exprimi.



9. *De integritate partis hispanae Memorialis.*

Lud. González dicit (Prologo, n. 9) se curasse in Lusitania ordinare, et purgare (*ordenar e alimpar*) notas Roma allatas, Posset quis suspicari eum aliqua vel omisisse vel addidisse in suo exemplari. Quantum deduci potest ex comparatione cum textibus antiquioribus *N* et *R* et versione latina *Vi* pauca omnino mutata sunt in redactione finali saltem in illa parte quam hi codices comprehendunt. Sunt aliquae omissiones vel additiones vel variationes in numeris 13; 24; 31; 67; 75; 83; 86; in n. 152 purgatio valde notanda; et aliae, quae in apparatu videri poterunt. Purgatio nobatior est illa n. 152 in quo nomen Patris Simonis mutatum est in *N*.

Böhmer²⁹, dicit se non invenisse in *Memoriali* edito in MHSI quatuor dicta, quae Ribadeneira in *Dichos y Hechos* dicit de-prompta ex illo; sed, accuratiore investigatione facta, inventa sunt tria: nempe citatum a Ribadeneira in p. 413, 11 est in n. 254, 3^o; citatum in p. 427, 41 est in n. 157 [6^o]; citatum in p. 427, 44 est in n. 199, 2^o circa finem. Restat illud citatum in p. 434, 72, quod per errorem aut Patris Ribadeneira aut amanuensis dicitur de-promptum ex *Memoriali*, cum sit ex Patris Polanci scriptis, ut Ri-badeneira dixerat prius p. 397, n° 23.

In « *Dichos y hechos* » (p. 415, n° 8) narratur poenitentia im-posita a Sto. Ignatio patri cuidam qui ad audiendam feminae con-fessionem sine socio iverat, quod dicitur depromptum ex Ludovico González. Hoc factum non invenitur in parte hispana *Memorialis*; sed simile narratur in Commentario lusitano, n. 59; unde existimat Böhmer translatum a Patre Lud. González e parte hispana ad lu-sitanam. Idem factum narratur latine in *De Actis Patris Ignatii* n. 56 (p. 364), et ut fons indicatur *R*. Haec poenitentia narratur a Polanco ex commissione patris Ignatii in epistula ad omnia colle-gia, die 29 Septembri 1554 data³⁰. Et quidem narratio in *De Actis* et *Dichos y hechos* concordat cum narratione coaeva Po-lanci melius quam Ludovici González: egressus sine socio, disciplina coram octo sacerdotibus, dum unusquisque psalmum recitat; in narratione vero Ludovici González: egressus cum socio, sed qui remanet in parte ubi non videt confessarium durante confessione; disciplina dum recitat septem psalmos et quidem ab ipso Ludo-vico electos. Nihil de praesentia aliorum sacerdotum. Exstat tamen altera redactio in notatis quae Patri Ludovico González tribuun-tur, de quibus supra egimus § 4. Eam potuit videre Ribadeneira.

²⁹ *Studien*, I, 320.

³⁰ Cf. *MI.*, Epistolae, VII, 588-589.

10. De parte lusitana MEMORIALIS seu Commentario.

Cum auctor in *Prologo* et in Epistola ad P. Mercurianum, dicit se scripsisse hoc commentarium lusitanum annis 1573, 1574, nempe decem et septem vel decem et octo annis post notata anni 1555; quaeri iure potest, primum num longus hic temporis lapsus et disparatae occupationes auctoris in narratorum memoriam influerint; secundo num animi status auctoris ultimis vitae suae annis narrationem pervaserit, ut non clara, sed aliquo affectu colorata sit.

Defectus memoriae inveniuntur certe in Commentario, non solum in illis locis ubi auctor fatetur se non amplius de aliquo facto recordari, ut in n. 70, ubi agitur de Octavio neapolitan; n. 276 (in fine), ubi agitur de Drusiano; n. 331; n. 352 de Vincentio siciliano etc.; sed etiam in aliquibus aliis locis ubi ex modo seguro narrandi nullus talem defectum suspicari posset, ut cum in n° 29 dicit Petronium ingressum Societatem mortuo patre, cum certo constet illum adhuc anno 1558 in vivis esse, ut infra patebit; et cum in n° 164 dicit se cum sociis solvisse Genua in Hispaniam die 2 Decembri 1555, quod cum his quae prius narrat de commoratione genuensi uhius mensis cum dimidio, nullo modo stare potest. Et hoc quidem loco fortasse error amanuensis in notando die admitti possit. Igitur cognito memoriae Ludovici tempore quo Memoriale scripsit defectu, curavimus, quantum ex documentis coaevis nobis licuit, facta narrata comprobare, vel errata indicare, ut in annotationibus ad singulas paragraphos appositis videri poterit.

Inter annum 1555 et 1573 multum creverat Societas Iesu, multa in illa evoluta erant. Multa quae tempore Sti. Ignatii fundatoris minus certa erant et definita, fixa fere devenerant. Aliqui, inter quos noster Ludovicus González, existimabant in quibusdam rebus, et in aliquibus Provinciis eam a spiritu patris Ignatii aliquantum defecisse, et volebant ad antiquum modum praesertim in noviciorum educatione reverti. Ipse P. Ludovicus scribebat die 13 Iunii 1573 ad P. Mercurianum novum praepositum generalem: «Os padres me escreven que nas provincias de Alemanha se criaram ategora os noviços ao modo antigo. Consoloume isto muito, porque he sinal que tambem os professos e antigos são do modo antigo; e dessas provincias espero em nosso Senhor que se plante o modo antigo em todas as mais e nesta que tem bem necessidade disso»³¹.

Qui ita cogitabat, nihil mirum si, quando se offert occasio, fortasse ultra modum se extendat in ponderanda noviciorum edu-

³¹ Cod. Lus. 65, f. 208.

catione tempore Sti. Ignatii, in maiore libertate externa illis relicta, in minori tempore orationi privatae dicato; minus curans de progressu facto in constitutionibus (quae anno 1555 adhuc in fieri seu in experimento erant) in usum deducendis.

11. *De egressis e Societate vel ab ea expulsis Romae praesertim, tempore Sti. Ignatii.*

Aliqui *Memorialis* lectores turbantur, quasi Stus. Ignatius in eo depingatur vel nimium proclivis ad expellendos homines a Societate, vel ad eos expellendos sine causa proportionata.

Stus. Ignatium voluisse ostium apertum ad purgandam Societatem, in nostris traditionibus est; idque ei non vitio, sed virtuti et prudentiae ab auctoribus iure vertitur.

Neque si bene res perpenditur, quidquam contra virtutem in hac re in *Memoriali* deprehenditur.

Considerandum est nullum socium professum, sed neque coadiutorem formatum, electum esse a Sto. Ignatio e Societate. Omnes de quibus *Memoriale* loquitur vel nulla vota fecerant, vel solum prima vota, quae si voventes ad perseverantium obligant, ex parte tamen Societatis sunt revocabilia ad nutum praepositi, sine ulla iudicali forma. Quod ingredientibus Societatem notum fit, ut scienti et volenti nulla fiat iniuria. Ita facile explicatur illa satis numerosa electio scholasticorum collegii romani aestate anni 1555, de qua mentio fit in *Memoriali* nn. 348 sqq., si Stus. Ignatius estimavit illos non futuros utiles Societati. Nec omittendum, cum de alicuius expulsione agitur, potuisse sanctum Ignatium alias causas ad ita agendum habere, praeter illas quae aliis notae erant. Ipse etenim Ludovicus González ponderat Sancti Ignatii parsimoniam in loquendo de aliorum defectibus et erratis, etiam quando necesse erat alios consulere. Cf. *MEMORIALE*, nn. 91, 249, 405.

Ingratiorem impressionem in animo excitat expulsio illorum patrum et fratum quae narratur n. 48 sqq. post traditam prudenter doctrinam circa suavem agendi modum Sti. Ignatii erga novicios, et rigorosum erga veteranos qui parum in spiritu profecerunt, vel sunt inobedientes, vel alios a Societate deviare conantur. Oritur ingrata impressio ex aliquantulum confusa narratione et commentario eorum quae Ribadeneira addidit in margine scripti Ludovici González, quae hunc in aliquem errorem induxerunt. et coegerunt ad congerendos hoc loco complures casus expulsoris, qui diversis annis acciderunt, et de quibus Ludovicus noster ne cogitasse prius videtur. In textu primitivo duo tantum indicabantur: «lo que hizo con un padre este Diciembre del 54, y ... cómo despidió Antonio Marino». Ribadeneira addidit alia nomina et locutionem «y otros».

Si quis vero non prima impressione duci se sinit, sed serena mente singulos casus cum appositis annotationibus considerat, videlicet nihil esse in modo agendi Sti. Ignatii reprehendendum.

Et de Ludovico González posset quis suspicari agi suo charactere irascibili et cholericō (« a minha colera », ut ipse loquitur ad Mercurianum); sed hoc non videtur posse dici de aequanimi Ribadeneira, qui tamen de illorum expulsione loquitur, non solum in hac marginali annotatione, sed in *De Actis, Dichos y hechos et De ratione gubernandi*³².

12. *De prima MEMORIALIS editione, et de hac nostra.*

Memoriale diu in archivis latuit. Primo editum est anno 1904 in MHSI³³. Haec editio satis fideliter reddit cod. *Lus. 109* additis numeris, quibus Ms. caret, ante paragraphos. Quam paragraphorum divisionem et numerationem, licet non semper nobis felix visa sit, refinuimus generatim in nova editione, ne citationes secundum primam difficile inveniri possent. Editoribus ab aliquibus criticis³⁴ vitio versum est quod non satis distinxerint partem primitivam hispanam a commentario lusitano; quod variantes lectiones paragraphorum a Ribadeneira exscriptorum neglexerint, nec locos parallelos indicaverint; quod versionem italam nimis parum adhibuerint. Rectae nobis videntur hae inculpatae imperfectiones praeter ultimam. Nam versio itala, ut supra vidimus, nihil ad textum genuinum stabiendum inservit.

Gravior videtur nobis omissio lectionum variantium cod. *N*, quia hic codex praebet textum (incompletum quidem) partis hispanae antiquiorem textui codicis *M*. Et quidem textus ille editoribus (ut ex manuscriptis quae apud nos manent, constat) notus fuit; sed quia incompletus erat, illum despicerunt.

Omnes has imperfectiones corrigere in hac nova editione, quantum nobis licebit, intendimus. Conati sumus etiam signo [*i. d.*], id est; *incerto die* indicare loca, quae ad nullum definitum diem referuntur; seu quae numero praefixo carent; licet hoc aliquando non fuerit facile ob negligentiam amanuensium in illis numeris transcribendis.

Annotationes praeterea numerosiores addidimus sive ad personas melius indicandas, sive ad facta diiudicanda. Definire de quibus personis agit auctor, non semper valuimus, defcientibus catalogis Romanis illius temporis. Dum enim ex curia nostra Roma na postulabantur catalogi personarum aliarum domorum, nomina

³² Cf. *ML. Scripta*, I, 386-387; 416-417; 457-458.

³³ Ibid., 153-336.

³⁴ Cf. Böhmer, *Studien*, I, 322.

et qualitates eorum qui Romae erant, quia notae, in scriptis non servabantur.

Ut in descriptione codicis *M* diximus, circa finem codicis sunt frequentes lacunae, quas spatio albo proportionato relicto, imitari in nostra editione conati sumus.

13. *De Memorialis propagatione et usu.*

Unicam versionem integri operis novimus, hispanam scilicet, factam a P. Augustino Macía, S. I.³⁵. In ea auctor aliquas varian-tes lectiones cod. *N* admisit.

Ceterum multi auctores qui de Sto. Ignatio de Loyola scrip-serunt, hoc opere *Memoriali*, sive directe, sive indirecte, usi sunt ut Ribadeneira, Maffei, Lancicius, Bartoli, et alii complures inter antiquos. Post editum integrum *Memoriale* anno 1904 in MHSI, non pauci etiam auctores illo usi sunt, inter quos nominare placet patrem EMMANUELEM AICARDO, S. I.³⁶; et patrem ANTONIUM HUON-DER, eiusdem Societatis³⁷.

SIGLA CODICUM USURPATORUM:

M. Cod. *Lus.* 109.

N. Cod. *Instit.* 221 (Apogr. P. Nadal).

N^b Fragmenta MEM. repetita in eodem cod.

n. Romac, *Fondo Gesuitico al Gesù*, Ms. 16.

R. Ribadeneira in opere *Dichos y hechos* etc.

Vi. Versio latina processus compulsorialis matritensis.

It. Versio itala.

[i. d.] significat esse incertum diem quo L. González audi-vit narrata in illa paragrapho.

Littera ^b post aliquem numerum indicat numerum illum repetitum a nobis ante paragraphum, quae numero notari debuisset, v. c., 245^b.

³⁵ *Memorial de algunos dichos y hechos de San Ignacio de Loyola escrito por Luis González de la Cámara sacerdote de la Compañía de Jesús*. Madrid, 1921.

³⁶ Cf. eius opus: «Comentario a las Constituciones de la Compañía de Jesús». 6 vol. Madrid 1919-1932. *Passim*.

³⁷ Cf. eius opus posthumum: «*Ignatius von Loyola*». Beiträge zu seinem charakterbild. Herausgegeben von Balthasar Wilhem S. J., Köln, 1932. *Passim*.

Textus

ALGUMAS COUSAS

QUE O PADRE LUIS GONÇALVEZ NOTOU
NA VIDA DE NOSSO PADRE IGNACIO

as quais vão escritas por modo de teisto em castelhano, por
 5 que assy as escreveo em Roma no tempo que lá conver-
 sou a nosso Padre. E pera maior declaração vão feitas so-
 bre ellas humas annotações por modo de grossa em Por-
 tugues, porque as fez o mesmo Padre Luis Guonçalvez
 cá em Portugal.

10 [p. 1] PROLOGO DO PADRE LUIS GUONÇALVEZ

1. *Ad ordinem religiosum fundandum solet Deus eligere virum divino spiritu plenum, sicut elegit Beseleel ad arcae et tabernaculi executionem. — 2. Quo magis immediati cooperatores ad Beseleel accederent, eo perfectiores essent. Ita religiosi, quo magis eorum fundatorem imitari conentur. — 3-6. Quare noster Ludovicus et Ignatium Patrem videre et minimas eius actiones annotare (ut fr. N. sancti Francisci Assisiensis socius), et modum gubernandi subditos cupiebat. — 7-8. Frustra petita venia eundi Romam, tandem id assequutus est anno 1553; ubi Patrem Ignatium agnovit, opinioque quam de illo conceperat valde aucta est, etiam comparatione B. Petri Fabri, quem sanctissimum cognoverat. — 9. Factus anno 1554 Domus Romanae minister multa circa Patrem Ignatium annotavit, quae secum in Lusitaniam attulit, et tandem anno 1573 ea ordinare conatus est ut aliis communicari possent. — 10-11. Modus quo id fecerit.*

1. Como as religiões não sejão outra cousa senão huns particu-
 lares modos de viver conforme aos preceitos e conselhos de Chris-
 to, diversos não somente da obrigaçao e ley commua, que todos
 temos por respeito da perfeita observancia que nella se professa,
 15 mas tambem antre si humas das outras, pollos especiaes flns e
 meyos, que cada huma pera isso escolheo: sempre tive pera mim
 que, assi como Deos chamou e encheo de spirito divino (porque
 assi o diz a Escritura)¹ de sapientia, entendimento, e sciencia a
 Beseleel, filho de Uri, pera traçar e fazer perfeitamente tudo o
 20 que se pode lavrar em ouro, pedras preciosas, prata, cobre, mar-
 more e pao de toda a sorte, e lhe deu por companheyro a Oliab,

¹ Exod., 31, 2 sqq.

pera que fizessem o tabernaculo, arca do testamento, propitiatorio, e tudo o mays que o mesmo Deos tinha mandado fazer a Moy-ses; assy pera a fundação e edificio de qualquer religião, que Deos N. S. quis fundar e edifcar no mundo, costumou chamar e ²⁵ escolher particulares artifcias, e os encheo da graça e espirito que especialmente lhes era necessario pera serem immediatos fundadores destes vivos tabernaculos, e arcas dedicadas à guarda da ley e perfeita observancia do divino culto.

2. E por esta causa, como os mais officiaes que se ocupavão ³⁰ na fabrica daquelle obra, tanto serião nella mais perfeytos, quanto mais [p. 2] trabalhassem por imitar a Beseleel e Oliab, assy me parecia ser totalmente necessario aos religiosos, que se pretendem perfeyçoar em seu estado, pôr muita diligencia em conservar o espirito de seu immediato fundador; e que em tanto duraria a ³⁵ religião na pureza em que foy instituida, em quanto esta imitação do que Deos primeyro escolheo permanecesse.

3. Por esta causa dipois que entrey na Companhia a Pascoa de quarenta e cinquo ², desejei sempre muyto ver e conversar nosso P. Ignacio de Loiola, a quem nosso Senhor nos deu por exemplo ⁴⁰ e cabeça deste corpo mistico, de que todos somos membros. Acrecentavam-me estes desejos, alem de outras causas particulares, duas que mais me movião, huma das quaes era, desejar de ter obediencia de entendimento, de que tanto ouvia falar na Companhia; e parecia-me que pera poder alcançar esta virtude seria bom meyo ⁴⁵ ouvir a doutrina daquelle, cujos conceytos nas cousas da Companhia se avião de ter como os primeyros principios de qualquer sciencia, que não costumão nem podem ser nella demonstrados. A outra foy a summa opinião que tinha da santidade da pessoa do mesmo Padre, a qual concebia não somente pollo muito que ⁵⁰ delle nos contavão os que o avião conversado, mas polla grande perfeyção que na Companhia e em seu modo de proceder ja então exxergava; e assi me lembra que, cuidando myntas vezes nisto, fazia comigo este argumento: Se o fruyto e obra he tal, qual deve ser a arvore e artifice?

4. Nem pre [p. 3]tendia somente alcançar hum conhecimento comum do grosso e cousas geraes do P. Ignacio, porque bem sabia que se avião estas de escrever, como se costumou sempre fazer nas dos fundadores das outras religiões; antes todo meu deseo era tomar por conversação experientia de suas myudezas e ⁵⁵ particularidades, parecendo-me que dellas pendia a perfeita imi-

35 en ms. || 36 en ms. || 41 ovia ms. || 59 religiões supra lin.

² Anno 1545 pascha incidit in diem 5 aprilis. In catalogis lusitanis noster Ludovicus dicitur ingressus Societatem die 27 Aprilis 1545. Cf. Lus. 43 ff. 2, 252; cf. etiam RODRIGUES, História, I/1, 447.

tação, que de N. P. devemos todos pretender. Entendo isto bem quando me lembro daquelle santo religioso, que S. Francisco tirou do arado, e tomou por seu frade e companheiro, por nome frey
 40 solicitud y diligencia, le mandase el despacho del obispado como él lo embiaba a suplicar al papa; y diciendo el Padre al embaxador que, cumpliendo buenamente con el Rey su señor, no llevase todavía la cosa al cabo, porque en ello no se ofendiese tanto la Compañía, como se ofendía aceptando el tal obispado: él le respondió, después de otras muchas palabras graciosas, que, se M^r Claudio no quisiese aceptar el obispado y el papa no le descomulgase, que él se iría de Roma.

Viendo, pues, que el negocio iba tan de veras, y tornando a hablar a Micer Bernardino Mafeo, halló el Padre cómo tres cardenales de los que entienden en negocios, habían visto la carta del Rey para el Papa, y tenían, con santa y buena intención, determinado que se llevase otra vía en esto; porque, aunque el sumo pontífice, a suplicación del embaxador, hoviese mandado que se hiciese un breve, en el qual mandaba al P. Claudio aceptase el obispado, díjican los tres cardenales que, por excusar más excusaciones, sería mejor que S. S. le hiciese luego obispo, y después le embiase el sobredicho breve. Con esto, dícía el secretario que le parecía que todos los cardenales nos serían contrarios; y que, se algunos debrián de ser en nuestro favor, eran el cardenal de Inglaterra ⁶, y el que era maestro de sacro palaeio ⁷, por quanto estos dos habían también rehusado obispados.

Mas hablando nuestro Padre al uno dellos y algunos otros, y no hallando lo que deseaba, determinó irse a la fuente, y a hablar al papa, porque la conciencia no le acusase de no haber puesto
 65 todos los medios posibles en este negocio; y haciéndolo así, con mucha humildad dió larga cuenta a S. S. de todo, mostrando con [p. 197] muchas razones no convenir tal elección ni a la Compañía, ni al bien de las ánimas. La primera que hacía por la Compañía, era en esta forma. Esta Compañía comenzó con espíritu de
 70 baxeza y humildad, y con este espíritu es asás manifesto quanto nuestro Señor se ha dignado hasta ahora obrar por ella; por lo

⁶ de aquí *om.* E || 55 excusaciones; executiones E || 58 que todos los cardenales, como le parecía, serían E || 61 dos] días E || 62 y a algunos E || 63 y hablar E || 65 en esto negocio E || 70 esto spirito E || 71 hasta ahora *om.* E.

⁷ Reginaldus Pole, creatus cardinalis 22 decembris 1536. Obiit 16 decembris 1558.

⁷ Thomas Badia, O. P. creatus cardinalis 7 iunii 1542, mortuus 8 decembris 1547, fuerat magister Sacri Palatii ann. 1529-1542. Cf. P. INNOCENTIUS TAURISANO, O. P., *Hierarchia Ordinis Praedicatorum*, Pars prima, ed. altera (Roma 1916) p. 51-52.

que, dexando al presente su principio y devoción primera, procediendo con espírito a ella muy contrario, como es aceptar y subir en dignidades, claro es que no podrá conservarse en su paz y buenas obras sin que venga a gran ruina de sí misma.

La 2^a razón: como sean tan pocos los profesos desta Compañía⁸, no hay que pensar sino que, aceptándose esta dignidad, puede venir por ello a gran destrucción; porque, tomándose el di-
cho obispado el P. Claudio, otro profeso haría lo mismo, y a éste otro le seguiría, et sic de caeteris, hasta no quedar ninguno. Y
confirmase lo dicho: porque, de siete años a esta parte, se han ofrecido quatro obispados a cuatro de los nuestros, de los cuales,
se uno solo le admitiera, fácilmente le seguieran los otros, quod
Deus auferat.

La tercera: que hace por el bien de las ánimas: en esto se ofendería mucho el bien de las ánimas, y el provecho universal del próximo; porque a la postre Mº Claudio no podría ayudar más ánimas que las que tuviese en su obispado, aceptándole; mas no siendo así, podía por muchas ciudades, provincias y reinos hacer gran fruto en el Señor; porque, se en una se no recibe la palabra de Dios, en otra es muy bien sembrada y da ciento por uno, como consta de las cosas, que por los particulares desta Compañía son hechas, Domino cooperante, por las partes de Italia, España, Alemania, Ungaria, Portugal y sus Indias.

La 4^a: siendo así que la Compañía está por todas estas partes tenida en gran crédito y veneración en el Señor nuestro, principalmente por proceder con este espírito de humildad y simplicidad y tan ageno de cobardía, no hay dubda sino que, tomando ahora dignidades, podría causar en ello más escándalo, desedificación y murmuración por doquiera que fuere conocida, de lo que es el provecho que se puede hacer en uno particular obispado.

La 5^a: podríase causar otro daño notable a la Compañía, aceptando la dicha dignidad, y es que, siendo en ella al pie de ducientos entre novicios y estudiantes, que, dexadas todas las cosas seculares, se han deliberado para entrar en ella con pobreza, castidad y obediencia, podría ser que muchos de ellos, escandalizados porque tomábamos obispados mudando nuestro principio volverían atrás; otros tendrían ocasión de quedar o entrar en ella con aquel pen-

73-74 sobre E || 79 por el P. Claudio E || 81 siete, sete E || 82 ofrecido E || 83 si E; le] se E; seguirían E || 85 por el] al E || 86 al bien dellas y al provecho E || 88 aceptándolo E || 89 podría E || 90 si en una no se E || 91 das E || 92 destal de la E || 1 nuestro, principalmente *desunt in E* || 2 este *deest in E* || 3 no hay] que no hay E || 5 doquiere E || 7 a la] en la E || 8 dicha *deest in E*; que es que E || 12 principio) propósito E || 13 y entrar en la Compañía E.

⁸ Ineunte anno 1547, quando haec agebantur, professi Societatis Iesu non erant nisi decem vel undecim.

samiento o fluctuación, que a su tiempo también podían ser obispos; y así la devoción de la Compañía se podría convertir en separación y ambición.

Desta razón y de otras muchas hacia el Padre gran cuenta, estando solo con S. S. en la primera audiencia, y en la cámara después de comer; hasta que el papa, pensando él que todo lo tenía hecho, le respondió con mucha caridad, loando sus razones y largos discursos, y alabando la Compañía; empero paró en una cosa, que él tenía fixa y determinada en su ánimo, es a saber, que lo que el Rey había hecho en [p. 198] proveer el obispado por Mº Claudio, había sido del Espíritu santo, alegando para ello autoridades, como: cor regis in manu Domini est⁹, etc.; y que S. S. así lo sentía.

Finalmente, a cabo de muy largas pláticas el P. Ignacio dixo a S. S. que, se este obispado se aceptaba, habría dello tan grande escándalo y murmuración, que no podrían los de la Compañía venir a hablar a S. S. o a cardenales y otros señores, sin que el pueblo dixese que venían con ambición a buscar y pretender semejantes dignidades; y que este mismo escándalo había ya sentido el Sr. Juan de Vega¹⁰ y Madama¹¹, y que por tanto habían de hablar en ello a S. S.

Entonces respondió el papa al Padre que fuese y hiciese oración sobre el caso, y que él también miraría en ello; y así, después de le pedir ciertas gracias, que S. S. le concedió, se fué de nuevo a buscar todos los medios posibles para estrobar lo dicho, no hallando reposo alguno sin que primero hubiese alcanzado esto como deseaba; y luego hablando al Sr. Juan de Vega, hizo con que el secretario del emperador¹² fuese por su vía del hablar y tratar el caso en nuestro favor con el papa; empero, aunque hizo su embaxada con el mayor calor que pudo, no hubo otra respuesta de S. S. más favorable que la que dió a nuestro Padre, antes le halló más puesto en dar el obispado a Mº Claudio; y viéndolo Micer Ignacio, ayudándose de micer Petro Codacio¹³ y de quantos podía, tomó por estaciones santas visitar y hablar a quantos car-

⁹ Cf. Prov. 21, 1.
¹⁰ Ioannes de Vega, legatus Caroli imperatoris, paulo post Siciliae prorex.
¹¹ Margarita de Austria, Caroli imperatoris filia, uxor Octavii Farnese, Pauli III nepotis.

¹² Videtur indicari Petrus Marquina, Societatis amicus.
¹³ Domus Romanae Societatis procurator. Vide supra, p. 201, annot. 13.

denales pudiese, porque dentro de tres o quatro días se esperaba el consistorio, en el qual se había de proponer la question.

Es increíble la diligencia que se hizo sobre esta materia; porque acaecia a S. R. no le bastando el trabajo del dia entero, hablar de noche a tres cardenales, morando uno de otro una buena milla, como es del cardenal Gaddi¹⁴, que vive en Montecitorio, al cardenal Salviati¹⁵, que está en el burgo cabe palacio. Tanta fué su diligencia, Domino cooperante, que la mitad de los cardenales eran de nuestra opinion y todos en nuestro favor; porque, dexando éstos, los otros, que querrian que el obispado se aceptase, movianse a ello juzgando que los obispados se debían dar a buenos y en doctrina suficientes, quales ellos dizian seren los nuestros; y que por eso en ninguna manera los debíamos rehusar: y desta sentencia era una buena parte dellos, aun los que más nos quieren y aman en el Señor.

Ni ha quedado cardenal a quien no se hablase en esta materia por nuestra parte, sino solos dos; al uno, porque le fué dado cargo de proponer el obispado en consistorio, y así nada aprovechara; y al otro, porque, habiendo al principio de su devoción, renunciado otro obispado, le volvió después a tomar¹⁶.

Y ansi, viéndonos tan cercados de todas partes, y que el dia siguiente se hacia el consistorio, estando aún el papa con lo su parecer, tomó por remedio nuestro Padre irse a Madama, y hizole escribir una póliza a S. S., en que le suplicaba hiciese por bien que no se tratase el caso en el consistorio señalado, y que se esperase hasta que S. Excelencia y el Sr. Juan de Vega escribiesen sobre ello al Rey; y que entonces, no desistiendo él y mandándolo S. S., que la Compañía aceptaria el obispado. Embiada la cédula en el mismo jueves, víspera del viernes en que se tenía el consistorio, respondió el papa a Madama que le placia dello. [p. 199] Empero no sabiendo esto el cardenal, que había de proponer el negocio, le propuso al dia siguiente, aunque no proseguío por delante, saliéndole al encuentro con buenas razones, que para ello trahia, uno de los de nuestra opinión. Luego el P. Ignacio hizo escribir al Sr. Juan de Vega, a Madama y al cardenal de Carpi¹⁷, como

¹⁴ a S. R. al Padre E || 53 al] el E || 54 Borgo E || 55 su] la E || 58 que los] buenos E || 60 que om. E || 64 solos] sooy M || 67 después] depois E || 68 de todas las E || 79 procedió E || 80 trazia E.

¹⁵ Nicolaus Gaddi, cardinalis ab anno 1527 ad 1552.

¹⁶ Ioannes de Salviatis, creatus cardinalis 1 iulii 1517. Obiit 28 octobris 1553.

¹⁷ Indicari videtur Ioannes Petrus Carafa, qui anno 1524 theatinum episcopatum resignavit, quem iterum anno 1537 resumpsit. Cf. EUBEL. III, 331.

¹⁸ Rodulphus Pio de Carpi, cardinalis ab anno 1536 ad 1564.

protector nuestro, al Rey, y él mismo también lo hizo en nombre de toda la Compañía¹⁸ con tantas razones y lamentaciones, que 85 siempre hemos tenido buenas esperanças del suceso.

Asimismo dió recaudo, con que los nuestros que están en el concilio¹⁹, y M^r Bobadilla, do quiera que sea, escriban y hagan escrebir en Trento a los que pudieren, a su Magestad sobre este caso; puesto que en el concilio a solo un prelado pudieron hacer 90 escribir, por haberen también allá diversos pareceres en la cosa.

Hechas todas estas diligencias por acá, todavía don Diego Lasso instaba quanto podía porque no hiciese demora en el cumplimiento de la suplicación del Rey su señor; y así hizo con que en el otro consistorio siguiente, que vino ocho días después, volvióse el cardenal señalado a proponer su causa; mas por la gracia de Dios fué como de primero impedido, declarando S. S. que quería cumplir la palabra dada a Madama, y esperar la respuesta del Rey, la qual ahora ha pocos días llegó, mandando a su embaxador que ni inste más, ni proceda adelante con el negocio, juzgando ser así mejor. Por lo que se ordenó que aquí en casa se diesen misas y *Te Deum laudamus in gratiarum actionem*, por salirmos de tanta tribulación y pestilencia; que, cierto, todos creíamos ser como amascarrados o tisnados, si el tal obispado se recibiera. Sean infinitas y incesables gracias a Dios N. S. por ello.

[*In Supplemento hoc Memorialis omissa sunt quae sequuntur*] «A una de V. md. tam deseida responde el P. Mtro. Ignatio, que es todo suio en el Señor nuestro. El qual por su infinita y summa bondad nos quiera dar su gracia cumplida para que su santissima voluntad sintamos, y aquella enteramente cumplamos. — De Roma ij de Março de 1547. — Siervo de V. md. en el Señor nuestro — BERTOLAMÉ FERRÓN». [*Omissa etiam sunt quae scripta fuerunt loco inscriptionis in apographo cod. Eborensis:*] «Carta que o P. Bertolameu Ferrão escreveo de Roma em Março 1547 ao P. Miguel de Torres, o qual, ainda que ia em Roma hora recebido na Companhia e tinha feito os votos della, todavía em Espanha se não tinha declarado por tal, por concluir certos negócios de importancia, e assi lhe escreve como a pessoa secular».

¹⁸ escriba *E*; haga *E* || 92 demora¹ emend. ex detencia; detençā *E* || 2 com-
prir *E*; dada om. *E* || 4 negocio, y *E* || 5-6 se ordenó le díxesen *M* || 8 el om.
E || 9 enfenitas y encessables *E*.

¹⁹ Epistola P. Ignatii ad Ferdinandum Regem, data mense decem-
bri 1546, edita est in *MI.*, Epist. I, 450-453.

¹⁹ Tridentini versabantur PP. Laínez, Salmerón et Claudio Iaius.

[SUPPLEMENTUM 3]

[*Supra ad n. 149 diximus esse aliqua cancellata in margine manuscripti, in p. 74, ita ut solum possint legi verba: « SUPPLEMENTO 3o ». Ad finem codicis, post Supplementum 2, sine ullo titulo exstat scriptum et cancellatum in p. 199, lineis 14, initium Responsoris ad decretum facultatis theologicae parisiensis contra institutum Societatis Iesu, de qua responsonie late agit auctor in n. 149, et nos in annotationibus ibidem appositis. Responsorio illa integra edita est in opere Cartas de San Ignacio de Loyola, tomo V [Madrid, 1889], p. 494 sqq., cuius ope legi possunt hic sequentia:*]

<BREVIS RESPONSIO AD EA QUAE IN DECRETO VENERANDAE FACULTATIS THEOLOGIAE PARISIENSIS ADVERSUS INSTITUTUM | SOCIETATIS NRAE. CONTINENTUR. IN QUA ORDINE SINGULIS IPSIUS DECRETI ARTICULIS SATIS FIT.

PRIMUS DECRETI ARTICULUS

Haec nova Societas insolitam nominis IESV appellationem sibi vendicans

Non est valde insolita haec appellatio. Sunt quidem in Italia quaedam congregations quae idem nomen habent. Sunt enim religiosi qui Jesuati vocantur. Exstat et religio militum Christi; nec est cur quisque magis hac appellatione offendatur >

claros mas. 2º de la con su manta desbaratada y falso
operar en la 3º del modo y liber-
tar con su mando Sablar al embajador por Bala-
dilla y despues por Saynez. 4º de labrar la g Sa-
ynez. V. detodos y maxime de Saynez.

Supo el p. q algunos pensaran ser necesario
tener notor pa yr al pliego, y q era peligro aesta
intencion los size y mostes sintilo mucho y
modo q luego fueran algunos finellos y el primero
pienso fue Sarmes de tornay.

18. octob.

El p. dixo como q si en Sablar mas q
se tra ueremos q tan desmejorada y
tan desedificativa q se lle alto en casa, y

MONUM. 13. — Exemplum scripturae codicis Lus. 109.
Vide p. 741-742.

Algunz dias qre le rojeron de q a don an-
tonio suadero monoz q qro qdres
de qm qm duren qm mch qdres
plega qdres 2 dengos qm pdcauas q
much qm n ai fomedio qm pdcauas q
qm n ai ador qdres lora qm fomedio q
pdcauas qm pdcauas

Exemplum scripturae autographae P. Ludovici González.
Vid. Lain. Mon. V, 156-157.

14

THEOLOGIAE MYSTICAE HENRICI HARPHII DEDICATIO
IGNATIO ET SOCIETATI IESU

11 NOVEMBRIS 1555

Praefatio

Henricus Harphius (Herp) O. F. M. fuit Guardianus domus mechliniensis sui Ordinis, quo munere fungens obiit anno 1477. Edidit primum *Speculum aureum de praecceptis divinae legis* (Moguntiae 1474)¹; sed maius momentum habuit eius opus *Spieghel der Volcomenheit*, quod, lingua flandrica primum editum (Moguntiae 1475, Antuerpiae 1501, 1502, 1512), latine reddidit cartusianus coloniensis Petrus Blomovenna (Blommevenne)² sub titulo: *Directorium aureum contemplativorum* (Coloniae 1513)³.

¹ De operibus Henrici Herp videatur prae primis L. VERSCHUEREN, O. F. M., *Hendrik Herp O. F. M.*, *Spieghel der Volcomenheit*, Antwerpen 1931. In primo vol. (*Inleiding*) habetur descriptio manuscriptorum et editionum operis. In altero autem (*Tekst*) editur textus originalis cum versione latina Blomvennae. — Vide etiam WADDINGUM, *Scriptores Ordinis Minorum*, pp. 112-113; SBARALEA, *Supplementum et castigatio ad scriptores trium Ordinum Sancti Francisci a Waddingo descriptos*, p. 357.

² Petrus Blomovenna antecessit in munere Prioris Cartusiae Coloniensis (1507-1536) Gerardum Kalkbrenner (1536-1566), insignem Beati P. Fabri et totius Societatis amicum. Erat etiam avunculus cartusiani Petri Marnef (a cartusianis coloniensibus nomine avunculi Blomovenna etiam vocati) qui fuit Prior Generalis in Magna Cartusia prope Grenoble (1540-1546). Dum is hoc munere fungeretur, Capitulum Generale totius Ordinis, rogante priore Kalkbrenner, concessit Societati Iesu communionem spiritualium bonorum. (Textus huius documenti in *MI.*, *Epistolae et Instructiones*, XII, 483-484). De his vide GREVEN, *Die Kölner Kartause und die Anfänge der Katholischen Reform in Deutschland*, (Münster in W. 1935), pp. 12-16.

³ Ad hoc opus *Directorium aureum contemplativorum* referenda sunt quae dicuntur in celebri illa instructione S. Ignatii (a. 1549) de rebus mysticis, scripta occasione opinionum PP. Andreae de Oviedo et Francisci Onfroy: *y alguno dellos [autores], como Henrrico Herp, tiene, sin duda, necesidad de ser glosado en algunos lugares, para que se sufra lo que dice. Como se ve por un auctor que al principio de su obrecilla scrive una grande prefación. No ocurre a la memoria su nombre; pero es cierto que, siéndole favorable, dice esto* (*MI.*, *Epist. XII*, 650). Longa

Insignis cartusianus Coloniensis Theodoricus Loher⁴ *Directoriū* et alia opera edita et inedita Harphio tributa collegit in uno opere sub titulo: *Theologiae mysticae D. Henrici Harphii theologi eruditissimi, juxta ac rerum divinarum contemplatoris profundissimi, cum speculativa, tum affectivae, quae non tantum lectione juvatur quam animi puritate, exercitioque obtinetur amoris.* Huius operis duas fecit editiones Coloniae, 1538, 1545. Post eius mortem (1554), frater eius Bruno Loher⁵, monachus ipse Cartusiae Coloniensis, tertiam fecit editionem (1556)⁶, cui dedicationem praefixit Ignatio ceterisque Societatis Patribus, datam 3 Idus (11) novembribus 1555⁷.

Cum in hoc scripto brevis idea detur fundationis et primaevae diffusionis Societatis, visum est nobis illud in hoc volumine de fontibus vitae S. Ignatii includi oportere, cum praesertim agatur de primo textu huius indolis qui, quantum cognoscimus, vivente adhuc Patre Ignatio, typis mandatus sit. Iuvabit etiam ad illustrandam intimam benevolentiae consuetudinem quae, iam ab ipsis Societatis primordiis, Patres S. I. cum cartusianis Coloniensibus devinxit, agente praesertim B. Fabro qui annis 1543 et 1544 eorum

re vera est praefatio Blomovennae ad *Directorium*, in qua dicit auctorem modo loquendi uti quasi hyperbolico qui rectam postulet interpretationem, et ita concludit: *Haec ad tollendum scandalum dicta sufficient cum prologus non sustineat declarationem prolixiorem; sed lector benevolus sit et inveniet quod, praeter pauca quedam verba in hoc libro per hyperbole dicta, non est hic liber reiciendus, sed ipsa verba sunt catholica interpretatione intelligenda, cum ostensum sit quod Scriptura et dicta sanctorum huiuscmodi verbis sunt plena.* In editione, supra citata, L. Verschueren, p. 6.

⁴ Fuit Vicarius Coloniae, Prior Buxiae et Visitator Provinciarum Germaniae. Edidit opera Dionysii Cartusiani. Vide GREVEN, *op. cit.*, Cap. III: *Die Ausgabe der Werke des Kartäusers Dionysius Ryckel durch Dietrich Loher.* LE VASSEUR, *Ephemerides Ordinis Cartusiensis*, Vol. III (Montreuil, 1891), pp. 142-149.

⁵ GREVEN, *op. cit.*, pp. 28, 60, 62. LE VASSEUR, *op. cit.*, II, 417: *Frater celeberrimi Theodorici et eius successor in Vicarii munere ac deinde Procurator; diem extremum clausit anno 1557 ... Devotissimi Patris nostri Lansbergii, utope olim in religione praceptoris sui opera omnia christiano orbi commendavit. Opera Henrici Harphii, viri in Theologia mystica eruditissimi, Sancto Ignatio de Loyola, Societatis Iesu Fundatori, eiusdemque Instituti Patribus, ut eos hac ratione caritatis fraternali vinculo devinciret, dedicavit.*

⁶ VERSCHUEREN, *op. cit.*, I, p. 112-113. Haec tertia editio (1556) in fol. prodidit Coloniae apud heredes Arnoldi Birckmanni.

⁷ De hac dedicatione mentionem faciunt POSSEVINUS, *Apparatus sacer.* II, 16 (Venetiis MDCVI). A.A. SS., mense iul., vol. VII, p. 483 E; BRAUNSS-BERGER, *Ep. B. P. Canisii*, I, 92; GREVEN, *op. cit.*, 62.

hospitio usus est eisque Exercitia spiritualia tradidit^s. Notitias historicas haec dedicatio non multas continet. Sed primum forte extollit Dei providentiam in condenda Societate Iesu eo tempore quo graves necessitates Ecclesiam premebant.

Dedicationis huius operis Harphii Ignatio notitiam referens, haec scribebat Superior domus Coloniensis Societatis, P. Leonardus Kessel⁹: *Item Carthusiani imprimi fecerunt mysticam theologiam D. Henrici Herp, quam dedicarunt Paternitati vestrae et Patribus Societatis, ut epistola eidem libro praefixa satis declarat; et haec ipsorum propria devotione, quam erga Societatem habent, faciunt, non alicuius instinctu.* Sciebat quidem Ignatius ut ex annot. 3 constat, aliquas Harphii locutiones explicandas esse ac moderandas, ne male sonarent; grato tamen animo ita Patri Kessel scripsit¹⁰: *De mystica theologia Henrici Herp gaudemus in Domino quod sit excussa, et agnoscimus vim devotionis et caritatis in epistola illa nunc[u]patoria. Christus Iesus illis erit merces magna nimis, quandoquidem puro ipsius amore moventur. Per aliquem ex nostris, qui Romam veniet, posset liber aliquis transmitti. V. R. gratias agat nomine Patris nostri et totius Societatis, ut videbitur expedire.*

Textus

REVERENDO EIDEMQUE CELEBERRIMO PATRI AC DOMINO D. IGNATIO FRATRUM AC PATRUM DE SOCIETATE NOMINIS IESU PRAEPOSITO DIGNISSIMO, CAETERISQUE OMNIBUS VENERABILIBUS SPECTATISSIONISQUE EIUSDEM SOCIETATIS PATRIBUS AC FRATRIBUS, F. BRUNO LOHER CARTHUSIAE AGRIPPINENSIS PROCURATOR. S. P. D.

Cum ante hos aliquot annos, Reverende, venerabiles suspiciendique Patres, Deo ob gravissima flagitia permittente, extitissent homines quidam mente corrupti, ac mirum in modum impudentes, audaces, praefracti, qui divina humanaque omnia miscere, extinctas iam olim, damnatasque haereses, ab inferis revocare, quasdam etiam novas ipsi, ope et instinctu malorum daemonum, comminisci ac excitare, ab Ecclesiae corpore desciscere, ac ultiro se abiungere, alia ex aliis inter

⁸ Cf. *Mon. Ign. Exercitia*, 567-568. De hac spirituali unione vide. A.A. SS., *loc. cit.* § XXXVII. RIBADENEIRA. *Vita*, l. III, c. XII; ORLANDINI. l. IV, nn. 102-107; GREVEN, *op. cit.*, cap. IV: *Der Prior Gerhard Kalkbrenner (1536-1566) und die ersten Jesuiten in Köln*, pp. 86-113.

⁹ LITT. *Quadrivm.* III, 753-754. Vide etiam POL. *Chron.*, V, 288.

¹⁰ MI., Epist., X 349-350.

se diversissima planeque pugnantia serere dogmata, ac vitiis denique omnibus laxare habenas, minime vererentur: principio quidem sperabamus aut nullos, aut paucos certe fore, qui tam nefarios homines ulla ex parte sectandos putarent. Quis enim ex eiusmodi fructibus non facile auctores ipsos internoscet? Sed quia plerique omnes in deteriora proclives sumus, homines suaves ex media Epicuri schola prodeuentes, qui fidem solam sufficere, recte facta prorsus nulla exigi, verbis scriptisque testarentur, brevi tempore plurimos, praesertim ex intima vulgi faece sibi adiunxerunt, totamque fere Germaniam atque exteras complures etiam nationes suis molliculis, ac delicatulis persuasionibus, impiisque dogmatibus infecerunt.

Dolebamus interim, gliscentibus initio haeresibus, non existere in Ecclesia multos satis pietate, ac eruditione praestantes viros (quamquam plurimi certe deinceps extiterunt) qui divino armati spiritu adversum spiritus hosce tartaricos sese tempestive opponerent, eosque penitus obtererent, ac profligarent. Noveramus enim Deum pro sua benignitate tam in veteri, quam novo Testamento, contra emergentes Satanae satellites suos semper ministros excitasse, ac obiecisse, et conatus impiorum sua sapientia, et virtute elisisse, maximeque idem ut nostris quoque temporibus faceret desiderabamus. Cum ecce, praeter omnium opinionem, non multo post tu extitisti, Pater celeberrime Ignati, (ut alios perplures insignes divisorum ordinum viros, quos nec commemorare omnes possum, praetereaam) qui spretis mundi pompis, honoribus, divitiis, voluptatibus, spreta generis dignitate (Comitem¹ enim, ac strenuum militem in patrio regno te fuisse constat) primo ad Parisios te contulisti literis sacris imbuendum. Deinde adiunctis tibi aliquot, eiusdem propositi viris, undecim numero², communi consilio statuistis mundum penitus contemnere, et totos vos animabus lucrandis mancipare.

Sed, ne quid temere tanquam propria auctoritate attentasse videremini, Romanae sedis Pontificem Paulum, hoc nomine tertium, adeundum consulendumque censuistis; qui, omnibus diligenter perpensis, cum non posset tam pium animi vestri institutum ac desiderium non summopere approbare, vivendi Canonem certe optimum vobis libenter confirmavit,

¹ De nobilitate familiae Ignatii vide EPIST. LAI. n. 2, sup., pp. 71-72.

² Decem erant, computato etiam Ignatio. De eius sociis vide supra MEMORIALE FABRI, n. 15. pp. 37-39.

decrevitque omnes quotquot ad vestram essent accessuri sodalitatem, instar aliorum monasticorum ordinum, tria profiteri vota, atque in eam praecipue curam incumbere debere, ut quicquid eis, vel ab Sede Apostolica, vel a te Pater Ignati ceu omnium praefecto et praeposito negotii demandatum fuisse, etiamsi ad extremos Indos commigrandum foret³, prompta alacrique obedientia suscipere, ac exequi minime dubitarent, diligentem navarent operam pueris praecipue in vera pietate rectissime instituendis, aliisque omnibus ad Deum convertendis.

Ita factum est, ut Christi operante gratia, in dies multi ad vos confluenter nobiles iuxta ac ignobiles, plerique etiam Sacrae Theologiae aliarumque artium, et facultatum professores eximii, vestra nimirum integritate, et optima vivendi ratione allecti. Quem enim non invitaret novus ille hoc deplorato saeculo erga Dei amorem, mundi contemptum, salutem proximorum, fervor, vita inculpata, exempla sanctissima? Esto non defuerint fortassis quidam, qui re needum bene cognita (ut solet esse suspectum quicquid etiamnum recens est) minus⁴ bene de vobis senserint, quod vobis cum bonis omnibus commune est eritque semper, ut quosdam aemulos sentiantis. In quod nemo cordatus non intelligit, negligi ac parviperdi oportere.

Crescente autem mirum in modum vestrorum fratrum numero, missi sunt cum amplissima sedis Apostolicae potestate sacerdotes non pauci ex vestrīs, viri gravissimi ac honestissimi, primo quidem ad praecipuos quosdam Christianae Reipub. Magnates ac civitates; deinde et alii in Asiam, Africam, Arabiam, Persidem, Babyloniam illam veterem, ubi perplures reperti sunt Iudaei, quorum maiores olim cum Esdra scriba in Iudeam reverti noluerunt⁵, itemque Indiam meri-

³ Cf. Bulla Pauli III *Regimini* (1540), n. 4 *MI.*, Constit. I, 27.

⁴ *Nimis* legitur in textu, ob manifestum errorem.

⁵ Agitur hic de P. Gaspare Barzaeo (Berze), qui, a S. F. Xaverio missus, in civitate Ormuz diversarum religionum cultores prædicacione sua commovit, inter alios etiam iudeeos, in quorum synagoga conditionem habuit; (1549-1551). Vide SCHURHAMMER, *Die Trinitätspredigt Mag. Gasparis in der Synagoge von Ormuz 1549*. AHSI, 2 (1933), 279-309. Cf. etiam Polanci *Chron.*, II, 732: « unde eius (M. Gasparis) bonus odor per Arabiam, Babilonem, Alexandriam et usque ad Constantinopolim, cum magna admiratione eorum quae Deus per eum operabatur, pervagata [sic] erat adeo ut ... ».

dionalem, et orientalem, et Americam⁶, maximas orbis partes, magna ex parte hactenus nobis ne auditu quidem vel lectu cognitas, Hispanorum et Lusitanorum difficillimis navigatibus nostra memoria repertas, uti hodieque eorundem opera innumerae maris insulae, et amplissimae regiones inveniuntur, tam immanni vastitate, ac magnitudine, ut nullum earum exitum aut terminum assequi possint.

Quibus in locis vestrae sodalitatis patres ingentem et incredibilem animarum fecere fructum, nec facere desinunt, infideles et Iudeos ad fidem convertendo, integra oppida, et regna baptizando, peccatores ad poenitentiam revocando, pios in gratia confirmingo, et consolando, iuuentutem tam apud Ethnicos quam Christianos optimis litteris, solida eruditione, sanctisque moribus imbuendo, additis etiani plurimis stupendisque prodigiis ac miraculis, praesertim apud infideles; adeo ut infatigabili vestro labore, industria, fervore docendi, concionandi, adhortandi assiduitate, castisque et candidis moribus, divina vobis opitulante gratia, effectum sit, ut nedum in nostra Europa, sed etiam in aliis iam memoratis regionibus religio cultusque unius veri Dei, veraque pietas resolorere, increscere, ac quotidianis incrementis longe lateque mirifice propagari videatur. Nam et sub Turcico Imperio et tributo, puta Hierosolymis, Constantinopoli, atque in Cypro studiorum Collegia auxilio Iulii III. Pontificis Maximi instituere conati estis⁷.

Accedit huc, quod iam paulo ante attigi, frequens insignium quae per vestros fiunt, miraculorum operatio, quibus omnipotens Deus vestrae integritati praebet testimonium, qua-

⁶ In Brasiliam anno 1549 aliqui de Societate missi sunt. Vide SUM. ITAL. n. 36, sup. p. 282-283.

⁷ Consilium creandi haec Collegia, coniunctum fuit cum fundatione Archiconfraternitatis Sancti Sepulchri quam D. Petrus de Zárate promovit (1553/1554). Iulius III litteras apostolicas dedit pridie nonas Octobris 1553 quibus haec Collegia creabat. Has litteras in Bibliotheca Rossiana inventas (1896), evulgarunt ephemerides *ETUDES*, 70 (1897) 72-87 et *El Mensajero del Corazón de Jesús*, Bilbao, 24 (1897) 15-24. Vide MI. Epist., V, 738; VI, 299, 442-443, 585; VII, 28, 260; Polanci *Chron.* III (1553), 5-6; IV, (1554) 130-131; RIBADENEIRA in opere *Dicta et facta S. Ignatii*, MI. Scripta I, 441, n. 98; *Epistolae Mixtae*, V, 149. Pium hoc consilium ad exitum perductum non est nam « tota illa Confraternitas S^t Sepulchri, mortuo D. Petro de Zárate, et Summo etiam Pontifice Iulio III, ... dissipata; ... et quae ad illam praeparabantur, in alios usus translatata ». *Chron.* IV, 172. Cf. sup., *MEMORIALE L. GONZÁLEZ*, n. 322.

le certe adhuc nullum apud nostros Evangelicos vidimus, licet suam ubique buccis crepitantibus fidem iactitent. Complures enim apud Indos Christianae religionis expertes, simul atque fidei nostrae ex animo accesserint, morbis quibuslibet, aut aliis corporis calamitatibus gravati, confidunt se illico sanatum iri, si salutari tingi lavacro, aut Missae sacrum auscultare liceat; nec sua spe, et expectatione frustrantur, mox sanitatis obtento beneficio. Atque etiam parvuli in scholis ab iisdem instituti ex suggestu concionantur, et ad gratiae vitam summa pietate eos revocant, ex quibus ipsi vitae mortalis initia sumpserunt⁸. Denique, ne quid vobis desit ulla in gratia, quidam ex vestro ordine pro Christi fide libenter sanguinem suum fuderunt, ab Ethniciis neci dati⁹.

Interim apud illas barbaras gentes augescit in dies Religio Christiana, et fidei iugo colla submittunt homines hominibus nostri orbis incogniti; dumque inter nos tepescit charitas, et increscunt haeresum, aliorumque portenta vitiorum, Christus commigrat ad Gentes, ut plane verendum, maximeque formidandum sit, ne ob male facta nostra a Christo penitus relinquamur, et regnum Dei nobis ablatum detur gentibus facientibus fructum illius¹⁰. Ita enim per suos amicos crebro nobis comminatus est Deus. Et si quidem ob flagitia et errata nostra unquam relinquendi sumus a Deo, iam vel maxime id timendum est, quando usque eo omnis excrevit impietas, ut vix possit ultra progredi. Unum dumtaxat superest, quod nobis melioris spei fiduciam ingerit, vestrae nimirum Soliditatis nova isthaec praeclaraque professio, et numquam satius laudatum vitae institutum. Cum enim certis probemus experimentis, fructus optimos e vobis prodire, non ambigimus ex Christi spiritu profectum esse quod aggressi estis, prorsusque nobis persuademus fore, ut per vestros quandoque Christi Ecclesia in melius reformatetur¹¹, maxime cum id vobis in

⁸ Haec miracula a S. Fco. Xaverio narrantur in epistolis datis 28 oct. 1542, 15 ian. 1544. *Mon. Xav.* I, 273-276, 278-295. Hae litterae carthusianis coloniensibus notae esse potuerunt ex earum editione facta Parisiis anno 1545.

⁹ P. Antonius Criminali, martyrium subiit mense maio 1549. Vide *SUM. ITAL.* n. 38, p. 284. De eo epistolam circularem scripsit Polancus a. 1550. [TACCHI VENTURI], *Nuove memorie e preziosi documenti intorno al P. Antonio Criminali*. Venezia 1900, pp. 23-27.

¹⁰ Cf. Matt. 21, 43.

¹¹ Studium reformationis catholicae fovebat vel maxime coniunctio-

primis curae sit, ut quoad eius fieri potest, omnes ad veram pietatem provehatis.

Neque tamen haec ita a vobis geruntur, ut verbis magna promittatis, factis parum praestetis, ut nostri Evangelici, quibus semper in ore est Evangelium, cum vita eorum cum Evangelio pugnet e diametro, sed vos ipsos ante omnia in omni virtutis genere gnaviter exercetis, vigetque inter vos vivificae mortificationis studium, praesertim erga propriam prompta obedientia profligandam voluntatem, quae sola malorum omnium causa est, qua qui utuntur, boni esse non possunt, sed miseros semper esse necesse est: quam qui in seipsis persequuntur, et pessum premunt, ad summum virtutis gradum nullo negocio pertigunt. Neque difficile, imo facillimum est animo a vitiis, quorum omnium fons et origo est propria voluntas, repurgato, in Deum per contemplationem erigi, ac divina et caelestia non qualitercunque, sed quodam interno mentis gustu attingere, et versari in bonis Domini non per speciem, sed per fidem.

Atque ea de causa moti sumus, patres celeberrimi, nuncupare vobis Mysticam Theologiam D. Henrici Harphii, quae iam tertio prodit typis excusa, utpote qui totos vos ad eam vitam componere studetis, quae ab Harphio, et aliis perfectissima dicitur, nempe communem illam et ambidextram, contemplari simul et agere aequa parata: quam non possunt apprehendere nisi qui in actione et contemplatione prius (id quod vos facitis) sedulo versati sint. Congratulamur enim optimis conatibus vestris, et cupimus vestra in domino studia utcumque iuvare. Obsecramus autem ut Auctorem, quem vobis offerimus, candide excipiatis, et quae ab illo gravissime atque sanctissime traduntur, in animos hominum, quod vestrae professionis est, insinuetis ac inculketis: non omnia omnium, sed ut quique capaces erunt.

Auctorem multis commendare nihil attinet: habet enim laudem ex scriptis suis maiorem, quam nostra illi oratione adiungere possimus. Neque opus est vitae contemplative, quam potissimum prosequitur, encomiis immorari, cum ea procul dubio optima ea pars sit, quam Christus Mariam Magdalenam elegisse testatur¹², quam nemo potest ullis ingenii

nem inter cartusianos colonienses et Societatem Iesu. GREVEN, *Die Kölner Kartause* c. IV, 86-110.

¹² Luc. 10, 42.

aut propriae industriae viribus adipisci, sed praestatur a Deo humilibus, piis, Deum ferventer amantibus, et se totos ad Dei voluntatem conformantibus. Quae est vita sane foelicissima et iucundissima, initium quoddam futurae illius beatae vitae, in qua Deum videbimus sicuti est¹³. Quam propterea paucissimi appetunt vel sectantur, quod eius suavitatem ignorant, nec experiri possint quam suavis sit, quod suis nolint vitiis emori, quibus excaecati, non possunt in Deum aeternum et splendidissimum solem mentis aciem intendere. Et tum ea potissimum ratione conditi sumus, ut Deum amando, contemplando, ipsoque fruendo beati simus. Atque haec nisi hic inchoemus, in futura vita frustra nos obtenturos speramus. Sed vivunt homines dediti vitiis suis, et negligunt ea quae salutis suae sunt, toti effusi in haec externa, qui intus in anima Deum semper praesentem habent, et immensa bona. Utinam Christus Iesus caeca hominum pectora illuminet, ut quae sit spes vocationis nostrae rectius cognoscant.

Vos Patres celeberrimi, pro vestris sanctissimis conatus, haud dubio ingentem apud Deum mercedem repositam habetis, qui usque adeo vos hominibus ad Deum reducendis impendetis. Obsecramus ut in bonam partem accipiatis, quod Auctorem hunc vobis dedicare voluimus. Compulit enim nos Christi charitas, et odor optimus sanctae conversationis vestrae. Christus Iesus tuam paternitatem, Reverende Pater Ignati, vosque omnes, colendi suspiciendique Patres, pro suae Ecclesiae salute diu tueatur incolumes, et in omni gratia, virtute, sanctitate iugiter excrescentes.

Datum in nostra Carthusia Coloniensi.

Anno restitutae salutis, M. D. LV. tertio Idus Novembbris.

15

P. IOANNIS DE POLANCO EX COMMISSIONE P. VICARII
EPISTOLA DE OBITU S. IGNATII
ROMA, 6 AUGUSTI 1556.

Praefatio

Haec epistola est fons praecipuus ad cognoscendum extremum morbum et obitum Sancti Ignatii. Valde probabile censemus eam

¹³ 1 Ioan. 3. 2.

ad omnes Societatis Superiores missam esse ut cum eis talis even-tus communicaretur. Id suadet formula initialis: « Esta es para hacer saber a V. R. y a todos nuestros hermanos que a su obediencia están... »; atque etiam illa quae adhibetur in fine (n. 9): « se haga lo que es razón por todas partes ». Diversa praeterea exemplaria epistolae servantur tum hispanice, tum latine, tum italicice scripta, in quibus nullum exprimitur nomen eius cui mittenda sit. Tandem, in ephemeride Gerardi, cuius fragmentum infra proferimus, dicitur: « 6 Augusti prudentissime scripsit R. P. Polancus ad omnia collegia Societatis, quae ad mortem R. P. nostri pertinebant ». Quod, inspecto Regesto litterarum illius diei, nulli praeterquam huic epistolae, convenire posse videtur.

Exemplaria manuscripta quae novimus sunt:

1º Exemplar hispanum missum ad P. Petrum de Ribadeneira, qui tunc in Flandria versabatur, ut apud Philippum II obtineret Societatis admissionem in illis regionibus. Hic textus qui, teste P. Alcázar, olim pertinuit ad Collegium matritense, servatur nunc in Archivo Provinciae Toletanae S. J. in capsula 10, n. 51.

Hunc textum nos edemus quia subscriptione autographa Polanci insignitur.

2º Exemplar hispanum in Arch. S. J. Romano, Cod. *Epp. NN. 71* (prius *Epist. Mixt. 1555-1556*, II), n° 159, ff. 313-315. Scriptum videtur a Ioanne Philippo Vito, Polanci adiutore. Non indicatur cui destinatum sit, sed in ultimo folio verso scriptum est alia manu: « Auisi della morte del Rdo. P^e Ntro. M. Ignatio in spagnuolo et latino. 1556 ». Exemplar latinum quod hic significatur, non adest in Codice. Lectio huius exemplaris ad litteram convenit cum eo quod ad Ribadeneiram missum est, si quandam omissionem excipias, amanuensis distractioni tribuendam.

Hunc textum in apparatu vocamus *B*.

3º Exemplar latinum in Arch. S. J. Romano, Cod. *Instit. 211*, (prius *Rom. V*), ff. 26-28. Titulus est: « De morte R. P. N. Ignatii S^{tae} memoriae ». Incipit: « Pax Christi. Has litteras ea tantum de causa in praesentia scribimus ». Desinit: « Romae octavo Idus Augusti 1556 ». Textus omnino convenit cum hispano, cuius versio sat litteralis videtur esse.

Hunc textum littera *C* indicabimus.

Exemplar italicum adest Romae in Bibliotheca nationali « Vittorio Emanuele II », *Fondo Gesuitico*, ms. 764 initio Codicis. Illud tamen ob adiuncta temporis videre non potuimus.

In *MI.*, Scripta II, p. 18⁴, loquuntur editores de exemplo quodam italo « Patri Oliverio Manareo dato, quod apud nos est ». Illud neque in Archivo Romano Societatis, nec inter manuscripta servata a redactoribus nostrorum MHSI invenire potuimus. Nullam illi variantem lectionem huius Codicis indicarunt.

Ex aliquo exemplo italo versionem latinam epistolae etsi non integrum, exhibent Bollandiani in *AA. SS. Julii*, VII, § L, nn. 522-530.

Editiones huius epistolae plures factae sunt. Textum hispanum missum ad P. Ribadeneira in lucem protulit Alcázar in opere *Chronohistoria de la Compañía de Jesús en la Provincia de Toledo*, I (Madrid 1710), pp. 305-309, qui textum leviter immutavit. Ex eo, cum iisdem mutationibus, edita est epistola in opere *Cartas de S. Ignacio*, VI, 350 ss. P. Astráin in *Historia de la C. de J.*, I, lib. 2^o, c. XXI textum mutuavit ex postremo illo opere. Textus originalis epistolae sine illis mutationibus, primum editus est in *MI.*, Scripta II, 18-24.

Versiones huius epistolae quas novimus sunt: Latina ex italico sermone facta a Bollandianis, de qua supra mentionem fecimus. Hanc editionem germanice protulit GENELLI, *Das Leben des heiligen Ignatius von Loyola*, cap. X; gallice SAINTE-FOI, in versione operis Genelli; anglice STEWARD ROSE, *Ignatius of Loyola and the early Jesuites*, lib. IV, p. 505.

Usus epistolae, ut par est, universalis est apud biographos Sancti Ignatii, incipiendo a Widmanstadio (anno 1556), in opusculo quod infra edimus (MONUMENTUM 19).

Quae in hac Polanci epistola dicuntur compleri debent cum ephemeridibus romanis (1553-1561), editis in *MHSI*, *Pol. Compl.* II, 585⁷, 587-588, quarum fragmentum infra subiungimus, et cum *Chron.* VI, 35-45. Pium Ignatii decessum valde illustrant, quamvis tempore satis distantes, responsiones factae anno 1599 a Fr. Coadiutore Ioanne Thoma Cannicaro (Canizaro, de quo vide infra annot. 8), quae ei proposuit Lancicius. Harum responsionum apographum italicum, nobis ignotum, Romae invenerunt Bollandiani, illudque latine redditum ediderunt in *AA. SS. iulii*, VII, pp. 511-513. (Ex hoc opere partem sumpserunt *MHSI* in *Chron.* VI, 38-39).

Eodem die 6 augusti scripta est alia epistola ad P. Franciscum de Borgia, nomine Patris Vicarii, qua ei tum mors S. Ignatii et electio Vicarii significabatur, tum normae tradebantur ad futuram Congregationem generalem cogendam. Edita est haec epistola in *Lainii Monum.*, I, 284.

Eadem epistola, paulo immutata et italicice scripta, missa est ad Superiores Italiae. Servatur in Cod. *Epp. NN. 71* (prius *Epp. Mixtae* 1555-1556), n° 160, ff. 316-317.

Textus

Jhus.

Muy R.^{do} en X.^o Padre.Pax X.^o

1. Esta es para hacer saber a V. R. y a todos nuestros hermanos que a su obediencia están¹, cómo Dios Nuestro Señor⁵ ha seido servido de sacar de entre nosotros y llevarse para si nuestro bendito Padre Maestro Ignacio el viernes 31 de Julio, por la mañana, víspera de San Pedro in Vinculis, soltando los que le tenían en la carne mortal ligado, y poniéndole en la libertad de los escogidos suyos: oyendo finalmente los deseos¹⁰ deste bienaventurado siervo suyo que, aunque con grande paciencia y fortaleza sufria su peregrinación y trabajos della, deseaba muchos años ha muy intensamente, en la patria celestial ver y glorificar a su Criador y Señor; cuya divina providencia nos le ha dejado hasta ahora, para que con su ejemplo, prudencia, autoridad y oración fuese adelante esta obra de nuestra mínima Compañía, como por él mismo había sido comenzada; y ahora que las raíces della parece estaban medianamente fortificadas para crecer y aumentarse esta planta,¹⁵ y el fruto della en tantas partes; hánosle llevado al cielo, para que tanto más abundante lluvia de su gracia nos alcance, cuanto más unido está con el abiso della y de todo bien.

2. En esta casa y colegios, aunque no puede dejarse de sentir la amorosa presencia de tal Padre, de que nos hallamos privados, es el sentimiento sin dolor, las lágrimas con devoción, y el hallarle menos con aumento de esperanza y alegría espiritual. Parécenos de parte dél que ya era tiempo que sus tan continuos trabajos llegasen al verdadero reposo, sus enfermedades a la verdadera salud, sus lágrimas y continuo padecer a la bienaventuranza y felicidad perpetua. De parte²⁰ nuestra no solamente no pensamos haberle perdido, pero aho-
ra más que nunca esperamos ayudarnos de su ardentísima

14 divinal infinita C || 24 defectus iucundissimae praesentiae C.

¹ Epistola missa est ad Superiores domorum Societatis, ut supra in praefatione monuimus.

caridad, y que por intercesión suya, la divina misericordia haya de acrecentar el espíritu y número y fundaciones de nuestra Compañía, para el bien universal de su Iglesia.

3. Y porque querrá V. R. entender algo de lo particular en el tránsito de nuestro Padre (que es en gloria), sepa que fué con grande facilidad, y que no duró una hora después que caímos en la cuenta que se nos iba. Teníamos en casa muchos enfermos, y entre ellos al Padre maestro Laynez, y a Don Joan de Mendoza³, y algunos otros graves⁴; y nuestro Padre tenía también alguna indisposición, que cuatro días o cinco había tenido un poco de fiebre; pero dudábbase si ya la tenía o no; aunque se sentía muy flaco, como otras veces. Y así el miércoles⁵ me llamó, y me dijo que dijese al doctor Torres⁶ que tuviese también cargo dél, como de los otros enfermos; porque no se teniendo por nada su mal, acudiase más a otros que a él: y así lo hizo. Y otro grande médico amigo nuestro (que se llama Mro. Alejandro)⁷, también le visitaba cada día.

³ pero pridie quam vita defungeretur add. C p. 48 grande médico] et tota Urbe celebrem add. C.

² Vide MEMORIALE Ludovici González, supra MONUM. 13, n. 40 p. 551, annot. 48.

³ «Di qua habiamo la nostra parte di amalati, et fra li altri Nostro Padre et il Mtro. Lainez et don Giovanni [de Mendoza]; et presto spero che nostro Signore li darà sanità». Polaneus Christophoro de Mendoza, 26 iul. 1556: *MI.*, Epist., X, 467.

⁴ 29 iulii.

⁵ Dr. Baltassar de Torres S. I., medicus, qui, facultate a Paulo III obtenta, artem suam in Societatis aegrotos exercebat. Cf. *MI.*, Epist., X, 467.

⁶ Alexander Traianus Petronius, medicus, de quo haec ait Realdus Colombo, qui corpus S. Ignatii secuit: «... excellens medicus Alexander Petronius a Civitate Castellana, acris iudicij vir». *De re anatomica libri XV* (Venetiis 1559) p. 265. P. González in *MEMORIALI* n. 135 eum vocat «o principal medico de Roma». Habitabat, vivente adhuc S. Ignatio in domo «sita Romae ad plateam templi Sancti Salvatoris in Lauro». Ibi, aegrotus, splendorem Ignatii vidiit ab eoque sanatus est. Vide eius testimonium anno 1585 datum, apud *MI.*, Scripta II, 101-102. In hoc testimonio dicitur «civis romanus regionis Pineae [Pigna]», quo manifestum fit eum anno 1586, incoluisse domum in via d'Araceli quae, in fronte, eius nomen inscriptum habuit usque ad annum 1939, quo eversa est.

De Petronio agit Cajetanus MARINI in opere *Degli archiatri Pontificii. Volume primo, nel quale sono i supplementi all'opera del Mandosio* (Romae 1784) pp. 422-423, 454. Ab eo vocatur medicus honorarius

El jueves siguiente me hace llamar, después de las 20 horas⁷, y haciendo salir de la cámara el enfermero⁸, me dice que sería bien que yo fuese a San Pedro y procurase hacer saber a su Santidad⁹, cómo él estaba muy al cabo, y sin esperanza o cuasi sin esperanza de vida temporal; y que húmilmente supplicaba a Su Santidad le diese su bendición a él, y al Maestro Laynez, que también estaba en peligro. Y que si Dios nuestro Señor les hiciese gracia de llevarles al cielo, que allá rogarían por Su Santidad, como lo hacían en la tierra cada día. Yo repliqué: « Padre, los médicos no entienden que haya peligro en esta enfermedad de V. R.: y yo para mí espero que Dios nos ha de conservar a V. R. algunos años para su servicio. ¿Tanto mal se siente V. R. como esto? » — Diceme: « yo estoy que no me falta sino expirar », o una cosa deste sentido. Todavía yo mostraba tener esperanza de su más larga vida (como la tenía), pero que haría el oficio; y demandé si bastaría ir

⁵⁴ hūmilmente] suppliciter et obnoxie C.

Pauli IV et medicus Gregorii XIII. Madosio in su opere ΘΕΑΤΡΟΝ in quo maximorum christiani orbis Pontificum archiatros Prosper Madosius... spectandos exhibet. quod opus integre praebetur in secundo volumine Marini, haec de Petronio (p. 9) scribit: *Alexander Traianus Petronius Italus, e Civitate Castellana... qui medendi arte praestabat, ut paucos haberet pares, superiore fortasse neminem ... Cum divo Ignatio Lojola magnum usum amicitiamque contraxit* ... Scriptis, praeter alia de re medica, opus: *Alexandri T. Petronii, De victu romanorum et de sanitate tuenda libri quinque, ad Gregorium XIII, Pont. Opt. Max., Romae in aedibus Populi Romani, MDLXXXI*, quod translatum est in italicum sermonem a Basilio Paravicino, anno 1592.

⁷ Die 30 iulii, post horam 4 pomeridianam. Usus erat Romae computandi horas incipiendo post dimidiā horam ab occasu solis. Mensi julio prima hora respondebat horae nonae serotinae, modernae computationis. Cf. GROTEFEND, *Zeitrechnung*, I, 187.

⁸ Novitius Coadiutor Ioannes Thomas Cannicari, ut constat ex epistola ad eum data 18 iun. 1599 a P. Lancicio, et ex eius responsionibus, editis in AA. SS. VII, 511-513, sub titulo: *De quibusdam rebus B. Ignatii responsio missa e Sicilia ab eo qui fuit infirmarius B. Patris dum obiit*. Ex catalogis Siciliae, Codd. Sic. 59, 60 scimus nomen huius Fratris fuisse Canizaro. Anno 1599 inveniebatur in Collegio Regino (Reggio in Calabria). De eo catalogus triennalis huius anni, 1599, (Codex Sic. 60, f. 153v) dicit: *Jo. Thomas Canizaro. Calaber. Jeracensis. Aetas: 63. Vi- res: mediocris valetudinis. Tempus Societatis: 44. Ministeriorum: fere omnia. Coadjutor temporalis. [Ultima vota]: 1582. In Cod. Sic. 59 f. 154 dicitur Societatem ingressus paulo ante 1556.*

⁹ Paulus IV (1555-1559).

el viernes siguiente, porque escribía aquella tarde para España, por vía de Génova: que se parte el correo el jueves. Dijome: « yo holgaría más hoy que mañana; o cuanto más presto, holgaría más; pero, haced como os pareciere; yo me remito libremente a vos ».

4. Yo, para poder decir que, según los médicos, estaba en peligro, si ellos lo sintiesen, demando al principal dellos aquella misma tarde (que era M.^ro Alejandro), que me dijese libremente si estaba en peligro nuestro Padre, porque me había dado tal comisión para el Papa. Dijome: « hoy no os puedo decir de su peligro; mañana os lo diré ». Con esto, y porque se había remitido a mí el Padre, parecióme (procediendo en esto humanamente), de esperar al viernes siguiente, por oír lo que decían los médicos. Y aquella misma noche del jueves nos hallamos a una hora de noche¹⁰ el Padre doctor Madrid¹¹ y yo a la cena de nuestro Padre, y cenó bien para su usanza, y platicó con nosotros, en manera que yo fui a dormir, sin sospecha ninguna de peligro desta su enfermedad. La mañana, al salir del sol, hallamos el Padre in extremis; y así yo fui con prisa a San Pedro, y el Papa, mostrando dolerse mucho, dió su bendición y todo cuanto podía dar, amorosamente. Y así, antes de dos horas de sol¹², estando presentes el P. doctor Madrid y el Maestro Andreas de Frusis¹³ dió el ánima a su Criador y Señor, sin dificultad ninguna.

5. Y hemos ponderado la humildad deste santo viejo, que, teniendo certitud de su tránsito (como la mostró el día de antes, que no me acuerdo haberle visto afirmar cosa futura con demonstración de certinidad, sino ésta, y la de la provisión de Roma, que nos prometió un año antes¹⁴, como des-

74-76 nuestro Padre — a mí el Padre om. B || 89 sin dificultad ninguna om. C
92 que no me acuerdo] et quamvis alii alla. ego tamen nihil aliud nemini C.

¹⁰ Hora 9 post meridiem.

¹¹ P. Christophorus de Madrid, de quo Cf. MEMORIALE, n. 27. Mense julio (1556), Ignatius, se aegrotum sentiens « integrum suam potestatem Secretario Societatis (Polanco) simul cum P. Madridio dedit, ne quid detrimenti propter ipsius languorem Societas pateretur » Chron. VI, 35; Lainii Mon., I, 286, 288.

¹² Hora circiter 5,30.

¹³ Andreas Frusius (des Freux). Vide superius MEMORIALE, MONUM. 13. n. 39, p. 550, annot. 46.

¹⁴ Cf. Ribadeneira, De Actis, n. 37; Dicta et facta, n. 51. MI., Scripta, I, pp. 352, 404.

pués al tiempo mesmo ha venido), teniendo, digo, esta certitud de su tránsito, ni quiso llamarnos para darnos su bendición, ni nombrar sucesor, ni aun vicario, en tanto que se hará la elección, ni cerrar las Constituciones, ni hacer otra demostración alguna, que en tal paso suelen algunos siervos de Dios. Sino que, como él sentía tan bajamente de sí y no quería que en otro que en Dios nuestro Señor estribase la confianza de la Compañía, pasó al modo común deste mundo, y por ventura debió él de alcanzar esta gracia de Dios, cuya gloria sola deseaba, que no hubiese otras señales en su muerte; como en la vida también fué amigo de esconder los dones de Dios secretos, fuera de algunos que para la edificación debían manifestarse; y también la divina Sapiencia, que en sus siervos a veces muestra señal de milagros sensibles, para que los que tienen poca fe o poco entendimiento se muevan por ellos, y a veces, en lugar destas, muestra efectos de grandes y sólidas virtudes y testimonios ciertos de su gracia, para los que tienen abiertos los ojos con la luz de fe y otros dones espirituales. Este segundo modo parece ha usado su Providencia en la cabeza de la Compañía, como lo usa en los miembros della por todas partes, mostrando en la conmoción de las ánimas y en la conversión y fruto espiritual dellas, por tan débiles instrumentos, en tantas partes, en los de dentro y en los de fuera de la Compañía, *quod digitus Dei est hic*¹⁵.

6. Pero, tornando al propósito: pasado deste mundo el Padre nuestro, por conservar el cuerpo, pareció conveniente sacar lo interior dél, y embalsamarle en alguna manera. Y aun en esto hubo gran edificación y admiración; que le hallaron el estómago y todas las tripas sin cosa ninguna dentro, y estrechas; de donde los peritos desta arte seglares inferían las grandes abstinencias del tiempo pasado, y la grande constancia y fortaleza suya; que en tanta flaqueza tanto trabajaba, y con tan alegre y igual vulto. Vióse también el hígado que tenía tres piedras; que refieren a la misma abstinencia; por la qual el hígado se endureció. Y viene a parecer verdadero

5 querria B + 25 el Padre nuestro et spiritu in caelum recepto add. C.
33-34 por la endureció om. C.

15 Cf. Exhortationes P. Nadal 1554, supra p. 312, annot. 33.



**Imago cerea S. Ignatii ex ipso demortui vultu effecta.
Servatur in Archivo Soc. Iesu Romano.**

Phot. E. Oteiza S. I.



**Imago gypsea S. Ignatii ex ipso demortui vultu effecta.
Servatur in Archivo Postulationis gen. Soc. Iesu.**

Phot. E. Oteiza S. I.

35 lo que el buen viejo Don Diego de Eguía (que es en gloria) decía, que nuestro Padre vivía por milagro mucho tiempo había; que con tal hígado naturalmente no sé cómo se podía vivir, sino que Dios nuestro Señor, por ser entonces necesario para la Compañía, supliendo la falta de los órganos corporales, le conservó la vida¹⁶.

7. Tuvimos su bendito cuerpo hasta el sábado después de vísperas¹⁷; y fué mucho el concurso de los devotos y devoción dellos, bien que estuviese en el lugar mismo donde murió, quién besándole las manos, quién los pies, quién tocando 45 las cuentas a su cuerpo; y hemos tenido trabajo en defendernos de los que querían un pedazo de algún bonete, o vestido, o le tomaban de las agujetas, o escofias, o cosas suyas: aunque no se ha dado nada desto a los que lo pedían, ni se permitía sabiéndolo. También le hicieron algunos retratos de

35 (qui paulo ante obdormivit in Dno.) C || 47 escorias] altave C || 49 Qui-dam item conati sunt interim exprimere et imitari eius vultum, et variis modis, quoad fieri potuit, imaginem referre C.

¹⁶ Sectionem corporis Ignatii peregit, ipso die obitus. Realdus Colombo, vir in re anatomica peritissimus, qui rem testatur in suo opere *De re anatomica Libri XV* (Venetiis, 1559), p. 266: LAPIDES AUTEM INNUMERABILES PENE HISCE MANIBUS EXTRAXI, INVENTOS IN RENIBUS, COLORE VARIO, IN PULMONIBUS, IN IECORE, IN VENA PORTAE, UT TU TUIS OOCULIS VIDISTI, IACOBE BONE, IN VENERABILI EGNATIO, GENERALI CONGREGATIONIS IESU ». Ex hac informatione et ex notatione inclusa in ephemeride Gherardi, quam infra edimus, concludit Dr. Canezza quaenam fuerit Ignatii infirmitas corporis, qua, per totam fere vitam, laboravit: «Dopo tali dilucidazioni è facile stabilire che l'infirmità d'Ignazio consisteva in una calcolosi biliare, con sintomi particolari riferentisi allo stomaco; gli accessi dolorosi presentavano il carattere singolare di irradiarsi allo stomaco, simulando perciò una malattia di quest'organo, come avviene precisamente in quella forma di colica biliare denominata appunto gastralgica per la sua sintomatologia. Ma il referto dell'autopsia ci permette di valutare l'atrocità dei dolori, e la fortezza dell'uomo che li sopportò con santa serenità. Realdo Colombo infatti ritrovò i calcoli nella vena porta, ivi trasmigrati dalla vesicula biliare per un processo infiammatorio che si esprime sempre con una sindrome dolorosa imponente e con disturbi funzionali di particolare gravità». Scriptit haec Dr. Canezza anno 1922 in Ephemeride «Corriere d'Italia» (Roma, domenica 30 luglio 1922, Anno XVII, N. 179: quarta edizione, p. 4): *Ignazio di Loiola e Realdo Colombo. Memorie associate di scienza e di santità*. Inde sumpserunt *Notizie della Provincia Romana* [della Compagnia di Gesù], 1922, 133-135. Vide superius pp. 100-101; *Chron.*, VI, 33-34. LABURU, *La salud corporal y S. Ignacio de Loyola*, p. 34-36.

¹⁷ Die 1º augusti.

pintura¹⁸ y de bulto¹⁹ en este tiempo: que en vida nunca él se lo permitió, aunque muchos lo pedían²⁰.

8. Hicimos de nuevo en la capilla mayor de nuestra iglesia, a la parte donde se dice el evangelio, una sepultura, a modo de carnero, pequeña, donde pusimos su cuerpo en una caja, después de haber dicho el oficio acostumbrado; y lo cubrimos con una piedra grande, que se podrá quitar cuando fuese menester. Allí estará como en depósito hasta que otro se vea más convenir²¹.

9. El doctor Olave²² fué a avisar de la muerte al Sumo

¹⁸ vulto ms., item B 11 56 ligneo loculo condidimus advolventes marmoreum lapidem C.

¹⁹ Eodem die obitus Ignatii effigiem eius pictam expressit Iacopinus del Conte florentinus, discipulus Andreeae del Sarto, Ignatii amicus, quem habebat a confessionibus. Parva haec effigies (46×35) servatur Romae apud Praepositum Generalem Societatis Iesu. Vide Chron. VI, 43; TACCHI VENTURI, *Storia*, II, 387-392: *Il ritratto di S. Ignazio di Loyola dipinto da Jacopino del Conte*. DUDON, *Saint Ignace de Loyola*, Notes et appendices, n° 20, pp. 647-649.

²⁰ Clarius MAFFRI *De vita et moribus Ignatii Loiolae* (Venetiis 1585), 285: «Ex mortui demum facie, gypso imaginem expressere plastae». Et latius frater Christophorus López referens anno 1587 testimonium Ribadeneirae: «Traen a un oficial que lo entienda, y háganle que sobre el rostro del santo difunto les vacie de yeso un *modelo* para que por él saquen lo más que pudieren de sus facciones. Hízose así. Echanle encima yeso muy bueno y bien amasado, y en que salió muy bien impreso todo cuanto en el rostro había. Por este rostro de yeso, vació después otro de cera, el cual tiene [en Madrid] el P. Pedro de Ribadeneira; y este *patrón* de yeso, que se sacó del rostro del Padre está en Roma en la Casa Profesa...» *MI.*, Scripta, I, 759-760. Caput cereum matritense desperditum videtur, sed aliud etiam cereum *Domus Professae romanae* servatur adhuc Romae in Archivo S. I., inscriptione authentica saec. XVIII numeratum. Cf. nostras imagines I et II ad p. 769. In Curia S. I. (Bibliotheca Postulationis) habetur etiam antiquissimum aliud *caput ex gypso*, quod fideliter tractus morphologicos Ignatii refert, ut videre est in nostra imagine III. Videtur illud ipsum esse de quo scripsit anno 1598 P. Ioannes B. Velati qui Fundatorem bene noverat: «Haec quae ex gypso prae omnibus». ACTA SS. Iulii, VII, 522 n. 596. Cf. LETURIA, *El gentil-hombre* 272-273; W. SCHAMONI, *Das wahre Gesicht der Heiligen* (Leipzig 1938) 114-118. Haec ulterius enucleabimus. Deo favente, in peculiari articulo periodici AHSI.

²¹ Vide relationem F. Christophori López de imagine depicta a Sánchez Coello, *MI.*, Scripta I, 758-759.

²² Vide rotulum remissoriae in causa canonizationis P. N. Ignatii, *MI.*, Scripta, II, 542-543. A.A. SS. Iulii VII, § LII.

²³ Martinus de Olave obiit 18 augusti 1556. Cf. Ephemerides Gerardi, *Pol. Compl.* II, 588.

60 Pontífice, y mostrando Su Santidad la afición que había tenido a la Compañía en todos estados, se ofreció por buen Padre, etc. Asimismo, algunos de los principales cardenales se han mucho ofrecido a la Compañía, y otros diversos amigos. Dios nuestro Señor sea loado, que él es nuestra fortaleza y
 65 esperanza. Tres días hemos dicho todos misa por nuestro Padre. Aunque algunos podrían haber tenido no menos devoción en encomendarse a él, que encomendarle a Dios nuestro Señor, todavía se haga lo que es razón por todas partes, así de los tres días de misas (que no es menester sean todas de « Re-
 70 quiem ») como de las oraciones de los Hermanos nuestros legos.

10. No hemos hallado arca ni escritorio alguno cerrado, sino algunas arquillas en que los que le ayudaban tenían alguna ropa para su persona, y algunas Ave-Marias benditas, y « Agnus Dei » de los que se iban dispensando.

75 11. Ha dejado nuestro Padre desde el 40 acá, que se confirmó la Compañía, ordenadas 12 provincias ²³, y serían 13 si se contase la Etiopía, de la cual fué por provincial el P. Tiburcio o Antonio de Quadros ²⁴. Allá saben de las seis de las Indias, Brasil, Portugal, Andalucía, Castilla y Aragón. Acá en
 80 Sicilia es provincial el maestro Hierónimo ²⁵. En Italia citra Romam, el maestro Laynez. En Roma con lo de Nápoles y Tívoli, no hay nombrado provincial, porque esto se gobierna cómodamente del General. De Francia es provincial el maestro Pascasio; de Flandes maestro Bernardo Oliverio; de Ale-
 85 maña el Dr Canisio; y los colegios y casas que viviendo nuestro Padre se han ordenado, pasan 100 ²⁶. Dios sea loado, que

²³ quas aliis atque aliis distribuere solebat C ¶ 85-86 y los colegios —
pasan de 100 om. B.

²⁴ De statu Societatis in obitu Ignatii fusius Polancus in *Chron.* VI, 41-43. Ordinem creationis Provinciarum infra, annot. 27, subiungimus.

²⁵ Tiburtius vel Antonius de Quadros (utroque nomine designatur) electus est Provincialis Aethiopiae iam anno 1553. *Chron.* III, 16. Die 1º aprilis 1555, cum sociis, in Indianum solvit, ubi unum annum expectare debebat. *MI.* Epist., IX, 185, *Chron.* V, 640. Patres qui erant in India Antonium de Quadros in Provincialem elegerunt. *Chron.* V, 665-667; ORLANDINI, l. XVI, nn. 65-67. Provincia vero Aethiopiae tunc ad effectum perducta non est.

²⁶ P. Hieronymus Doménech.

²⁷ Cf. *Chron.* VI, 42-43. ubi domus Societatis tempore obitus S. Ignatii

tanto aumento ha sido servido dar a esta su mínima Compañía²⁷.

12. El Padre maestro Laynez estaba un día (después que Dios nuestro Señor nos llevó de acá nuestro Padre) muy vecino de seguirle; y así le dimos la Extremaunción el sábado. Después ha sido servido Dios nuestro Señor de enprestarñosle acá, por mucho deseo que él tuviese de acabar su peregrinación; y, sin saberlo él, los profesos que aquí nos hallamos le hemos elegido por vicario; así por ser el provincial de Italia, como porque sus tan buenas partes de bondad, letras y prudencia, junto con ser el primero de los que nos quedan en la Compañía, entre los diez que nombra la bula, nos movían a ello. Queda rogar a Dios nuestro Señor, a todas dé gracia abundante, para sentir siempre y cumplir su santísima voluntad. De Roma, 6 de Agosto 1556.

De V. R. siervo en Xº.

Por comisión de nuestro Padre Vicario,

JOAN DE POLANCO.

Inscriptio. + al muy R.^{do} en X.^o P.^r el P.^r M.^{ro} Pedro de Riba
badeneyra de la Comp.^a de Jesús, en Brussellas.

Sigilli vestigium.

16

FRAGMENTUM EX EPHEMERIDIBUS ROMANIS THEODORICI GERARDI DE SANCTI IGNATII OBITU 1556

Integrum textum harum ephemeridum ediderunt *MHSI* in *Pol. Compl.* II, 575-627. Earum auctorem esse Theodoricum Gerardi (Geeraerts, vel Amstelodamensis, vel Maior: omnibus enim hisce nominibus designatur) probatur ibidem, p. VI. Argumenta ibi ad-

96 tan om. B il 54 movian a ello] Ipse scribet de his quae ad ipsius munus spectant add. G.

iii recensentur. Socii fere mille erant. Cf. supra, ad finem CHRONOLOGIAE.

27 Ordo quo Societatis Provinciae, vivente Sancto Conditore, create sunt, quem dispersim in S. Ignatii CHRONOLOGIA iam meminimus, hic est:

1. PORTUGALLIAE, 25 octobris 1546, Provinciali Simone Rodriguez. Cf. *ML.*, Epist. 1, 449-450.

ducta confirmantur comparatione scriptio[n]is harum ephemeridum cum quadam epistola autographa Gerardi in Codice Ital. 113, fol. 51.

Theodoricus Gerardi natus erat Amstelodami. Ut ex fragmento ephemeridum eius, quod edimus, apparet, cum Ignatius obiit versabatur ille in Collegio Romano. Designatus a Paulo IV comes S. Petri Canisii in Nuntiatura Poloniensi, obiit Vindobonae in itinere, die 1^o octobris 1558. Eius elogium intexuit socius eius Theodorus Canisius, Sancti Petri frater, in epistola Vindobonae data, 31 octobris 1558, edita in *Litt. Quadr. V*, 861-4. Vide etiam BRAUNSBURGER, *B. P. Canisii Epistulae et Acta*, II, 301, 826-827. PONCELET, *Nécrologe*, 3.

Textus.

Ultimo Iulii circa 2^{am} horam diei¹, quae erat dies veneris, foelicissime migravit ad Dominum R. P. noster Ignatius, praepositus noster generalis, 63 annorum aut eo circa². Fuerat generalis praepositus 16 annis, electus omnium votis eisque repugnans, anno 1540, quo primum a papa Paulo 3^o Societas

2. HISPANIAE, 1 sept. 1547, sub Antonio Araoz. Cf. *MI.*, Epist., I, 584-588.

3. INDIAE 10 Oct. 1549, sub Feo. Xaverio. Cf. *Ibid.* II, 557-558.

4. ITALIAE citra Romam, 5 dec. 1551, sub Paschasio Broët, Cf. *Ibid.* IV, 25-27 et ab 11 iunii 1552 sub Iacobo Lainez, Cf. *Ibid.* IV, 289.

5. SICILIAE. Anno 1553, mense martio, mittitur H. Doménech cum auctoritate Provincialis. Vide *Chron.* III, 216-217. Ille tamen ad illud munus iam anno 1552 destinatus erat. *MI.*, Epist. IV, 134, 186; *Litterae patentes* deficiunt.

6. BRASILIAE, 9 iulii 1553, sub. P. Emmanuele Nobrega. *MI.*, Epistolae V, 180-181.

7-9. Provincia Hispaniae dividitur die 7 ianuarii 1554 in tres: CASTELLAM, BAETICAM, ARAGONIAM, sub Antonio Araoz, Michaële de Torres et Francisco Estrada, respective. Cf. *Ibid.* VI, 151; *Nadal*, II, 25. Ad Provinciam Aragoniae separatis regendam, designatus fuerat iam anno 1552 Simon Rodrigues. Cf. *MI.*, Epist. IV, 53-54; sed munus non adivit.

10. GALLIAE, anno 1552 sub Paschasio Broët; Cf. *MI.*, Epist. IV, 344, 439. Ex hoc tempore Broët facultates Provincialis habuit; tamen Provincia Galliae nondum constituta est usque ad annum 1555. Vide *Chron.* IV, 327, n. 700; V, 320, n. 869.

11. GERMANIAE SUPERIORIS, 7 iun. 1556 sub Petro Canisio; Cf. *MI.*, Epist. XI, 517; BRAUNSBURGER, I, 622-623.

12. GERMANIAE INFERIORIS (seu Flandriae) 1556, sub Bernardo Oliverio, qui tamen 22 augusti eiusdem anni obiit. Cf. *MI.*, Epist. X, 11. XI, 418, 425.

¹ Cf. supra, MONUM. 15 Epist. Polanci de obitu S. Ign., n. 4.

² De Ignatii aetate tempore obitus vide praefationem generalem ad hoc volumen, § II, sup. pp. 14*-24*.

approbata est. Pridie quam moreretur iussit R. P. Polanco, ut pro se et pro P. Laynez benedictionem peteret a summo pontifice³. Aegrotabat enim graviter R. P. Layenez, qui paulo post vicarius generalis constitutus est⁴. Mortuum Patris nostri corpus exenteratum est et balsamo conditum; honorifice sepulturae traditum est in templo nostro ad dextrum cornu altaris maioris, officium dicentibus R. P. Polanco et R. P. Olaveo. Idque primo Augusti ipso die S. Petri ad Vincula, quo die M. Benedictus concionator⁵ modestam et piam eius mentionem fecit, qua sic commota est mulier quaedam, ut spem sanitatis conciperet precibus R. P. nostri pro quadam sua filia, quam et post aliquot menses evenisse scimus per pannos quosdam vestium Patris, puellae adhibitos⁶.

Mox ut in collegio intellecta est eius mors, iussi sumus ad orationem accedere, et saepe deinde moniti sumus ut omnes preces et suspiria nostra ad novi praepositi electionem dirigeremus. Mortem sine dubio multo ante praesciverat quippe quem ante aliquot hebdomas in domum novam concesserat quietis causa⁷, dicens etiam Ioanni Gurreae se non diu victurum. Ante obitum duodecim provincias constituerat in quibus degebant Societas⁸: Indias videlicet, Brasil, Portugalliam, Anteluziam, Castiliam, Arragon, Siciliam, partem Italiae citra Romam, partem Italiae cis Romam, Flandriam, Germaniam Superiorem et Galliam, illa excepta quae iam ducebatur in Aetyopiam, quibus omnibus singulos provinciales praefecerat.

6 augusti prudentissime scripsit R. P. Polancus ad omnia collegia Societatis quae ad mortem R. P. nostri pertinebant⁹, praescribens ut singuli orationem facerent, et omnes sacerdotes ter sacrificium offerrent Domino, quamvis aequius esset,

³ Cf. MONUM. 15, n. 3.

⁴ Facta est electio die quarto vel quinto augusti; Lainio significata est¹⁰ eiusdem mensis., Cf. Chron. VI, 46-47.

⁵ P. Benedictus Palmio, appellatus *contionator* ut distingueretur a Benedicto Pereira. Cf. MI., Epist., XI, 557.

⁶ Vide testimonium matris puellae, MI. Scripta II, 71-73.

⁷ In vineam nempe prope S. Balbinam ab Ignatio in commodum sociorum Collegii Romani emptam. Cf. Chron. VI, 35-36; RIBADENEIRA. Vita, I. IV, c. XVI. Cf. sup. MEMORIALE P. L. González, n. 135, supra p. 608.

⁸ Cf. MONUM. 15, n. 11 et annotationem.

⁹ Significare videtur epistolam Polanci supra editam. MONUM. 15. Vide eius praefationem.

ab illo potius preces expetere. Alia innumera et inexplicabilia quae ad R. P. nostrum sanctissimum pertinent aliunde pertenda sunt.

In mortem R. P. nostri Ignatii et R. P. Olavei¹⁰ plurimi versus scripti sunt¹¹ et etiam typis excusi, inter quos isti diem, mensem et annum obitus continent^{11*}:

qVando eXCedebat pIVs hoC IgnatIVs orbe
IVLIVs eXtreMa LVCe Cadebat Iners

Sepulchro R. P. Ignatii depositi figura impicta est cum epitaphio quodam soluta oratione quod diem obitus, et ejus indefessos labores pro Christo continebat¹².

NOTATIO INCLUSA IN EPHEMERIDE GERARDI

In codice ephemeridum P. Gerardi inclusum adest folium in quo italica lingua aliqui eventus recensentur anni 1556. Hoc folium editum est in *Pol. Compl.* II, 585-586. De obitu Sancti Ignatii accuratam notitiam præbet:

A 31 di Luglio 1556, in Roma nella camera sopra dove si chiama la scrittoria¹, morse il nostro carissimo P. Mtro. Ignatio de Loyola, preposito generale della Compagnia, a diece hore et meza incirca, che era due hore de di incirca; et a 18

¹⁰ Paucos post dies obiit, nocte inter 17 et 18 augusti. Vid. *Pol. Compl.* II, 585. MALAXEDEVARRIA, *Martin de Olabe*, p. 320.

¹¹ Horum carminum nonnulla habentur in Cod. Ms. *Gesuit.* 764, Romae in Bibl. Vittorio Emanuele II.

^{11*} Typis maiusculis scribimus eas litteras quae romanis numeris exprimendis sunt aptae; quorum summa numerum 1556 (seu annum obitus S. Ignatii refert). Mensis et dies altero versu indicantur.

¹² Hoc epitaphium infra edimus.

¹ Cf. TACCHI VENTURI, *La Casa di S. Ignazio di Loyola in Roma*. In collectione *La romanità dei Santi*, p. 55³³. Mortuus esse videtur S. Ignatius in cubiculo quod nunc dicitur *La Cappella di S. Ignazio*, ubi certe continuam suam habitationem habebat.

hore, M. Realto Palumbo², medico chirurgico, lo imbalsamò; et fu gran meraviglia, che li trovorno tre pietre nel fecato, et l'interiori vacui, et senza cibo; per lo che dicevano i medici che solo Iddio lo posseva tener vivo in quel modo. Et al primo di Agosto, a 21 hora³, furno fatte l'esegue, et fu sotterrato da la parte del evangelio dell'altare maggiore: la malattia sua fu de quattro giorni, et non pareva pericolosa.

17.

EPITAPHIUM PRIMO S. IGNATHI SEPULCRO IMPOSITUM

Sepulcro Ignatii impositum esse epitaphium quoddam scimus ex Gerardi ephemeridibus (vide supra, MON. 16 fragmentum a nobis transcriptum). De eo loquitur etiam Ribadeneira in epistola ad P. Nicolaum Orlandini mense decembri 1597, ubi affirmat possum esse a Patribus qui Romae versabantur cum Ignatius obiit. (vide Ribadeneira, II, 187). Hoc epitaphium editum est in *MI. Scripta*, II, 23.

Textum epitaphii desumimus ex Codice *Mss. Gesuitici* 764, Romae in Bibliotheca Vittorio Emanuele II.

In translationibus corporis S. Ignatii alia epitaphia composita sunt quae videri possunt in *AA. SS. iulii VII*, § XCV. *Prima sepultura et translationes corporis S. Ignatii.*

D. O. M.

IGNATIO LOYOLA FUNDATORI PRIMOQUE PRE-
POSITO GENERALI SOCIETATIS IESU ALUMNI
EIUS AC FILII QUOS IN CHRISTO GENUIT PATRI PIEN-
TISSIMO ATQUE OPTIMO PRO TEMPORE POSUERUNT
OBDORMIVIT IN DNO. ANNO AETATIS SUAE LXV.
CONFIRMATI VERO A SEDE APOSTOLICA ORDINIS QUEM IPSE
INSTITUIT ET VIVENS TOTO PROPE TERRARUM ORBE DOMINO
COOPERANTE PROPAGAVIT XVI. SALUTIS HUMANAE
MDLVI. PRIDIE KALENDAS AUGUSTI

² Saepius vocatur Realdus Colombo. Eius testimonium vide supra, Mon. 15, *Epistola Polanci de obitu S. Ignatii*, n. 6, annotatione 16.

³ Scil. hora quinta post meridiem.

18.

REGESTUM EPISTOLARUM QUIBUS NUNTIATUR
OBITUS SANCTI IGNATII

EX EPISTOLARUM REGESTIS IN ARCH. S. I. ROMANO

COD. ITAL. 106 (Prius *Epistole Itiae* 1556/1557, vel *Regest IV*. Vide eius descriptionem in *MI.*, Epist. I, p. 31 et *Nadal* I, p. LII/LIII).

1. — f. 134v [sign. moderna]. « Tivoli, per M° BOBADILLA, — Roma, il dì ultimo di luglio », [Scripta italica lingua. Edita in *MI.*, Scripta, II, 16-17; *Cartas de S. Ignacio de Loyola VI* (Madrid 1889) 359-360 hispanice, 520-521 in lingua originali].

Post hanc epistolam scripsit Polaneus propria manu in hoc regesto epistolarum: *Fin qui per comissione de nostro benedetto P.^r M^o Ignatio, il quale in questo dì passò di questa vita presente all'altra senza fine.*

2. — f. 136. « Para el CARDENAL DE BURGOS [Franc. de Mendoza y Bobadilla] y otra semejante se imbió al Cardenal de la Cueva [Bartholomeus, tituli S. Crucis in Jerus.] y otra mutatis mutandis a la Duquesa de Florencia [Eleonora de Toledo] y otra a Juan de Vega ». [Postremum nomen scribitur manu Pol.] — Roma 8 augusti 1556. Lingua hispana. Edita in *Cartas VI*, 380-381].

3. — f. 136v-137. « Sena. Al Licenciado MERCIANTE ». [Roma 8 aug. 1556. Hispanice. Ed. in *Cartas VI*, 380-381].

4. — f. 137. « Al DUCA DI FERRARA » [*Hercules II Estensis*. Roma 8 aug. 1556. Edita in *Cartas VI*, hispanice pp. 374-375; in textu originali italicico pp. 524-525].

5. — f. 137v. « Ferrara. Pel CARDINALE DE FERRARA, LORENA, E FARNESES E POLO ». [Primus titulus fuerat *pel Cardinale di Ferrara*; reliqua nomina successive a Polanco scripta sunt, qui etiam emendationes in regesto epistolae posuit. Epistola data est Roma 8 augusti 1556. Italice. Edita in *Cartas VI*, 374-375 lingua hispana, et 524-525 lingua originali].

6. — f. 138. « Al PRIORE DELLA TRINITÀ » [*Andreas Lipomani*. Roma 8 aug. 1556. Edita in *Cartas VI*, hispanice in pp. 377-378, lingua originali italicica *ibid.* p. 526-527].

7. — f. 138v. « Padoa. M^TRO SIMONE ». [Roma 8 aug. 1556. Por la que se le imbiará de Venetia verá lo que se escribe del tránsito de nuestro bendito Padre della temporal vida a la eterna. Agitur deinde de electione peracta Vicarii Generalis et nuntiatur proxima generalis Congregatio. Edit. in *Cartas VI*, 367-368; *Lainii Monum.*, I, 293-294].

8. — ibid. « Venetia. AL RETTORE » [P. Caesar Helmi]. Mostrarà la lettera comune a Monsignore Nostro et la mandarà o copia di quella al Rettor di Padua et che la mostri al P. M. Simon ... [Roma 8 august. 1556].

9. — ibid. « Ferrara. PELLETARIO ». [Roma 8 aug. 1556. Mituntur ei epistolae destinatae ad Ducem et ad Cardinalem Ferrarensim. Edita in *Cartas VI* hispanice p. 376, originali italico p. 525/6].

10. — f. 139. « GOVERNATORE DI LORETO » [Gaspar de Doctis. — 8 aug. 1556. Italice. Edita in *Lainii Monum.*, I, 293].

COD. EPIST. NN. 51 (Prius Germania / Gallia / ab 1556 / ad 1559 / V. 10.) Descript. in *MI.*, Epist. I p. 31 et *Nadal* I, p. LIII.

11. — f. 46. « Brussellas. CONTE DI FERIA ». [Roma 11 august. 1556. Lingua hispana. Edita in *Cartas VI*, 384/86; *MI.*, Scripta, II, 25-26].

12. — f. 48v. « Per il RE di ROMANI et di SPAGNA [Ferdinandus I et Philippus II. — Roma 11 august. 1556. Hispanice. Edita in *Cartas VI*, 382/384; *MI.*, l. c., 26-27].

13. — f. 49. « FONTANA ». [Alexius. Roma 8 aug. 1556. Hispanice Edit. in *Cartas VI*, 386-387].

14. — f. 49v. « PRIORI CARTHUSIAE COLONIENSIS. Undecima augusti ». [Latine. Edita hispanice in *Cartas VI*, 387-389 et lingua originali ibid. 530-531; *MI.*, l. c., 28-29].

15. — f. 51. « Revmo EPISCOPO CLAROMONTANO » [Gulielmo du Prat — 14 augusti. Latine. Ed. in textu originali in *Cartas VI*, 534-535].

16. — « Pel CARDINALE D'AUGUSTA » [Otto Truchsess v. Waldburg. — Roma 22 aug. 1556. Italice. Edita in *Cartas VI*, hisp. pp. 398-400, italicice 536-538; *MI.*, l. c., 37-39].

17. — « Revmo LABACENSI » [Urbanus Textor. — Roma 8 sept. 1556. Latine].

18. — f. 58. « Illmo DUCI BAVARIAE ». [Alberto V. — Roma 14 augusti 1556. Latine. Edita hispanice in *Cartas VI*, 390-392 et ibidem latine 532-534].

19. -- « *A Carate* » [*Petro de Zárate*. — Roma 16 sept. 1556. Hispanice. Edita in *Lainii Monum.*, I, 369-371].

COD. EPIST. NN. 53 (Prius *Polanci epist. ex commissione*. Descr. in *MI.*, Epist. I, 32-33).

20. -- f. 282. « Copia della lettera [che] si mandò al Duca di Baviera a 14 d'agosto 1556 [vid. n. 18]. Simile a questa fu scritta al Cardinal Farnese ed altri Cardinali ». (Latine).

21. -- f. 287. « Aviso della morte del P. Ignatio di santa memoria. Pel CARD. POLO » [*Reginald Pole*. — Roma 17 sept. 1556. Italice].

Responsiones datae aliquibus ex his epistolis editae sunt in *MI.*, Scripta, II, 33-40.

19

IOANNES ALBERTUS WIDMANSTADIUS
DE SOCIETATIS JESU INITIIS

9 SEPTEMBRIS 1556^{1*}

Praefatio

Hoc opusculum ideo edimus quia, ut scribit P. Braunsberger, qui primus eius notitiam dedit, *est hic libellus prima Societatis apologia, primaque S. Ignatii biographia atque omnino primus liber qui de Societatis instituto evulgatus est*¹. Illud mittens P. Iacobo Laynez, Vicario Generali, haec scribebat Petrus Canisius Patavio, 2 novembris 1556: *Adiunxi praeterea epistolam D. D. Lucretii, quem probe novit R. P. Salmeron, de rebus Societatis nostrae, nuper editam Ingolstadii. Attingit vitam quoque beati patris Ignatii, dabitque fortassis ansam explicandi plura in eo scripto, quod Romae parari, et propediem typis domesticis excudendum esse de tota ejusdem Patris felicis historia, perlubenter audivimus. Valde rogo, ut excusa quaedam eius libri exemplaria quamprimum ad me Ratisbonam, vel ad nostros Ingolstadium transmittantur. In hac autem epistola, quam dixi, nihil esse puto quod lectorem offendat, nisi in historia per ignorantiam erret qui scripsit, non Philippus quidem, cui hoc scriptum inscribitur, sed d. d. Lucretius, ut indicavi. Tractantur illuc alia quoque ad purgandos nostros, qui Germanis haud parum invisi sunt. Ego non gravatim tuli quicquid hoc est epistolae, in publicum venire et sentio probari lectionem*².

Ex his verbis Canisii comperimus verum libelli auctorem esse Ioannem Albertum Widmanstadium, Austriae Cancellarium, quamvis per fictionem tribuatur huius fratri minori Philippo Iacobo.

Ioannes Albertus Widmanstadius (Widmanstetter vel Wid-

^{1*} Eo die signatum est opus (vide infra n. 17); editum est autem die 1 octobris sequenti, ut ex titulo patet.

¹ BRAUNSBERGER, *Beati Petri Canisii Societatis Iesu epistulae et acta*, Vol. II, 1556-1560 (Friburgi 1898) pp. 31-32. Antea obiter hoc opere usus erat AUG. VON DRUFFEL, *Ignatius von Loyola an der Römischen Curie* (München 1879) pp. 3, 35, 36. In genere apologiae hunc libellum tempore praecesserat dedicatio operi «Theologiae mysticae» Henrici Harphii a Fr. Brunone Loher praemissa. Eam supra, MONUM. 14 edidimus.

² Textus epistolae apud BRAUNSBERGER, II, 30-31.

manstadt [1506-1557]³ ex Nelligen, Suebiae pago ortus, secundum illius temporis usum, eruditum sibi nomen, Lucretium scilicet, finxit, illudque etiam uxori suae, quam ex hoc libello Annam vocari sciimus, apposuit. Italiam anno 1527 adiit ibique fere continuo remansit ad annum usque 1545. Linguarum orientalium peritissimus cultor fuit. Anno 1533, coram Summo Pont. Clemente VII et Cardinalibus, de novo Copernici systemate disseruit, quod commemoratur inscriptione quadam quae in aedibus olim ad Speculam Vaticanam, nunc autem ad stationem « Radio Vaticana » pertinentibus, exstat: IOANNEM WIDMANSTADIUM AUSTRIAEC CANCELARIUM | DE MOTU TERRAE CIRCA SOLEM | IN HORTIS VATICANIS DISSERENTEM | CLEMENS VII P. M. | PRETIOSO CODICE DONAVIT | ANNO PONT. X. Anno 1552 a Rege Ferdinando superintendentis Universitatis Vindobonensis, et sequenti Austriae inferioris Cancellerius creatus est. A. 1555 syriacam versionem evangeliorum Vindobonae edidit, qui liber primus fuisse dicitur in Europa syriacis typis excussus. Ab eodem rege Ferdinando munus accepit fundationem Collegii Vindobonensis Societatis Iesu praeparandi⁴. Anno 1556 mortua uxore Lucretia (Anna) de Leonsperg, dignitates suas abdicavit et Ratisbonam petens sacerdos et canonicus illius Ecclesiae creatus est⁵. Hoc tempore compositionem sui libelli suscepit, et paulo post, a. 1557 obiit.

Widmanstadii opusculum scriptum est in forma epistolae quam Philippus Iacobus, frater Lucretii, ad Ioannem Albertum, huius filium, dedit « Viennae Austriacae, V Id. sept., MDLVI ». Philippus Iacobus ab a. 1552 patribus Societatis praeceptoribus usus, 5 martii 1556 in Societatem receptus est Vindobonae, eamque postea virtutibus decoravit⁶. Nullum igitur dubium quin, Philippi Iacobi informationes a Sociis viennensis exceptae, Lucretio praecipius fons pro narratione sua fuerint; quod ipse alioquin manifeste testatur: « Natus est autem [Ignatius], ut a praeceptoribus meis, Ignatianae pietatis asseculis, audivi... » (n. 3). Inter alios, Widmanstadium de rebus Societatis instruere potuerunt P. Ioannes de Victoria, Rector Collegii Vindobonensis, et P. Hieronymus Natalis qui, a. 1555, domos Germaniae invisit. Ex epistola Canisii supra citata, scimus etiam Widmanstadium notum fuisse quoque Patri Salmerón.

Libellus in tres partes dividi potest. Prima est narratio vitae Ignatii « cuius gratia epistolae huius sermo ad te susceptus est »

³ De Ioanne Alberto Widmanstadio praeter Braunsberger I, II, vide *Allgemeine deutsche Biographie* 42 (1897), 357-361.

⁴ Vide BRAUNSBERGER I, 447, 730.

⁵ BRAUNSBERGER II, 183.

⁶ Vide SOCHER, *Historia Prov. Austriae*, I (Viennae Austriae, 1740) 61-63; DUHR, *Geschichte der Jesuiten*, I, 561-562.

(n. 14). In secunda parte defenditur institutum Societatis, imprimisque eius nomen, tum contra impugnationes haereticorum, tum contra bonorum suspiciones. In tertia parte, rebus a Societate gestis breviter commemoratis, Sancti Conditoris obitus narratur.

In parte historica momentum tribuit opusculo Widmanstadii quod sit antiquissimus textus qui de Manresano specu sermonem faciat. (n. 4) ⁷.

DE VERSIONE OPERIS WIDMANSTADII A STEPHANO AGRICOLA.

Anno 1560 in lucem prodiit versio in linguam germanicam operis Widmanstadii a Stephano Agricola confecta quam simul cum originali in lucem damus. De versionis auctore haec sufficiant ⁸: Stephanus Kastenbauer († 1562) vulgo Agricola, « iunior », appellatus, Augustae Vindelicorum natus erat, patre Stephano Agricola « seniore » († 1547) lutheranorum augustanorum contionatore. Lutheranus ipse et a Melanchtone laudatus, a. 1554 Wittembergae Magister renuntiatus est. Anno 1555 Parochus Merseburgi, a. 1557 contionator in Ecclesia Catedrali Naumburgensi, a. 1559 haeresim abiuravit. A S. Petro Canisio tamquam optimus catholicus laudatus est ⁹. Ut luiheranus complura opera suorum asseclarum germanice ediderat, sic, catholicus factus, auctore, ut videtur, S. Petro Canisio, nonnulla opera catholica in linguam vernaculaam transtulit, quarum recensionem habes apud BRAUNSBURGER, II, 910-913. Praeter versionem opusculi Widmanstadii edidit eodem anno (1560) Societatis apologiam quae inscribitur: « Für die gesellschaft Iesu. | Gegrundete verantwortl. tung und entschuldigung auf | etlicher newer anklag | vnd erdich- | tung. Durch | M. STEPHANUM | AGRICOLAM AU- | GUSTANUM. | IOAN VII. Nolite secundum faciem | iudicare, sed | iustum iudicium iudicate. | Getruckt zu Cöln durch | Ma- | ternum Cholinum. » | M.D.LX. 8° vel 16°; ff. 26°¹⁰.

Versioni operis Widmanstadii praemittit Agricola epistolam dedicatoriā, datam 24 iunii 1560 ad Marcum Velserum, civem Augustanum. Nomine Societatis Iesu in hac praefatione breviter

⁷ LETURIA, *Un texto desconocido del año 1556 sobre la Santa Cruz*, apud periodicum *Manresa* 1 (1925) 43-52.

⁸ Vide BRAUNSBURGER, II, 909¹, 910-913; N. Paulus in *Lexikon für Theologie und Kirche*.

⁹ « Ex luterano contionatore factus egregius defensor catholicorum »: Canisii epist. ad L. Kessel, 16 iul. 1560, BRAUNSBURGER II, 679. « Vir sanc non catholicus modo, sed etiam in coniugio religiosus, qui ad monastīcam vitam aspirat »: Canisius ad eundem, 30 iul. 1560, BRAUNSBURGER II, 689.

¹⁰ BRAUNSBURGER, II, 913.

vindicato, operis Widmanstadii ea tantum vertit quae de Ignatii vita pertractant, omissa videlicet apologia Societatis.

Ut fontes historici pro vita S. Ignatii, tum opus Widmanstadii, tum versio germanica Agricolae exiguum valorem habent. Ceterum Romae non adeo probata sunt ut patet ex iudicio quod de versione Agricolae expressit Polancus ad P. Ioannem Victoria, Collegii Vindobonensis Rectorem, quod clarum est ad originale opus Widmanstadii extendi: *In quella vita che si manda del P. Ignatio, ha alcune cose che non estan bene, oltra che si dice poco. Forse per un'altra volta si rimandarà quella emendata et saria bene che per l'avenire nelli nostri ne anche gli amici stampassino cose apartenenti alla compagnia se non fossino reviste et giudicate degne della stampa »*¹⁰.

¹⁰ Ex apographo coaevo in Arch. S. I. Rom., Cod. Germ. 104 [prius Germ., Gall., Pol. 1559-1561] f. 225. Epistola data est die 7 septembribus 1560. BRAUNSBERGER, *ibid.*

Textus

**DE SOCIETATIS IESU INITIIS
PROGRESSU REBUSQUE GESTIS NONNULLIS
PHILIPPI IACOBI WIDMANSTADII ACADEMICI VIENNENSIS
AD IOANNEM ALBERTUM WIDMANSTADIUM FRATRIS FILIUM
EPISTOLA**

PROVERB. III

*Noli prohibere benefacere eum qui potest:
Si vales, et ipse benefac.*

INGOLSTADII

ANNO M. D. LVI

Kal. Octob.¹

1. *Domestica funera.* — 2. *Obitus Ignatii.* — 3. *Ignatii vitae narratio. Eius ortus, familia, studia militaria.* — 4. *Vulnus, conversio, iter Montserratense, vita solitaria in Manresano specu, peregrinatio palacstinensis, studia Compluti et Salmanticae, primi processus.* — 5. *Studiis incumbit Parisiis.* — 6. *Socios colligit quibuscum, iter palaestinense frustra tentato, Societatem Iesu condit, a Paulo III approbatam. Eam sexdecim annos regit.* — 7. *Nominis Societatis Iesu impugnationes malevolorum.* — 8. *Reprehensiones in quas Socie-*

[A-II-r] — Philippus Iacobus Widmanstadius, Academicus Viennensis, Ioanni Alberto Widmanstadio Iuniori S. D.

1. Quod perpetuo hactenus silentio veluti adstrictus, nihil ad te scripserim, iucundissime Alberte, nullo alio consilio a me factum esse existimes velim, quam quod discessum ex urbe Vienna tuum eiusmodi tempora, quod ad rationes nostras privatas attinet, consequuta sunt, quorum commemorationi aliud nihil quam doloris sensum acerbissimum excitare, vobisque isthic molesta esse possit. Nam quod Anna Widmanstadia D. Io. Alberti senioris Iuriscon. fratris mei uxor, XV. Kal. Iun. suoque potius quam nostro tempore ex hac vita migravit², iis eliam doluit, qui Catholicae Religionis fervorem, quo praedita maxime fuit, in ea vehementer damnabant. Quam si ex anteactae vitae cursu, pietate singulari, pudicitia ac domestica disciplina, in qua educati una fere ab in-

¹ Impressum in 4º, ff. 8, folio titulari non signato. Exemplum usumur quod exstat Monachii in Bibliotheca regia, signato: 4º Jes. 294.

² Impressum in 16º, 14 ff. Edimus opus ex exemplo servato Monachii in Bibliotheca regia, signato: P. Lat. 837.

VOM ANFANG | VND VRSPRUNG DER HEILIGEN | GESELL-
SCHAFFT JESU. GRÜNDTLI|CHER, WARHAFFTIGER BERICHT INN |
LATEINISCHER SPRACH DURCH EIN | FÜRTERFLICHE GLAUBWIRDI-
GE PERSON GESTELLET. | VERTEUTSCHT | DURCH M. STEPHANUM
AGRICOLAM | AUGUSTANUM. | ANNO DNI M. D. LX. ¹.

*tas incurrit. — 9-10. Nominis Societatis Iesu vindicatio. — 11. De-
fenditur Societas ab accusatione secundum quam eius institutio-
eo spectaret ut clerus saecularis ad vilae communis rationem, quae
olim viguit, redigeretur. — 12. Non timendam esse defectionem a
reliquis Ordinibus ad hanc Societatem. — 13. Quam vanae omnes
hae impugnationes sint. — 14. Ignatii res paeclare gestae. — 15.
Eius obitus prout in Polanci epistola describitur. — 16. Societatis
status in obitu Ignatii.*

[A II^r] Dem Gestrengen vnd Ernuesten Marco Welsern,
| Burgern zu Augspurg, | meinem großgünstigen Herrn.

Gottes gnad durch Christum sampt meinen williden diensten
zuzuorn. Gestrenger, Ernuester, großgünstiger Herr. Es haben jr vil,
guoter vnd boeser mainung, offtmals von mir bericht begert, was
es für ein gestall helle vmb den neuen orden, so man die Gesell-
schaft Jesu nennet, sonderlich nachdem Gott der Allmächtig auß
sondern gnaden den [A II^v] Ehrwirdigen, Hochgelerten, Für-
trefflichen Mann, Herrn Doctorem Petrum Canisium, sollicher Ge-
sellschaft in Teutscher Nation obristen Probst, vnserm lieben Val-
terland, der loeblichen statt Augspurg, zum Prediger verlichen. De-
nen hab ich, souil mir dauon auß gemeltes Herrn Doctors vnd an-
dern derselben Gesellschaft oder denen, welchen derselben gele-
genheit bekannt, vormeldung bewußt, angezeigt. Vnd haben alle
guothertzigen vnd rechtschaffne Catholische Christen mit grosser
verwunderung ein wolgefallen daran gehabt vnd Gottes wunder-

² Ex hoc textu cognoscimus verum nomen uxoris Ioannis Alberti
fuisse Annam (de Leonsberg), etiamsi saepius, desumpto ficto nomine
mariti, appelletur Lucretia. Obiit Ratisbonae, 18 maii 1556, aetatis suae
anno trigesimo. Cfr. *Allgemeine deutsche Biographie*, 42, p. 360.

cunabulis fuimus, coniecturam capere nobis liceat, beatorum sedibus immigrasse minime dubito. Sequuta est hanc IX. Kal. Septem. optima prudentissimaque foemina, D. Iacobi Ionae Iurisc. Regiique Vicecancellarii³, nostrae huic affini cognominis uxor, mater videlicet filiam, se enim [A-II^v] mutuo diligebant unice, interque se amore, non minus quam mariti ipsi officiis, invicem certabant: Quarum foelices animae coelesti pace, donec illustria corpora divinitus recuperent, perpetuo fruantur. Non multis vero diebus post, Jonas ipse dysenteria pertinacissima afflictus adeo fuit, ut, nisi Deus Opt. Max. eum Reip. causa, invitatis prope naturae legibus incolumem esse voluisse, de vita eius praesente animos iampridem despondere potuissemus; in quibus incommodis (si modo incommodi aliquid in morte bonorum esse potest) apud vos refricandis, haud scio an operae pretium facturus fuisse.

2. Sed quid multis tecum agam? Nullam calamitatem solam esse et proverbium vulgatissimum testatur, et adversi nostrorum casus comprobant. Interea enim dum nostro dolori privatim indulgemus, luctus publici causa ingens accessit, quem nobis Societatis IESU author et institutor saneque eximus D. Ignatius Loyola morte sua prid. Kal. Augusti obita commovit. Nam cum ex ea Societate, ut nosti, magnos studiorum nostrorum fructus cepissemus⁴, fieri non potuit quin me, post privatos moerores, publica Societatis illius iactura vehementer affligeret. Nec dubito quin tu quoque tribus hisce inopinatis funeribus intra totidem fere menseis elatis non leviter fueris perturbatus. Et ut de nostris tanquam cognitis tibi nihil dicam, de Ignatii, viri absque sanctitatis praefatione vix unquam nominandi, vita et obitu nonnihil ad te scribere decrevi, quo intelligeres manum Domini (ut sacrarum literarum more loquar) aetate nostra multis calamitatibus obnoxia, abbreviatam non esse⁵.

³ Doctor Iacobus Ionas († 28 dec. 1558) Ferdinandi I Vicecancellarius aulicus, Societatis amicissimus (de quo cf. BRAUNSBERGER *Canisii ep.* I, 503^a, 620-622 etc., II, 19^r, 305^a, 360^a etc.; *Litt. Quadrivm.* IV, 329,

barliche würckung darinnen erkannt vnnd ihm dafür gedanckt. Die andern, so gern etwas darinnen, das sie thadeln könnten vnnd dardurch zu calumnieren vrsach haben, gesuocht, doch nichts finden können, dann daß sie ein ab-[A IIIr]scheuhen für dem namen getragen. Welches aber niemandt wunder nimpt, welcher derselben leut art vnnd aigenschafft waift, nemlich daß sie, wo sie kein vrsach haben, eine doch vom zaun, wie man sagt, zubrechen pflegen. Dann hette dise gesellschaft ein namen jrgent von einem menschen vnnd stunde in nachfolgung desselben lebens wie andere Orden, so schryen sie: Was ist das? Warum nennet man sich nach Menschen? Wärum folget man nit lieber Christi dann eines menschen exempl? Warumb nennet man sich nit von Christo? Wie sie dann fürlangst von allen andern Orden gethan. Nu aber dise Gesellschaft inn nachfolgung Christi, souil menschlicher schwachheit möglich, stehet vnnd von demselbem auch den namen hat, So ists ihnen gleichwol nit recht. Derhalben sich derselben Calumni-[A IIIv]en billich niemandt, der verständig vnd eines aufrichtigen Christlichen gemuets ist, bewoegen leßt. Es haben aber etliche guothertzigen an mich begert, daß ich den anfang vnnd vrsprung solcher Gesellschaft ihnen schriftlich stellen vnnd mitthailen wölt. Dieweil aber dasselbige zuuorn durch ein fürtreffliche person in Lateinischer sprach geschehen, hab ich dasselbig den gemelten guothertzigen zugefallen inns Teutsch gebracht vnnd E. G. derhalben zuoscreiben woellen, nachdem diesellig zuo diser heiligen Gesellschaft ein sonderlich gefallen tragen vnnd diser Narration, dieweil sie lange zeit in Hispania geweßt, derselben glaubwirdigs zeugknuß geben koennen. Daneben auch etlicher massen mein ge naigt gemuet anzuseigen für die wolthalten, so ich sampt den meinen von der lóblichen Familien der Wel-[A IVr]ser fürlangst vnnd nun auch von E. G. empfangen, danckbar zusein, gantz fleißig bittend, E. G. woellen solches goenstiglichen von mir annemen vnd mich, wie bißhero, jnen lassen befolhen sein. Gott der allmechtig wölle E. G. in warhaftiger erkantnuß Christi vnnd inn gemanschafft seines Leibs, der Catholischen Christlichen Kirchen, zur ewigen seligkeit, auch in glücklicher zeitlicher wolart gnedig erhalten vnd beschirmen. Geben zuo Kaisersheim, den tag Joannis des Tauffers, Anno 1560. E. G. williger Diener, M. Stephanus Agricola Augustanus.

331; V, 866). Communicationem bonorum spiritualium Societatis obtinuit. Cf. *MI.*, Epist., VIII, 67; *Chron.* IV, 264.

* Philippus Iacobus Widmanstadius, Ioannis Alberti frater, cui haec epistola tribuitur, anno 1552 Vindobonae in disciplinam traditus fuerat Societatis. Cf. *SOCHER*, *Historia Provinciae Austriae I* (Viennae Austriae 1740), 62. Vide quae de eo diximus in praefatione ad hoc documentum.

⁵ Isai. 59, 1.

3. Natus est autem, ut a praceptoribus meis Ignatianae pietatis asseclis audivi⁶, apud Cantabros Hispaniae populos nobilissimos, equestri loco sane [A-III^r] splendido, quem vulgus literatum Baronum, cultiores Regulorum appellant⁷, gente Loyola, parentibus piis et Christianae religionis cultui devotis; qui cum ex nationis bellicosissimae instituto nomen suum in militiam quondam dedisset, non multo post tempore Dux ordinum factus, tanta prudentia, fortitudine, integritate, pietate atque fide rem militarem administravit, ut suis admirationi, hostibus terrori fuerit, Deoque omnipotenti, sicuti vitae sanctioris electio postea comprobavit, acceptus extiterit.

4. Nam cum olim, capta Pampilona, Metropoli Tarragoniae, arcem defendens, ab hostibus Gallis sauciatus, posteaque a parentibus requisitus⁸, in patriam relatus fuisset, divina providentia accidit, ut interea dum anno integro et amplius⁹ vulneri curando, valetudinique opera datur, Sanctorum patrum vitas populari sermone scriptas legeret, eumque iam et militiae et vitae superioris universae admodum poeniteret. Ex qua lectione cum austerioris vitae genus animo concepisset, simulato ad Nagerae Ducem itinere, ad celeberrimum multis que miraculis praeclarum in Hispania templum, quod Virgini Dei genitrici in Monte Serrato extructum est, perrexit. Quum porro revertenti pannosus mendicus in via forte occurisset¹⁰, vestes suas preciosas et sericas cum centonibus eius commutavit, et in specu, ripae fluminis, quod agrum Manrezanum perlabitur, imminente, solitariam vitam aliquandiu egit¹¹; in-

⁶ Cf. supra annot. 4.

⁷ Quae hic humanistica quadam exaggeratione dicuntur, cum fontibus historicis conferantur, ut LAINII EPIST., SUMMARIIS Polanci, ACTIS ANTIQUISSIMIS. In specie, quae de familiae Ignatii nobilitate tenenda sunt vide apud EPIST. LAINII, sup. pp. 71-72.

